RUDOLPHI VOLCMARI HESS, JURISCONSULTI PRACTICARUM CONCLUSIONUM DE TESTIBUS, ...

Rudolph Volkmar Hess, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 B
62

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RUDOLPHI VOLCMARI

HESS, JurisConſulti,

PRACTICARVM CONCLVSIONVM DE TESTIBVS, Centuriæ V.

Ex

IPSIS JVRIVM VISCERIBVS, MVLTO SVDORE ET *vigiliis ſic concinnata, ut omnes ſacrarum legum ſtudioſi tyrocinio jàm excedentes atq; in Jurisprudentia promoti, adultiq; facti, quæcunq; ante perceperunt, in harena nunc legum digladiatoria & ipſo foro verbis forenſibus, viciſſim impetere atq; certare poſſint.*

Vnà

Cum Summariis & Indice tripartito, ſolito & conſueto.

ERPHORDIÆ

Typis Nicolai Schmuckii excuſa, impenſis Jacobi Apelii. Bibliopolæ Lipſenſis.

M. DC. XII.

13 6 D 02

Digitized by Google

SERENISSIMIS

nec non

ILLUSTRISSIMIS
PRINCIPIBUS ATQUE DOMINIS, DOmino JOHANNI CASIMIRO, & Domino ERNESTO, *F.F. Ducibus Saxoniæ, Juliæ, Clivorum & Montium, Landgraviis Thuringiæ, & Marchionibus Miſniæ; Comitibus de Marca & Ravensburg/ & Dominis in Ravenſtein/ Dominis ſuis clementisſimis,*

RUDOLPHUS VOLCMAR HESS, Erfordienſis, JC.

S. D. P.

Iudiciorum vigor, jurisq; publici tutela, vel idcircò maximè videtur in medio conſtituta, *Sereniſſimi* PRINCIPES, DOMINI *clementiſſimi,* ne quisquàm ſibi ipſi permittere valeat ultionem. Sed, ut hoc intelligimus proviſum, quòd omnium cauſarum pondus, in probationibus conſiſtat: adeò, quòd, licèt jus non deficit, probatio tamen ſæpenumero deficere ſoleat, actoreq; non probante, reus, etſi nihil præſtiterit abſolvi. Ita teſtium quoq;, propter probationes utilitatem dudum adinventam eſſe, palam eſt, vel, ne probationum coanguſtetur facultas, vel ne quid lateat fa-

cilè actorum & calliditate plurima hominum adveniente animas periclitetur, migrare in contrarium ordo cauſæ. Vt proindè, non inſcitè à Divo Adriano reſcriptum extiterit Iunio Rufino proconſuli Macedoniæ: Teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Quaſi bonus pariter & optimus judex, animum ſuum, argumentis & teſtibus, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſse conſpexerit, confirmare debeat, & non dirigere ad unam ſaltem probationis ſpeciem. Non enim ad multitudinem reſpicere eum oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem & teſtimonia, quibus potius lux veritatis adſiſtit. Semper ſecum deliberans, aliam eſse auctoritatem teſtium præſentium, aliam verò teſtimoniorum, quæ ſcriptim recitari ſolent. Et hoc præcipuè in in criminibus, cauſisq; capitalibus, ut in quibus de hominis vita & fama, ſtatu, & exiſtimatione luditur. Nam utcunq; arbitratum fuerit, ex indiciis indubitatis ſeu violentis præſumptionibus poſse deveniri ad condemnationem, non ſolum in civili, ſed etiam capitali cauſa, vel dumtaxat ut extorqueatur per torturam confeſsio: juſtitia tamen exigente tutiùs videtur, & æquius, niſi per aliàs veras & luce clariores probationes liqueat de veritate, talia indicia, ut maximè urgentia, non facilè ſufficere ad pœnæ corporalis vel infamiæ condemnationem, minùs ad torturam, ſed pecuniariæ

Digitized by Google

niariæ dumtaxat. Nec ſolùm cauſa: perſona: loco: tempore: qualitate: quantitate: & eventu: conſideratis. ſed etiam, utrùm delictum fuerit patratum propoſito, aut impetu, aut caſu, vel palàm an occultè? Quandoquidem in delictis, quæ ſui ex natura ſecretè perpetrantur, ut adulterium, ſimonia, & ſodomia, quæ directò vix probari poſsunt, deveniri poterit ad condemnationem ex ſolis præſumptionibus violentis & indiciis indubitatis. Omninò itaq; exquirenda regulariter ſunt teſtimonia, ubi rerum incautum eſt, plurimis negotiis exiſtentibus, quæ non aliter patefiunt, niſi teſtibus pronunciantibus, veritatemq; exprimentibus. Reſpiciendum quippè cùm ſit judicanti, ne quid aut durius, aut remiſsius conſtituat, quàm cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria adfectanda, ſed perpenſo judicio, prout quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè, in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſse debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum, etiam extraordinariis in criminibus, cum aliquo temperamento, benignitas ſubſequi.

Quum autem, præter inclytam animorum magnitudinem, divinitùs annexam, in SS.*mis* CC.*bus* VV.*ris* omnes doctrinæ refulgeant, ſingularisq; in DEum pietas, & religio: in cunctos mortales amor:

 man-

manſuetudo : miſericordia : modeſtia : in ſubditos juſtiria : & humanitas, adeoq; virtutum & laudum omnium decora & heroica ornamenta tàm magnificè ſplendeant, ut ubi quoq; oportet, SS.ma CC.nes VV.ra graves ſint & ſeveræ, bonis ſpei, impiis malisq; terrori, miſeris profugio, improbis perniciei, conſtans & perpetua omnibus juſtitia, quæ nulla ratione decipi, moveri, corrumpi, necq; potentia frangi necq; gratia inflecti unquàm potuit. Necq; enim in cognoſcendo excandeſcere ſolent adverſus eos, quos malos judicant, necq; precibus calamitoſorum illachrimari ſe patiuntur, ſed, ſummatim, ita ſingulis jus reddere, ut auctoritatem principalis Serenitatis ingeniis ſuis augeant, dùm criminoſis remiſsionem veniæ, crimina niſi ſemel commiſsa, non habeant, & in eos liberalitatis auguſtæ non referant humanitatem, qui impunitatem veteris admiſsi, non emendationi potiùs, quàm conſuetudini deputârunt. Vt igitur hæc etiam poſteris teſtatò relinquerentur, placuit hascè DE TESTIBVS, concluſiones practicas ſub SS.rum CC.num VV.rum auſpiciis in medium publicari, milleq; exemplaribus impreſsoria arte formatis, in varias circumferri regiones, ut vel hac ratione, illæ, velut munitiſsima arce protectæ, validiſsimoq; præſidio munitæ, oblatrantium & vitilitigatorum morſus caninos nihili pendeant.

Etſi

Etſi verò non ignorem, nihil omnino eſse ſub Sole novum, nec inveniri ullam poſsi rem, de qua dicere liceat: *Hæc res nova eſt*: Fuit enim ſeculis retrò, & interiit, & ob hoc à noviſsimis parùm arbitror dictum, quod non ſit dictum prius. Quia tamen, ut in qualibet ſcientia manifeſtè videmus, quorundam, licèt doctiſsimorum virorum ſcripta, per quæ tàm Pontificia quàm civilia jura accuratiſsimè ſunt illuſtrata, eoq; ſummo precio & honore habita, adeò cum tempore defecerint, ut nulla de eis ampliùs ſuperſit memoria: quorundam verò notitia fuerit ſolummodò retenta, originalibus non extantibus. Divinæ quippè res perfectiſſimæ ſunt. Humani verò juris conditio ſemper in infinitum decurrit, nihil eſt in ea, quod ſtare poſsit perpetuò. Multas enim & novas natura deproperat edere formas.

Quamobrem mihi ſemper ſtudium fuit, omnem DE TESTIBVS, tramitem, qui à Romuleis deſcendit temporibus, in luculentam dirigere conſonantiam & viæ dilucidæ tradere. Cùm per contrarias interpretantium ſententias, quas diſcurri non tanquàm transfuga & merus fabulator, ſed tanquàm explorator veri, ita illum deprehenderim confuſum & conturbatum, ut in infinitum penè extendatur & nullius propemodùm humanæ naturæ capacitate concludatur.

Quod

Digitized by Google

Quod tandem cœleſti fulgore & Summæ Trinitatis favore, adimplevi, eſtq; omnis legitima TESTIVM materia per me in certas concluſiones centuriatim juſto ordine redacta & pertractata, nullo ex earum interpretatione vitiò oriundo, quìn ex illis tàm cupida legum juventus, quàm ipſi cauſarum patroni, quiq; in prætoriis Principum & Rerumpublicarum practicè verſantur, quod in ipſis rerum obtinet argumentis, ſine magno labore ſineq; ulla difficultate poſſint percipere. Has ergò, *Sereniſſimi principes, Domini clementiſſimi,* concluſionès practicas, pro communi utilitate accommodo per me elaboratas conſcriptasq; obviis ulnis ſerenaq; fronte, qua ſolent omnia, quæ publici commodi cuſtodiendi promovendiq; gratia, vel à quovis etiam ad SS.*as* CC.*nes* VV.*ras* proficiſcuntur, accipite, easq; ab improborum calumniis, qui ex ſe quicquàm tale ædere nec valent, nec poſſunt, veſtra heroica auctoritate defendite. Incolumes in longos annos SS.*as* CC.*es* VV.*as* & auguſtiſsimas, CHRISTI Domini teneat conſervetq; clementia: quarum protectioni & tutelæ meam fideliſsimam operam, meq; adeò totum, ut par eſt & decet, humilimè trado, & ad plurimum iterùm atq; ſæpiùs ſubmiſsè commendo. Data Erfordiæ die 25. Martij. Anni 1612.

RVDOL-

Digitized by Google

RUDOLPHI VOLCMARI HESS
JurisConſulti
Practicarum Concluſionum DE TESTIBVS.
Centuria I.

1. Teſtium materia eſt omnium difficillima, & ſcitu ſummè neceſſaria.
2. Partitio hujus tractatus de Teſtibus.
3. Diviſionis proprium: in effectus. nu. 4. & utilitas. nu. 5.
6. Præſumitur pro rationabiliter diſtinguente.

QVandoquidem † ex omnibus probatio- 1.
num ſpeciebus, nulla eſt difficilior, & ſcitu dignior, quàm illa, quæ de TESTIBVS, tractat. Ne igitur permixtìm de ea exponendo cupidæ legum juventuti, quandam introducamus difficultatem; operæprecium eſse duximus,
2. † materiam ejus in aliquot certos partiri libros, a & interim ſeparatim Prius, de perſonis & qualitate teſtium. Secundò, de eorundem productionibus. Tertiò, de atteſtationibus, & Quartò, de reprobatoriis, tractare.

a] *Quia † diviſio animum legentis incitat, mentem intelligen-* 3.
tis præparat, & memoriam artificioſè reformat. gl. in Conſtit. confirmante Inſtit. § igitur. 3. in verb partiri. † Imò, quæ diviſim tradun- 4.

tur,

tur, melius memoriæ mandantur, & ſic retenta nullo gladio percuti, nulloq́ telo vulnerari poſſunt, & cæteris ſunt præſtantiora. Nam † per
5. *diviſionem res dubia efficitur clarior. Qui autem benè diſtinguit, non ſolùm poteſt quod adſerit, rationibus & juribus fulcire ac colorare, ſed etiam poteſt, quod ex adverſo propoſitum eſt, decolorare & an-*
6. *nihilare. Cùm † ſit proximus veritati.*

DE PERSONIS ET QVALItate teſtium.

LIBER I.

1. *Plena probatio, quando fiat per teſtes. nu. 4. & 6. in dubio ſubauditur probationis appellatione. nu. 3. non ſemper ex forma legis vel ſtatuti fieri poteſt. nu. 10. & 24. fieri debet pro materia ſubjecta. nu. 27.*
2. *Teſtes omni exceptione majores qui ſint? nu. 3 quando eſſe debeant? nu. 9. tres non probata vita an plenè probent? num. 6. & 8.*
3. *Probationis appellatio de qua ſit regulariter accipienda?*
4. *Verba accipi debent in potiori ſignificatu, & ſecundum materiam ſubjectam. nu. 28. legis vel ſtatuti qualificata ſeu prægnantia, quid circa actum probatorium operentur? num. 9. enunciativa in privilegio principis, cui æquipolleant? num. 20. in dubio non probant. nu. 21. hæc, plena & legitima probatio, an in lege eſſe poſſint ſuperflua? nu. 32.*
7. *Semiplena probatio an dici poſſit legitima? & nu. 8.*
11. *Modica in conſideratione eſſe non ſolent.*
12. *Adulterium qualiter probetur? & nu. 14. an perfectè probari poſſit? nu. 13.*
14. *Praxis probandi adulterium, ad thori ſeparationem.*
15. *Filiatio probari poteſt præſumptivè, & non directò. num. 17. qualiter probetur per famam. nu. 18. 19. & 27.*

16. Mate-

20. Materia ubi eſt de ſui natura difficilis probationis, qualis qualis probatio ſufficit. & nu. 25.
22. Libertatis poſſeſſio, an probetur per famam? & quatenus? nu 23.
24. Uxor ejusq; heres, quando excludantur à fructuum rerum paraphernalium repetitione, à marito perceptorum.
26. Probari per quos poſſint ea, quæ fiunt inter conjuges?
29. Verbum quodlibet eſſe debet in lege vel ſtatuto effectus aliquid operandi.
30. Argumentum à contrario non procedit data abſurditate: fallit, nu. 31.
33. Facultas probandi coanguſtari non debet.
34. Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.
35. Teſtium ſpecies ſunt diverſæ & ſubalternæ. nu. 37.
36. Teſtificari qui prohibeantur? non poteſt omnis vitioſus. n. 37.
38. Excellentia perſonæ principatum in omnibus actibus obtinet.
39. Primordium tituli poſteriora rectificat.

Concluſio I.

PRæmonendi † tamen ſumus, teſtes hactenùs plenam, integram & ſufficientem conſtituere probationem, quatenùs ſint omni exceptione majores, id eſt, tales, † quibus legitimum impedimentum objici non poteſt, ita, ut eorum dictum perfectè admitti, eisq; plenè ſine aliqua ſuſpicione credi debeat. 1. 2.

c. 1. c. licèt ex quadam. 46. ibi ſed à fide dignis. ext. de teſtib, l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. & cenſuit gl. in c. at ſi clerici. in verb. probatione. ext. de judic. & in c. abolemus. in verb. deprehenſi ext. de hæret. c. in primis. in fin. 2. q. 1. Quia † appellatione probationis in dubio ſemper intelligitur de plena. l. Lucius. ff. de condit. & demonſtr. fac. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. petat. & l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. ſit. & c. cùm olim. 26. ext. de teſtib. Verba enim † debent in potiori ſignificatu 3. 4.

Digitized by Google

accipi. §. *ſed jus quidem.* *Inſtit. de jur. natural. gent. & civil.* *Sed plena probatio non fit, niſi per teſtes fide dignos & vita probatæ, adeoq;*
5. † *qui ſunt omni exceptione majores, hoc eſt, quibus nihil criminis objici poteſt. c. licet. 21. ext. de teſtib.* *Ergò probatio, quæ fit per teſtes, debet fieri per eos regulariter, qui ſunt integri ſtatus & probatæ vitæ. d. c. licèt. 21. & d. c. licèt ex quadam. 46. ſicq; per teſtes, qui ſunt omni exceptione majores.* Marſil. *in rub. C. de probat. nu. 6.* derer Perſon/ Name/ Stand/ Wandel und Weſen in allem ontaddelhafftig und gantz onverwerfflichen ſeynd. *nam is dicitur eſſe omni exceptione major à gl. in c. 1. ext. de teſtib. & in c. 1. ext. de conſang. & adfinit.*

Concluſio II.

6. IN tantum, † quòd etiam, licèt ſint tres teſtes, dummodò non ſint probatæ vitæ, id eſt, omni exceptione majores, non perficiatur plenè probatio.

7. *d. c. licèt. 21. gl. in c. 1. ext. de conſang. & adfinit. cùm † ſemiplena probatio, legitima non ſit, nec ejus appellatione in l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tutor. accipiatur, utpotè, quæ ad probationem non ſufficit, tametſi non*
8. *ignorem, aliud viſum fuiſſe gl. in d. l. 2. §. 1. Hæc tamen † crederem eſſe arbitrarium, attenta qualitate & quantitate defectus.*

Concluſio III.

9. ET omnium † maximè, teſtes eſſe debent omni exceptione majores, ſi in lege vel ſtatuto adpoſita ſint aliqua verba qualificata vel prægnantia, ut quia dicitur, fiat plena probatio, per apertiſsima documenta: vel pleniſsimè probetur, vel, fiat probatio dilucida & indubitata.

d. l. 2. §. 1. ut poſt Joan. And. *tradunt alii in c. pia. De except. & antea* Specul. *tit. de notor. crimi. §. fama. verſ. quid ſi agenti. quos eſt ſecutus* Abb. *in c. cùm dilectus. col. 24. verſ. adverte. ext. de ord. cognit. à quibus non diſſentit gl. 3. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ.*

Digitized by Google

met.cauſ. Felin. *in rub.ext. de teſtib. col. 3. verſ.tertia concluſio. ut etiam non ſufficiat ſemiplena probatio cum juramento, ut advertit* Marſ. *in rub. C. de probat. nu. 7.*

Concluſio IV.

NIſi † ſubjecta materia aliud efflagitet: vel, pro ſubjectæ materiæ ratione, plena probatio à communiter accidentibus fieri non poſsit: vel, cauſa ſit parvi præjudicii. nam tunc, licèt lex vel ſtatutum loquatur per quæcunq; verba qualificata vel prægnantia, valebit probatio talis, qualis fieri poteſt à communiter accidentibus, & in caſu parvi momenti, non oportet fidem plenis documentis ſuffultam eſſe. 10.

Alex. *conſ.77.in fin.lib.7: quem citat* Marſ. *rub.C.de probat. nu. 7. verſ.ſed iſtam concluſionem.* Felin. *in rub.ext. eod. tit. col. 3. verſ. ſecundò limita. & probat l.theſaurus. ff. ad exhib. & c.ſuper eo. ext. de parroch. quia † de modicis non eſt habenda ratio. l. ſcio.6. ff. de* 11. *reſtit.in integr.l.omninò.ff de impenſ.in reb.dotal.*

Concluſio V.

UT proindè, † ſi juxta formam legis vel ſtatuti, vigore cujus, 12. ad hoc, ut mulier propter commiſſum adulterium perdat dotem & actionem ipſius dotis, plena exigitur adulterii probabatio, per conjecturas & præſumptiones, utpotè, ſe vidiſſe nudum cum nuda, vel, ſolum cum ſola, ſeſe invicem deoſculantes & amplectentes, vel, eos vidiſse commiſceri juxta tenuem parietem, probatio facta fuerit, dicatur legi vel ſtatuto ſatisfactum.

c.tertio loco.5.ext.de probat.c.præterea.25.ext.de teſtib.quia † à 13. *communiter accidentibus non poteſt fieri probatio adulterii directò, ſpecificè & plenè, ut adfirmavit* Marſ. *in rub.C. de probat. num. 238.*

verſ. fatendum tamen eſt. Ideò ſufficiunt conjecturæ & præſumptiones. c. cùm cauſam. extr. de teſtib. Bald. *in c. 1. col. 7. verſ. quæro, nunquid ſit idem dicere. Quib. cauſ. feudal. amitt.* Alex. *in l. 2. §. fin. ff. de adult. gloſ. &* DD. *in l. capite quinto. & in l. quod ait lex. ff. eod.* Marſ. *d. rub. C. de*
14. *probat. num. 8. quod † & uſus forenſis practicus obſervat, ut, accuſatione contra adulteram inſtitutæ, quis non debeat ſe adſtringere ad ipſius facti probationem,* Sondern ſoll *tantùm circumſtantias* ſetzen / *& poſtea præſumptiones,* als nemlich / er habe geſehen *nudum cum nuda,* aus dem ſehr vermuthlich / daß er ſolchen Ehebruch vollnzogen / Vnd ſo Beklaater ſolches leugnen würde / wil Kläger hiermit ſeine Klage *ad indicia* geſtellet haben / vnd wil die *indicia,* ſo ſie jhme von Recht aufferlegt / beweiſen. Bittet derwegen ſich von jhr zu ſcheiden. *Nam taliter fieri debet probatio, ut matrimonium quò ad thorum ſeparari poſſit, ut cenſuit gloß. in dict. cap. præterea. 25. in verb. audita.*

Concluſio VI.

15. NOn ſecùs, † atq; in probanda filiatione, ſufficit, ſi fiat probatio per famam viciniæ, vel per præſumptiones reſultantes ex eo, quòd pater nominabat talem pro filio, vel per ſimilia argumenta & indicia.

l. filium. 8. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 1. §. idem per contrarium. ff. de liber. agnoſc. l. Titius. ff. de condit. & demonſtr. l. 1. C. quor. bonor. l. minori. §. plurium. ff. de quæſt. & traditur latè in c. per tuas 9. ext. de probat. & in c. Michael

Digitized by Google

chael. extr. de fil. presbyt. *Quod enim † non poteſt probari per rerum naturam clarè & directò, illud probatur argumentis & indiciis.* Bald. *in dict. cap. per tuas. 9. col. 2. verſ. opponitur.* *Atqui † filiatio à communiter accidentibus non poteſt directò probari. Ergò ipſa per præſumptiones hominum & legum, ac ſimilia probatur.* Marſil. *in rub. C. de probat. num. 9. Per famam † autem probatur præſumptivè filiatio, ſi adſertio parentum non contradicit fama. cap. veniens. ext. de verb. ſignific. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqu. pluvia. arcend. ſecùs, ſi adſertio parentum contradicit fama, nam tunc non ſtatur famæ. cap. transmiſſa. ext. qui fil. ſint legitim.* *Quod † autem dictum eſt, quod in his, quæ ſunt de difficili probabilia, admittatur hujusmòdi probatio, d. cap. veniens. videtur eſſe contra textum in dict. cap. præterea. ubi probatur, quòd etiam in his, quæ ſunt difficilia in probando, ſola fama non ſufficiat, licèt agatur civiliter, & non criminaliter.* *Præterea, † verba enunciativa emiſſa propter aliud in privilegio Papæ, æquipollent famæ. ut tradit* Joannes Andreas *in cap. non licet. De regul. jur. in 6. quod eſt ſecutus* Domi. *in cap. ſi Papa. De privileg. in 6. Sed † illa ſine dubio non probant. Clem. ſi ſummus Pontifex. De ſentent. excommunic. Ergò nec fama ſola, ut traditur in capit. illud. ext. de præſumpt.* *Nec † obſtat l. ſi mater. C. ne de ſtat. defunct. ubi videtur probari, quod quaſi poſſeſſio libertatis probetur per famam, & conſequenter illa libertas.* *Quia † fateor, quòd probetur per famam, quantum ad effectum inducendæ præſcriptionis, de qua in d. l. ſi mater. Sed non quò ad effectum præſumptivæ probationis niſi aliter probaretur, quod illa fuiſſet in quaſi poſſeſſione libertatis.*

Margin numbers: 16. (line 1), 17. (line 4), 18. (line 7), 19. (line 11), 20. (line 17), 21. (line 21), 22. (line 23), 23. (line 25)

Conclu-

Concluſio VII.

24\. QVomodo † & ſi ex forma ſtatuti quis perceperit fructus & reditus quoſcunq; ex rebus paraphernalibus uxoris ſuæ, volente ipſa uxore, non poſſit ipſa uxor vel eius heres ipſos fructus petere, vel æſtimationem ipſorum, quaſi voluntas uxoris ſemper præſumatur; niſi contraria legitimè probetur, & voluntas contraria probetur per conjecturas vel indicia, vel per domeſticos & familiares ipſorum mariti & uxoris, ſatis illa ritè probetur, legitimeq; probata dicitur, ad effectum, ut heres mariti fructus rerum paraphernalium reſtituere cogatur uxori:.

Juxta tradita per Felin. *in c. veniens. el. 2. in princ. col. 10. ext.*
25\. *de teſtib. Quia † ubi materia eſt de ſui natura difficilis probationis, lex eſt contenta ea probatione, quæ fieri poteſt.* Bart. *in l. in illa. in fin. ff. de verb. oblig. per l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. & in l. ſi quis ex argentariis. §. pen. ff. de edend.* Bald. *in auth. quas actiones. col. ult. C. de SS. eccleſ. & in l. fin. §. licentia. in 2. notab. C. de jur. delib. Sed in taliuſmodi ſtatuto eſt quaſi impoſſibile probationem certam aliundè fieri poſſe. Ergò à communiter accidentibus ea,*
26\. *† quæ fiunt inter conjuges probantur per familiares ipſorum mariti & uxoris, nec non per domeſticos, & non per teſtes omni exceptione majores, ut prolixè demonſtrauit* Marſ. *in rub. C. de probat. à nu. 10. usq;. ad. nu. 17. quo loco ex illis à ſe adductis adfirmat, ſe ita præſentialiter requiſitum Bononiæ in contingentia facti conſuluiſſe.*

Concluſio VIII.

27\. QVantumvis ergò † lex vel ſtatutum ſicq; jus municipale plenæ probationis mentionem faciat, & plenam probationem exigat: illam tamen ſemper pro ſubjecto materiæ argumento intelligi debere, vel ex jam traditis manifeſtè conſequitur.

l. Gallus.

Digitized by Google

l. Gallus. §. quidam rectè. ibiq; gl. ff. de liber. & poſtu. Verba quippe † ſecundum ſubjectam materiam accipi debent. l. ſi ſtipulatus. ff. de. uſur. l. ſi uno ff. locat. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. in tantum, ut & verba, quò intelligantur ſecundum ſubjectam materiam, debeant impropriari, l. ſed ſi §. ſed & ſi. rerũ. ff. de jurejur. gl. in l. ſi mandato Titii. §. Paulus reſpondit. ff. mandat. Paul. de Caſtr. *conſ. 82. col. ult. Atqui, † unum quodlibet verbum, etiam minimum poſitum in lege vel ſtatuto intelligitur eſſe poſitum cum miniſterio aliquid operandi.* Bald. *in rub. C. de contrah. emt. quæſt. 9.* Alex. *conſ. 151. col. 2. conſ. 187. col. 3. & conſ. 183. in fin. lib. 5. Quinimo, † licèt argumentum à contrario ſenſu non debeat ſumi, quando reſultat abſurditas, ut cenſuit gl. in c. ſignificaſti. ext. de for. compet. attamen † illud ſumendum eſt, non obſtante abſurditate, quando ſi non ſumeretur, verba nihil operarentur l. nulla. ibiq; gl. qua de illic feſtum facit* Fulgoſ. *C. de epiſ. & cler.* Roma. *in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſol. matri. Ne igitur verba hæc, legitima & plena probatio, vel ſimilia ſint ſuperflua in lege vel ſtatuto, videtur quod in tali caſu requirantur magis teſtes omni exceptione majores; quàm quod probatio debeat fieri pro ratione ſubjectæ materiæ. Niſi † dicamus, quod verba hæc, plena, liquida, legitima probatio, etiam reſpectu materiæ ſubjectæ non ſint ſuperflua, nec ſuperfluè poſita. Operantur enim ubi poſſunt operari, & maximè tunc, quando talis ſe offert caſus, in quo poſſunt effectum ſortiri. Quod non fieret, ſi eſſent ſuperflua. Et ſi volumus, quod ſemper operarentur & quod deberet ſemper fieri plena protio, in quibus à communiter accidentibus fieri non poteſt, hoc † eſſet coanguſtare probationes, contra l. quoniam. C. de hæret. & eſſet dicere, quod lex vel ſtatutum contineret impoſſibilitatem, & ſic non vaelret. c. erit autem lex. diſt. 4.*

28 29 30 31 32 33

Concluſio IX.

QVia † autem edictum de teſtibus eſt prohibitorium certarum perſonarum, [a] & ob id diverſæ ſunt ſpecies teſtium à 34

35. jure proditæ ſubalternæ. Quidam enim † ſunt laici, quidam clerici, & nonnulli maſculi & alii fœminæ, eſtq; inter eos quò ad ipſorum fidem & pœnam non exigua differentia. *b* Sunt & teſtes infames & criminoſi, quorum aliqui totaliter repelluntur, aliqui verò non totaliter, *c* ſicut & conſanguinei & domeſtici: *d* Ideò, ut nihil relinquatur incognitum, ſingulorum ſtatus, conditio & qualitas eſt pernéceſsariò exquirenda, & à teſtium dignitate & excellentia ordiendo, *e* ante omnia videndum erit.

36. a] *l. 1. ff. de teſtib. ut quicunq; non prohibentur, per conſequentiam admittantur teſtificari. c. teſtimonium. ext. eod. Prohibentur † autem quidam variis ex cauſis, & maximè vel ſtatus vel conditionis, vel ætatis, vel fama vel fortuna ratione, vel alia de cauſa, de quibus hi verſiculi circumferuntur:*

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires,
Et conſanguinei, pariter domeſtica turba,
Et clerus laicos à ſe fugat, vice verſa,
Res pariter gradus, locus, his ſint conſona tempus.

ut eſt apud gl. in c. ext. de teſtib. & 4. q. 3. per totum. & Specul. *tit. de teſtib. §. 1 per tot. & tradit pulchrè* Petrus de Anch. *conſ. 64. nu. 7. & 8. cum* Bald. *in c. 2. ext. de teſtib.*

b] *c. quoniam. c. de cætero. ext. de teſtib. l. ex eo. ff. eod.*

c] *l. 1. ff. de his, qui not. infam. l. 3. § lege Julia. ff. de teſtib. l. fin. C ex quib. cauſ. infam. irrog. l. non poteſt. ff. de furt. l. inviti. § fin. l. in teſtimonium. ff. de teſtib. l. ſi quis. § fin. C. Eod. c. ſi conſtiterit. ext. de accuſat. c. infames. 6. q. 1. c pro dilectione. De conſecr. diſt. 2. c. diffinimus. 4. q. 1. c. non oportet. diſt. 44. c. teſtes 2. q. 7. c. ex parte. c. ſicut nobis. ext. de teſtib.*

37. *De † rigore enim juris, omnis vitioſus repellitur, ut retulit*

Digitized by Google

tulit gl. in l. pen. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Specul. *tit. de teſtib.* §. *opponitur. verſ. item, quod non eſt probata vita* Alex. *conſ. 64. lib. 1. & probat text. in* §. *teſtes autem. Inſtit. de ord. teſta. & gl. Landtr. lib. 1. art. 8. nu. 5.*

d] *c. in literis. c. teſtimonium. 51. ext. de teſtib. de quibus infra part. 15. Cent. 3. dicetur.*

e] *Nam &* † *in multis juris articulis perſonæ excellentia excipitur.* 38.
c. 1. in fin. De proh. feud. alie. per Frid. c. 1. De nov. for. fidel. c. 1. in fin.
Hic fuit. lex. † *ut ſic à primordio tituli poſterior formetur eventus.* 39.
l. 1. C. Quand. & quib. quart. pars. & cujuslibet rei potiſſima pars eſt principium. l. 1. in princ. ff. de orig. jur.

DE SUMMO PRINCIPE.

PARS I.

1. *Summi principis ſimplex adſertio eſt probatio probatiſſima. nu. 7. 36. & 38. in quacunque cauſa. nu. 10. & omni negotio. nu. 12. & 17. contra quemcunque. nu. 22. ſed non perpetuò. nu. 23. & 43. probationem non recipit in contrarium. nu. 2. & 34. quando non recipiatur. nu. 26. 27. & 28.*
2. *Judicis à principe inferioris dicto nihil creditur: cujuscunque ſit dignitatis. nu. 8.*
3. *Principalis majeſtatis inſigne cujusmodi ſit? num. 13. 15. 21. & 23.*
4. *Juſta cauſa præſumitur in Pontifice Maximo, quando diſpenſat contra jus divinum: ceſſante, contra illud diſpenſare Papa non poteſt. nu. 29.*
5. *Text. exponitur in c. cùm à nobis. 27. ext. de teſtib. & in c. ad audientiam ext. de præſcript. & in c. DEus omnipotens. 2. q. 5.*
6. *Clauſula illa,* Salva in omnibus, *cujus ſit effectus. n. 14. & 33.*
9. *Cardinalis adſertio nuda vim probandi nullam habet.*
10. *Adſertio principis omnes ſuperat teſtes: Pontificis probat obliga-*

ligationem cenſus. nu. 47. etiam adverſus laicum. nu. 11. quid præſupponat in non geſtis coram principe? nu. 44.

13. *Princeps ſummus teſtificari poteſt de ſola fama, & communi uſu loquendi, ad effectum probandi. nu. 21. dare poteſt alteri in privilegium, ut ipſius teſtimonio ſolius ſtetur nu. 15. quando dicatur atteſtari de communi uſu loquendi? nu. 20. an uti poſſit privilegio dato ſupremæ poteſtati contra non ſubditum? nu. 23. citationem partis de cujus præjudicio agitur auferre non poteſt. nu. 46.*

16. *Nemo poteſt plus transferre in alium, quàm ipſe habere dignoſcitur.*

18. *Referendario principis in quibus credatur?*

19. *Conſuetudo vel communis loquendi uſus, ex quo probetur?*

22. *Pontifex ſummus quatenus teſtificari poſſit de quodlibet negotio adverſus laicum? contra jus Moſaicum, quò ad Judeorum teſtimonium, nunquàm diſpenſavit. nu. 29.*

24. *Abbat. opinatio in c. ad audientiam ext. de præſcript. refellitur.*

27. *Teſtificatus Papæ in foro imperii eſt nullius momenti: Principis Summi producit effectum probandi. nu. 38. ſed non ubiq. nu. 39. & 43.*

31. *Literæ principis an probent per ſe? & quoūq.? nu. 32. 35. 38. & 51. argui poſſunt de ſub & obreptione impetrantis. nu. 37.*

40. *Commiſſio ſi à principe ita, cum conſtet nobis, aliquem eſſe infamatum, facta fuerit, quid importet?*

41. *Fama debet præcedere inquiſitionem.*

45. *Fides à principe recepta per alium, eſt inſufficiens ad probandum reſpectu tertii. & nu. 46.*

48. *Principi Summo narranti quem deceſſiſſe in curia, an credatur? nu. 49. & 50.*

Concluſio X.

1. PRincipiò igitur, † adſertioni Summi principis, id eſt, Papæ, & Imperatoris ſemper & creditur, & ceu mille teſtium di-

ctis

Digitized by Google

ctis omnino ſtatur, [a] adeò, † ut vel ejus nuda voce viva facta at- 2.
teſtatio, etiam per centum millia teſtes non valeat reprobari: [b] licèt aliàs regulariter unius judicis verbum pro caſſa nuce non habeatur. [c]

a] *c. cum à nobis. in fin ext. de teſtib. & eſt communis omnium ſententia, quam per quàmplurima jura probavit* Hoſt. *in d. c. cum à nobis. Cui & ipſe pariter adſentior, nam † propter excellentiam ſuæ per-* 3.
ſonæ, eſt juſta cauſa, quod ſibi ſoli credatur, ſicut etiam ſpeciale eſt in ipſo, quòd † cum diſpenſat contra jus divinum, præſumatur cauſa legi- 4.
tima, prout traditur in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtit.

b] *Non † ex vi d. c. cum à nobis. ut cenſuit* Joan. Andr. *relatus* 5.
ab Anto. *de* Butr. *ibidem. cum iſte text. hoc non probet: quia dum in primo reſponſo agitur de verbo judicis & non de ſcriptura, nihil amplius dicitur, niſi quod unius dicto non ſtabitur. Vnde † clauſula li-* 6.
mitativa, ſalva in omnibus, non poteſt limitare, niſi quod eſt expreſſum. Cum ergò nihil dicatur in primo reſponſo de probatione facienda in contrarium, impoſſibile eſt dicere, iſtum text. probare, quod contra adſertionem Summi principis non poſſit probari. Probatur † igitur 7.
iſta concluſio melius in c. quicunq. 11. q. 1. intelligendo illum text. de epiſcopo, id eſt, de Summo principe quem hodiè Pontificem Maximum nominamus, ut expoſuit Innoc. & eum ſecutus Anto. *de* Butr. *in d. c. cùm à nobis.*

c] *d. c. cùm à nobis. quantumcunq. etiam ejus ſit auctoritas. d. c. cum à nobis. vel dignitas, licèt eccleſiaſtica. nam † nec ea facit, quod* 8.
uni ſoli judici credatur. d. c. cùm à nobis. atq; hinc † eſt, quod etiam 9.
Cardinali non habeatur fides, ut ſenſit & gl. in c. ſicut. extra de ſent. excom. & plenè in c. cùm in jure. ext. de offic. deleg. & in c. conſtitutus. ext. de appell. & dicetur infra part. 2. concluſio. 14.

Digitized by Google

Concluſio XI.

10. NEc refert, † ſivè Pontifex Maximus teſtificetur ſuper cauſis ſpiritualibus, ut in quibus propriè habet ſupplere ex plenitudine poteſtatis, ſive ſuper cauſis profanis. Semper enim teſtificatus ejus ex ſimplici verbo procedens, omnes teſtes ſuperat.

d.c. cùm à nobis. in fin. junct. verſ. ſi ſuper teſtamentis & aliis con-
11. *tractibus. Ex adſertione † enim Pontificis probatur obligatio cenſus contra laicum. c. ad audientiam. 6. ext. de praeſcript.*

Concluſio XII.

12. UT proindè, † etiam in his, quæ ſunt de jure gentium, adeoque ſuper teſtamentis & aliis contractibus inter vivos, ex jure gentium introductis, credi Summo Pontifici oporteat. *a*
13. licèt † de ſola fama & communi opinione atteſtetur. *b*

14. a] *Vt clarè probat d.c. cùm à nobis.* † *aliàs clauſula illa,* Salva in omnibus, *in fin d.c. cùm à nobis. poſita, non referretur ad primum dictum. Vnde, non poteſt reſtringi text. iſte ad ſpiritualia & beneficialia tantùm, ut viſus eſt ſentire* Abb. *in d.c. cùm à nobis. Nam quod falſa ſit iſta* Abbat. *reſtrictio, & vera hac concluſio dilucidè probat*
15. *c. ad audientiam ext. de praeſcript. Quinimò, † ſi princeps habens ſupremam poteſtatem poteſt dare privilegium alteri, quòd credatur ſibi ſoli in quocunque negotio. c. quicunque 11. q. 1. Ergò hoc privilegium*
16. *fortiùs habet in ſe. c. omnes. diſt. 12. quia † nemo poteſt alteri concedere, niſi quod ipſe habeat. l. nemo. 50. ff. de reg. jur. c. nemo. 79. Eod. tit.*
17. *in 6. & per conſequens, † etiam Summo Pontifici in his, quæ pertinent ad jus gentium, ſoli creditur. d. c. cùm à nobis. in fin. & adſtipulatur*
18. *huic gl. notab. in c. ad Apoſtolicæ. De re judic. in 6. ſicut creditur † referendario Principis de his, quæ ſunt ſibi commiſſa à principe: Novell.*

conſti-

Digitized by Google

conſtitut. 81. tit. undec. in med. lit. non fier. ſacr. juſſio. §. 1. *Collat. 8.*

b] *c. per tuas. ext. de probat. Quia † conſuetudo vel communis uſus* 19.
loquendi probatur ſi communiter DD. dicunt, ita eſſe. Imol. in l. 1. §.
nunciatio. ff. de nov. oper. nunciat. Sed † Summus Pontifex frequens 20.
adprobando hunc modum loquendi, ita eſt, videtur atteſtari hunc eſſe
communem modum loquendi. d. c per tuas. Ergò probat. Poteſt † enim 21.
Princeps teſtificari de communi uſu loquendi & creditur ſibi, ut inquit Joan. And. *ad Specul. tit. de Inquiſit.* §. *nunc tractemus.*

Concluſio XIII.

ETiam, † ſi Maximus Pontifex ſimplici loquela atteſtatur de 22.
promiſsione & contractu contra laicum, *a* eccleſiæ tamen ejus ſubjectum, *b* & qui quævè geſta fuit cum eo, ante Papatum. *c* Vtrobiq; enim Summi Pontificis adſertio, nullo alio adminiculo ſuffulta, pleniſsimum teſtimonii robur habere videtur. *d*

a] *Vt eſt text. in c. ad audientiam. ext. de præſcript. quem & ad hoc perpendit* Abb. *in d. c. cùm à nobis.*

b] *Quia hoc, † quod creditur adſertioni Summi Pontificis, eſt* 23.
privilegium ſupremæ poteſtatis, quo privilegio non poteſt uti princeps contra non ſubditos. Clem. paſtoralis. verſ. cæterùm. De re judic. Ex quo † ſequitur falſam, imò erroneam eſſe opinationem 24.
Abbat. *quam ipſe pro nova reputat in d. c. ad audientiam. dum adfirmat, ex eo textu induci probationem contra laicum, etiam eccleſiæ non ſubjectum: Imò dicere, ut ipſe dixit, hoc ſpeciale eſſe in Papa, non videtur habere rationem.*

c] *ut placuit gl. in c. 1. De renunciat. in 6. & in c. ad apoſtolica. De re judic. in 6.*

d] *d. c.*

Digitized by Google

[d]] *d. c. cùm à nobis. & d. c. ad audientiam. quæ jura optimè faciunt pro iſta concluſione, quam* Abb. *in d. c. cùm à nobis reliquit ſub dubio, non tamen per d. c. ad audientiam. de cujus intellectu ſtatim dicetur.*

Concluſio XIV.

25. SED ita † demum, quatenus ipſius teſtificatus fiat ſuper his, quæ geſta ſunt per Pontificem, vel coram eo, ipſo tamen auctore, vel etiam coram eo ſimpliciter: aliàs adſertio ejus pro nudo habebitur narrato.

Vt traditur in d. c. cùm à nobis. & in Clem. literis. De probat. ubi gl. & in c. fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt.

Concluſio XV.

26. UTiq; verò † ſolius Pontificis dicto non ſtabitur, ubicunq; agitur de jure naturali, vel gentium, ſeu de jure divino.[a]

27. Quando † & in foro ſeculari & in terris imperii teſtimonio ſolius Papæ, non credatur.[b]

28. [a]] *Vt rectè & verè docuit* Abb. *in d. c. cùm à nobis Primo, † per ea, quæ habentur in c. 1. 2. q. 5. ubi patet directè, quòd voluit procedi in probando uti proceditur in probando jure communi, dùm allegavit pontifex teſtimonium duorum: quia Judei non recipiebant eum pro ſummo pontifice. Vndè ſubaudiendum erat in d. c. 1. ſecundum regulas legis eorum, id eſt, legis divinæ. c. licèt. ext. de teſtib. Secundò move-*
29. *tur* Abb. *tali argumento, quia contra † hoc jus diuinum non reperitur diſpenſatum à Summo pontifice, & quod non poſſit diſpenſari, niſi ex cauſa juris, ſeruanda tamen ſit regula, ubi aliter non ſubſiſtat, juxta*
30. *c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtit. & adducit † text. in c. DEVS omnipotens. 2. q. 5. ubi dicitur, quod DEVS noluit judicare Sodomitas, niſi per prius legitimè probaretur crimen. Sed iſte text magis probat, quod ſententia non poſſit fieri cauſa non cognita, & quod ex-*

ſecutio

ſecutio non debet fieri ante ſententiam, & quod non ſtetur teſtimonio Judæi, imò, ex illo text. patet, quod per juſſionem DEI fuerunt condemnati: niſi exponatur verbum, videbis, id eſt, cognoſcas.

b] Nam quod etiam tunc crederetur ſoli verbo pontificis, illa opinio non eſt communis. d. c. cùm à nobis, & maximè contradicente parte, c. ſuper 44. ext. de teſtib.

Concluſio XVI.

NOn ſolùm † autem ſimplici verbo, verum etiam literis Summi Principis creditur; ita ut illæ non minus firmum probandi effectum, atq; merâ ejus adſertio, obtineant. 31.

Clem. literis. De probat. & c. fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. Innoc. *in c. inquiſitioni. ext. de ſent. excom.*

Concluſio XVII.

IN tantùm, † quòd etiam contra ſcripturam ſeu literas Papæ non admittatur per teſtes, quantumvis legaliſſimos probatio in contrarium, ſicut nec ipſius teſtificatio verbalis teſtibus poteſt reprobari. 32.

Vt clarè probat text. in d. c. cùm à nobis. in quantum † iſta clauſula, Salva in omnibus, referatur ad dictum præcedens, in quo dicitur, quod ſcriptura judicum poteſt reprobari per teſtes, atq; ita reſtringitur illud dictum ad probationem teſtium. Non enim in regula fit mentio niſi de teſtibus. Et ſi quis aliter vellet reſpondere, poſſet dicere, quod per d. c. cùm à nobis. non prohibeatur probari contrarium per teſtes, ſed quod per duos vel tres teſtes non reprobaretur illa ſcriptura, ſicut reprobatur ſcriptura aliorum judicum. Et licèt iſta reſponſio adpoſitè conveniat proprietati verborum: non credo tamen hanc fuiſſe mentem Pontificis. Nam † hodiè videtur certum eſſe, quod in iſto caſu nullo modo recipiatur probatio in contrarium. 33. 34.

Concluſio XVIII.

35. NIſi quod, † ſi in literis Principis narratur aliquid factum coram Principe, non tamen ſe auctore, geſtum, advertendum ſit ad literarum tenorem & qualitatem: ut, ſiquidem hoc à Principe narretur motu proprio, credatur ſibi ſoli indubitanter. Sin verò ad poſtulationem impetrantis, minimè.

Vt declaravit gl. in d. Clem. literis: & traditur in d. c. fin.

Concluſio XIX.

36. DIſsimiliter † quàm in adſertione Papæ vel Imperatoris facta viva voce. Huic etenim eſt incunctanter adhærendum, nulla prorſus habita differentia, qualiter ſic vel taliter adſerere fuerit motus Princeps Summus.

d. c. cùm à nobis. ut ita prædicta diſtinctio in teſtimonio Principis
37. *verbali locum non habeat, quia † videtur in Principe adſerente ceſſare cauſa, propter quam non creditur literis impetratis ab aliis. Potuit enim eſſe cauſa nimia importunitas impetrantium. c. apertè, ext. de capell. monach. l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. quæ ratio ceſſat in adſertione oretenùs prolata. d. c. cùm à nobis. & ibi DD.*

Concluſio XX.

38. QVamlibet † etiam, Summus Princeps vel literis vel verbo atteſtaretur de eo, quod non eſset eo præſente peractum. Cum eo quoq; caſu, pleniſsimè ubiq; ejus probet adſertio: at-
39. tamen non indiſcriminatim. Et † dubio procul ejus teſtificatui ſtabitur, ſi per Pontificem vel Imperatorem adſervitur aliquid, quod eſt tàm levis præjudicii, ut & in eo ſufficiat per famam facta probatio.

Vt pla-

Vt placuit gl. in d. Clem. literis. & traditur per Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de Inquiſitio. §. tractemus. verſ. hoc autem notandum.*

Concluſio XXI.

UNdè, † ſi Summus Princeps committendo cauſam dicat: 40.
cùm; conſtet nobis aliquem eſſe infamatum: debet poſse judex procedere confeſtim ad inquiſitionem, ut per quam fama probatur præcedens.

Vt clarè docuit Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de Inquiſit. §. nunc tractemus. verſ. hoc autem notandum. & in c. cùm oporteat. ext. de accuſat. Fama † enim debet neceſſariò inquiſitionem præcedere, & co-* 41.
pia dari inquiſito c. qualiter & quando. extr. Eod. ut quæ † locum ac- 42.
cuſatoris obtinet. d. c. qualiter. aliàs non videtur ſequi poſſe condemnatio, nec ad inquiſitionem procedi; quaſi, deficiente accuſatore vero vel ſaltem ficto. l. reſcripto. §. ſi quis. ff. de muner. & honor.

Concluſio XXII.

AT verò, † ubicunq; per taliuſmodi Pontificis teſtificatum 43.
de non levi tractatur præjudicio partis adverſæ, & nil pro ſua adſertione allegat Pontifex, illius adſertioni credi non oportere, Immò, eam nullius planè argumenti eſse, nullatenùs eſt ambigendum.

Vt eſt apud Calcan. & Ant. de Bútr. *in c. poſt ceſſionem. ext. de teſtib. & in c. fin. extr. de ſucceſſ. ab inteſt. quibus ipſe non illubens ſubſcribo, ſubtili adductus ratione, quia † ut ſtaretur adſer-* 44.
tioni Summi Pontificis de non geſtis coram ſe, oportet quod Summus Pontifex de actu non geſto coram ſe receperit fidem & probationem ab alio, aliàs hoc, ut crederetur Summo Pontifici, eſſe non poſſet.

Digitized by Google

45. Sed † illa fides non videtur eſſe ſufficiens ad probandum aliquid in præjudicium partis, ut probet, ideò non eſt ſtandum huic adſertioni. Quod
46. autem † non ſit ſufficiens ex eo patet, quia probatio ad præjudicium partis non poteſt recipi, niſi parte citata. c. 2. ext. de teſtib. nec Pontifex poteſt tollere hanc defenſionem. clem. paſtoralis. De re judic. Relinquitur ergò quod in caſu hujus concluſionis, per adſertionem pon-
47. tificis omninò nulla fiat probatio, fidesq;. Atqui † ſtatur Summo Pontifici atteſtanti de cenſu conſueto ſolvi. c. ad audientiam. ext. de præ-
48. ſcript. & tamen non atteſtatur factum coram ſe. Contrarium † ob id cenſuit gl. in d. Clem. literis. quæ attento exemplo poſito per ipſam, videtur velle, quod credatur Summo Pontifici narranti aliquem deceſſiſſe
49. in curia. Et huic † gl. ſententiæ, accedit & Lap. quem retulit Ant. de Butr. in d. c. fin. dùm limitat illam gl. & dicit eam eſſe veram,
50. quando Pontifex ita narrat ex motu proprio. Verùm † inter varias illas opiniones, quas cumulavit gl. in d. Clem. literis. illa quam hac in concluſione perſtrinximus, videtur veriòr & ab ea non eſt multùm aliena gl. in d. Clem. literis. Non enim eſt credibile, quod reſtrinxerit
51. ſe de mortuo, ipſo Summo Pontifice præſente. Nec obſtat † text. in d. c. ad audientiam. Intelligitur enim loqui de adſertione Pontificis poſita in privilegio, cui ſoli non creditur, ſed una cum teſtibus & libro cenſuali, ut traditur in d. c. ad audientiam. Vndè & gl. in d. Clem. literis. videtur ſentire, ut jam diximus.

DE CARDINALI.

PARS II.

1. Cardinalis, ut & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum teſtificatio verbalis, præſupponit teſtes: aliùs nihil valet in probando. nu. 2. & 4. diverſimodè conſideratur. nu. 6. & 23. niſi cum mandato Curiam non ſolet exire. nu. 7.
3. Eccleſia Romana habet, univerſalem jurisdictionem in omnes omninò totius mundi

perſonas

perſonas eccleſiaſticas: eſt omnium eccleſiarum mater & petra. nu. 1.

5. Exceptionis natura quæ ſit.

7. Teſtificatui Cardinalis quando habeatur fides? nu. 13. & 23. vel non? nu. 26. 29. & 34. qualiter ſtetur? nu. 9. 30. & 36. & unde? nu. 10. non ſtatur in præjudicialibus. nu. 16. interdum creditur & de reſervatis principi. nu. 17. ſtatur in ſententia de actis enunciantis. nu. 28.

8. Nunciis apoſtolicis & Cæſareis ſine mandato credi non debet: & utiq; circa reſervata principi. nu. 13. fallit. nu. 16. & 18.

11. Notarium quem eſſe non probatur ex actuum frequentia.

12. Adfirmanti neceſſitas probandi incumbit.

14. Reſervata principi non veniunt ex natura legationis.

15. Mandatum qui allegat, debet illud probare: quando præſumatur in Cardinali ſeu legato principis, circa reſervata. nu. 18.

19. Loqui ſine lege pudor eſt JurisConſulto.

20. Epiſcopo non creditur adſerenti quid in detrimentum alterius.

21. Epiſcopus & Cardinalis, judicantur ad paria.

22. Geſta per officiales principis an ſimpliciter ſint rata?

24. Juſta cauſa credendi quem eſſe nuncium vel legatum, quæ eſſe poſſit?

25. Nuncio ſeu legato principis circa quæ credatur?

27. Dignitas nulla dare poteſt, firmum robur dicto unius.

30. Lex civilis ubi in foro Canonico allegari poſſit?

31. JusCivile non eſt ſuperfluum in foro etiam eccleſiæ.

32. Statutum idem diſponens atq; jus commune, an dicatur ſuperfluum?

33. Conſuetudo Curiæ eſt exactè obſervanda: ab eo, qui eam allegat probari debet. nu. 37. aliàs non valet. nu. 41. eſt contra jus. nu. 38. quæ dicatur irrationabilis. nu. 39. & pugnare cum jure divino? num. 40.

42. Legatus an poſſit interpretari ſuam conſtitutionem, remiſſivè.

Digitized by Google

Concluſio XXIII.

1. ET † Maximo epiſcoporum Pontifice excepto, cæterorum clericorum adſertiones, quatenùs teſtibus non ſint adminiculatæ, nullam merentur fidem, licèt alioquin in Eccleſia Romana, quæ aliarum eccleſiarum mater eſt & petra, *a* pri-
2. matum teneant. Quò fit, † ut Cardinali de re aliqua verbis ore prolatis non credatur, ejusq́; verbo nulla adhibeatur fides. *b*

3. *a*] *c. fin. ext. de fòr. compet. Eccleſia enim † Romana habet univerſalem Juriſdictionem in omnes perſonas eccleſiaſticas, per univerſum orbem, cujuscunq́; ſint dignitatis. c. per principalem. & c. cuncta. 8. q. 3. & vel actu vel habitu ſivè potentia. Paria quippè cùm ſint habere juriſdictionem effectualiter, vel per alium ſtare, quò minùs habeat. Idem enim judicatur de eo, quod eſt in potentia, quod de eo, quod eſt in actu. c. fin. ext. de reſtit. ſpoliat. l. Labeo. ff. de ſupell. legatio. l. mulieris. 13. ff. de verb. ſignif. Multa etenim ſunt, quæ non ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur. c. majores. §. caterùm. ext. de baptiſ.*

4. *b*] *c. cùm à nobis. ext. de teſtib. † Nam cùm ſola excipiatur eminentia Summi Pontificis. d. c. cùm à nobis. in fin. Ergò regula & jus commune remanet in contrarium, hoc eſt, cæteris perſonis eccleſiaſticis, ejusdem dignitatis præfulgentibus prærogativa,*
5. *ſimpliciter credendum non eſſe. Nam † exceptionis natura eſt removere, non inducere ſive ordinare. Imò & firmare regulam in caſibus non exceptis. c. clericis. & ibi gl. 32. q. 5. Ergò videtur, quod Pontifex in d. cap. cùm à nobis, 27. excipiendo à regula generali, unum de caſibus requirentibus plures quàm unicum teſtem, cæteros quoq́; clericos, à latere præſertim Pontificis militantes, voluerit.*

Digitized by Google

tit includi, ex traditis à Dyn. *in rubr, de reg. jur. in 6. numero 16.*

Concluſio XXIV.

UNa † tamen eſt circa Cardinalis atteſtationem facienda differentia. Nam aliquando Cardinalis teſtificando verbaliter, loquitur de commiſsione ſibi facta; aliquando verò de geſtis per ſe vel coràm ſe, & dubium eſt, utrùm utrovis caſu Cardinali credatur? an non? 6.

Prout iſthac differentia evincitur ex traditis per Speculat. *tit. de legat. §. ſupereſt. verſ. quid ſi delegati. & ex c. 1. De offic. legat. in 6. & ex c. quod ſuper. ext. de fid. inſtrum. & ex c. conſtitutus. ext. de appell. ſicut ex ſubjectis manifeſtiùs adparebit.*

Concluſio XXV.

ET quia † Cardinalis curiam ſine commiſsione vel delegatione legaliter facta exire non ſoleat, idcircò creditur ſibi adſerenti ſe eſse legatum. 7.

Vt egregiè videtur probare l. fin. ff. de eo, per quem fact. erit. & Speculator *titulo de legat. §. ſupereſt. verſ. quid ſi de legati. quem eſt ſecutus* Joannes Andreas *in capite 1. De offic. legat. in 6. & retulit* Antonius de Butrio *in capit. conſtitutus. ext. de appellat. nec diſsentit* Bartolus *in l. ſi mei cauſa. §. fin. ff. commod. Vulgatum quippè † cùm ſit,* 8.
daß man des Bapſts oder des Kayſers Botten oder Bottſchafften nichts glauben ſoll / ohne derſelben Brieffe / Wiewol ſie auch ſonſten begleubiget ſeyn mügen / *ut retulit gloſſa Landr.*

Landtr. lib. 3. art. 63. in verb. mit ſeinen Brieffen / *per l ſi quis. C. de mand. princip. & c. cùm in jure. in fin. ext. de offic. delegat.*

Concluſio XXVI.

9. SIvè † Cardinalis adſerat ſe eſſe legatum in provinciâ, ſivè etiàm ſuper his, quæ exponit alicui, ad quem dicit ſe miſſum eſſe: Semper enim Cardinali legato creditur.

c. ad apoſtolicæ. 2. De re judic. in 6. c. nobiliſſimus. diſt. 96. magis
10. *† tamen de facto & conſuetudine, quàm ex lege aliqua ſcripta, tùm quia hoc ut ſimpliciter credatur Cardinali ſe legatum adſerenti, jure non probatur, tùm quia regula per Innoc. & alios tradita in c. 1. ext.*
11. *de fid. inſtru.. eſt in oppoſitum. Regulare † autem eſt, quòd aliquem eſſe notarium, non probatur ex hoc, quod publicè ſe exercuit pro tali,*
12. *& quod multa fecerit inſtrumenta. Qui ergò † vult oſtendere hoc eſſe ſpeciale in Cardinali, debet hoc probare. §. veriùs. inſtit. de legat. l. veriùs. ff. de probat: cùm ratio ſpecialitatis nulla dari poſſit, quod ſcio..*

Concluſio XXVII.

13. EXtrà, † quàm ſi Cardinalis ut legatus dicat ſe habere mandatum etiam in his, quæ ſunt ſpecialiter reſervata principi. nam niſi tunc de ſpeciali mandato doceatur, de jure Cardinali non creditur adſerenti ſibi aliquid eſſe commiſſum ex reſervatis.

c. nobiliſſimus. diſt. 96. Nouell. conſtit. 16. tit. 4. de mandat.
14. *princip. §. ſi verò. Collat. 3. & fac. l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10. † quia talia non tranſeunt ex natura legationis. c. poſt translationem. ext.*
15. *de offic. legat. nec ſolent faciliter committi ſine regula, quod † qui allegat mandatum, debet hoc probare. l. 1. C. de mandat. princip. & c. cùm in modo. ext. de offic delegat. Nec text. in d. c. nobiliſſimus. dicit, quòd*

Digitized by Google

tit, quòd credatur illi nuncio ſibi adſerenti eſſe commiſſum aliquid ex reſervatis.

Concluſio XXVIII.

QVando † præcipuè illud vel tale dictum Cardinalis vergat 16.
ad præjudicium alterius. Vtiq; enim, ſi hoc non tendat in detrimentum, alterius, Cardinalis adſertioni circa reſervata principi eſt ſtandum, ut † etiam credatur Cardinali dicenti, ſe 17.
habere poteſtatem diſpenſandi cum regulari, vel cum illegitimo, quò ad ordines.

d. c. nobiliſſimus. & d. l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10. & Novell. conſtit. 16. tit. 4. de mandat. princip. §. ſi verò. Collat. 3. per quæ ita conſuluit & Angel. *ut retulit* Petr. de Anch. *in Clem. literis. De probatio.*

Concluſio XXIX.

PLacuit † tamen, quando Cardinalis legatus pluries adponit 18.
manum ad aliquid ex reſervatis, præſumi tunc eum habere mandatum, ſi ita adſerat, & valere geſta ratione communis erroris & publicæ utilitatis, etſi non præſumatur habere mandatum.

Bald. *in l. ex exemplo. in fin. C. de probat. per c. cùm ex literis. ext. de reſtit. in integr. & c. nihil. ext. de elect. & l. Barbarius. & ibi notat ff. de offic. Prætor. Sed hoc mihi non placet, tùm, quia hoc jure cautum non eſt. Erubeſcimus † autem ſinè lege loqui. Novell. conſtit.* 19.
17. tit. 5. c. 1. collat. 3. tùm etiam, nè fortè Cardinalis iniqua adſertio poſſit magnum præjudicium adferri parti. Vt ergò † non creditur Epi- 20.
ſcopo & vivæ voci ipſius in præjudicium alterius. c. ſi tantùm. & c. placuit. 6. q. 2. c. ſi epiſcopus. 21. q. 3. eadem ratione ſoli adſertioni & ſcripturæ Cardinalis non debet credi. Cum † Epiſcopus & Cardinalis 21.

 proce-

Digitized by Google

procedant à pari. Sicut contra Bald. *ex profeſſo ſenſit* Bart. *in d. l.*
22. *Barbarius. inquiens, † quòd in Officialibus, qui creantur à ſolo Principe ratione communis & publicæ utilitatis, non convalidantur geſta, per Lactuarios. C. de numer. & actuar. lib. 12.*

Concluſio XXX.

23. QVapropter, † ſi Cardinalis mittitur legatus ad aliquem, & aliqua proponat vel exponat, ejus quidem relationi eſt credendum, ſed in his tantummodò, quæ exponit nomine committentis: aliter atq; ſi facit aliquid, quod ſpectat ad principem. nam hoc ſine ſpeciali principis licentia committi non poteſt.

Vt concludit Specul. *tit. de legat. §. ſupereſt. verſ. quid ſi de legati.*

Concluſio XXXI.

24. UT vel † hinc etiam juſta præbeatur cauſa, ſi crediderim alicui ſe adſerentem nuncium, ut quia talis dominus conſueverat iſtum mittere pro nuncio ſuo; quaſi videatur habere mandatum.

Vt dixit pro notabil. Bart. *in l. ſi mei cauſa. §. fin. ff. commod. Cre-*
25. *ditur † enim nuncio in his, quæ ſunt officii ſui. c. cùm parati. ext. de appell.*

Concluſio XXXII.

26. COntra † autem non creditur Cardinali atteſtanti de his, quæ geſta ſunt vel per ſeipſum, vel coràm ſe in legatione, niſi ſint aliis roborata adminiculis.

c. cùm à nobis. ibi. cujuscunq; dignitatis. ext. de teſtib. Nulla
27. *† enim dignitatis prærogativa efficere poteſt, ut unius ſolius ſtetur dicto. d.*

Digitized by Google

cto. d. c, cùm à nobis. & l. jurisjurandi. 9. §. 1. C. de teſtib. ſicut pro regula traditur in c. quoniam contra. ext. de probat. & eſt communis ſententia in c. quod ſuper. ext. de fid. inſtru. & in c. conſtitutus. ext. de appell. & in Clem. literis. De probat. à qua tamen receßit Anto. de Butr. *qui in d. c. quoniam contra. expreßè ſentit, quòd debeat ei ſimpliciter credi, cùm † credatur Cardinali legato enuncianti acta in ſententia, adductus per* Specul. *tit. de legat. §. ſequitur. in fin. ſed inadvertenter, quandoquidem hoc non dixerit* Specul. *niſi allegatio ſit corrupta, quin & ipſe* Butr. *contrarium ſcripſerit in d. c. quod ſuper.* 28.

Concluſio XXXIII.

ET juris † utiq; inſpecto rigore ſoli Cardinalis vivæ voci atque etiam ſimplici ſcripturæ, non habetur fides: *a* ſecùs, quàm ex conſuetudine Curiarum. Hæ namq; conſueverunt ſervare contrarium. *b* 29.

a] *d. c. cùm à nobis. & d. l. jurisjurandi. §. 1. Et licèt d. l. jurisjurandi. §. 1. nihil de Cardinali expreßim diſpoſuerit: Poteſt tamen † lex civilis etiam in foro Canonico allegari, non ſolùm ubi deficit lex canonica, c. ſi adjutorium. diſt. 10. & c. 1. ext. de nov. oper. nunciat. ſed idem etiam ubi diſponit jus canonicum, quod jus civile. d. c. cùm à nobis. in princ. Ex quo † datur intelligi, quòd jus civile non eſt ſuperfluum, etiam in terris eccleſiæ, quamvis idem diſponatur de jure Canonico: & conſequenter interroganti, † Vtrùm ſtatutum diſponens id, quod jus commune ſit ſuperfluum? an verò inducat novum vinculum? non inconcinnè, ſtatutum cæteris paribus ſuperfluum non eſſe, reſpondeatur, ut traditur & per Bartol. in l. 1. in princip. ff. de falſ. & CCaſ. in c. 1. extr. de reſcript.* 30. 31. 32.

33. b] *c. cùm parati. & c. conſtitutus. ext. de appell. Nam † cùm hæc jura ſe reſtringant, ad curiæ conſuetudinem, ut tradunt ibidem omnes. Papa eam exactè obſervat, ut ita per illa jura nihil derogetur d. c. cùm à nobis. quod & mihi verum videtur, quicquid dixerit* Bald. *in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. fretus ex traditis per Innoc. in c. cùm dilecti. ext. de accuſat. & auctoritate* Specul. *tit. de legat. § ſequitur.*
34. *Quando † præſertim* Specul. *idem, atq; nos, tradidit, quòd videlicèt de jure non credatur Cardinali: Conſuetudo autem dictet contrarium.*

Concluſio XXXIV.

35. VEruntamen † diverſimodè; ut, ſiquidem Cardinalis voluerit atteſtari de geſtis vel per ſe, vel coram ſe, ut legatus de
36. latere, indiſtinctè ſibi de jure ſoli non credatur. Sin verò † teſtificaturus ſit de geſtis taliter tanquàm coràm judice ordinario, aliter quàm ex virtute legationis: vel de geſtis, velut coràm judice vel legato, ipſi tunc ex ſtilo curiæ omnimodò ſit credendum.

Vt ipſe priori modo procedere declaro text. in d. c. cùm à nobis. qui de juris rigore eſt exaudiendus. poſteriori autem modo intelligo text. in. d. c. cùm parati. & d. c. conſtitutus.

Concluſio XXXV.

37. NIſi, † quòd fundanti ſe ſuper iſtiuſmodi conſuetudine Curiali, neceſſitas probandi incumbat, videlicèt conſuetudine curiæ inolevìſſe, quòd judici ſoli de negotio aliquo enuncianti credatur.

Vt perquàm ſcitè adverit Anto. de Butr. *in d. c. quod ſuper. nam*
38. *† talis conſuetudo Curiæ eſt contra jus. c. 1. ext. de offic. archid. Ergo non videtur dicendum, eſſe de conſuetudine fori ſeu curiæ, quòd*

Digitized by Google

quod unius judicis verbo ſtetur, niſi fortè probaretur eſſe conſuetudo in eo caſu. Conſuetudo † enim repugnans juri divino & poſitivo & naturali in dubio præſumitur irrationabilis. c. ad noſtram. in fin ext. de probat. Sed † conſuetudo, quod uni ſoli credatur pugnat cum jure divino, c. in omni. c. licèt. & c. cùm à nobis. ext. de teſtib. c. relatum. & c. cùm eſſes. ext. de teſtam. & jure poſitivo. l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. l. jurisjurandi. 7. §. 1. C. eod. Vnde † niſi oſtendatur cauſa legitima non valet, c. fin. ext. de conſuetud. l. quod non ratione. ff. de legib. An † autem legatus poſſit interpretari ſuam conſtitutionem? traditur per Joan. Andr. *in c. ex parte. ext. de verb ſignif.*

39.
40.
41.
42.

DE PRÆLATO.

PARS III.

1. *Prælatus in cauſa ſua eccleſiæ teſtis eſſe poteſt: & judex. nu. 3. non teſtificatur conſtituto procuratore. nu. 6. ſuo nomine & periculo. nu. 14. ſecùs, ſi nomine ſuæ eccleſiæ. nu. 48. cenſetur dato procuratore ad res ſuæ menſæ, eſſe principalis. nu. 17. eog. à judicando etiam repellitur. nu. 19. fallit. nu. 49. dicitur uſufructuarius rerum ſuæ menſæ nu. 22. & ob id de eis teſtis eſſe nequit. nu. 23. à teſtimonio expellitur, ſi conſtituerit procuratorem in cauſa communi, cum adſenſu Capituli: nu. 27. 30. & 31. ſed differenter. nu. 32. & 35. regularis in quo diſtinguatur à prælato non regulari. nu. 33. 34. & 38. an poſſit interpretari contractum à ſe factum finita prælatura? num. 36. non regularis quando teſtis eſſe nequeat? nu. 37 fructus ſuos facit. nu. 42. quando poſſit ſi dederit procuratorem nomine eccleſiæ, pro ea teſtimonium dicere? nu. 53. de calumnia non jurat. nu. 55.*
2. *Judex facilius repellitur, quàm teſtis: idoneus nullus eſt in eo, quod fecit ut una perſona ſolus. nu. 24. ſicut nec teſtis. nu 39. ſecularis non habet juriſdictionem in clericos. nu. 71.*

4. *Religioſi in cauſis ſuarum eccleſiarum & agere & teſtes eſſe poſſunt: niſi quod aliud placuerit de honeſtate. nu. 5. & 6.*

7. *Forma mandati procuratorii qualis eſſe debeat?*

8. *Procuratoris conſtitutio pluriſariam fieri poteſt. & nu. 6. ſed non pari gradu. nu. 9.*

10. *Defenſio aliter conſideratur ex parte rei, & aliter ex latere actoris.*

11. *Occupantis conditio ubi dicatur melior.*

12. *Lucrum cenſetur eſſe, ſi quis ſuæ voluntatis poteſt compos fieri.*

13. *Adfectio teſtem ſuſpectum facit. nu. 47.*

15. *Text. in Clem. ſi una. De reb. eccleſ. non alie. & in c. à collatione. De appell. in 6. exponitur. nu. 16.*

18. *Agere & teſtificari nullus poteſt proprio nomine: eſt grave & laborioſum. nu. 11.*

20. *Notarius non poteſt legatum in teſtamento nec ſibi nec alteri adſcribere, in rem ſuam: nume. 21.*

25. *Appellari an poſſit ad illum ipſum Epiſcopum, ut legatum provinciæ, ſi tulit ſententiam in cauſa ſua eccleſiæ?*

26. *Animus non mutatur ex officiorum pluralitate in una perſona concurrente.*

28. *Capitulum & Prælatus in cauſa communi judicantur eſſe ſocii.*

29. *Socius in cauſa ſocii à teſtimonio repellitur.*

40. *Abbas in cauſa communi teſtificari non prohibetur. nu. 44. integer teſtis non eſt. nu. 46. cui æquiparetur? num. 42. rerum ſuæ menſæ eſt uſuarius. nu. 47. conſtituens procuratorem inſcio Conventu, videtur declarare monaſterium fovere juſtam cauſam. nu. 44. habetur in cauſa monaſterii ſui ſuſpectus ad ferendum teſtimonium. nu. 45. præſumitur eſſe adfectus ad cauſam ſui monaſterii. nu. 47.*

41. *Tutor poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli.*

50. *Singuli de univerſitate quando dicantur gerere perſonatum duorum?*

51. Epi-

Digitized by Google

51. *Epiſcopus poteſt eſſe in cauſa beneficii à ſe collati & judex & teſtis. num. 52. ut & in cauſa ſua eccleſiæ. nu. 56.*

54. *Eccleſia quando dicatur eſſe ut perſona principalis, in lite ſua.*

57. *Clerici indifferenter admittuntur ad teſtificandum in cauſa ſuarum eccleſiarum: fallit nu. 61.*

58. *Clericus reditus quomodo percipere dicatur? & num. 62. unde? num. 59. & à quo? nume 60. non habet uſumfructum formalem. nu. 62. coràm alio atq; alio judice teſtificari & jurare poteſt. num. 64. & quando. 70. coram quo juret eſt in arbitrio ſuperioris. num. 67. non facilè jurare debet coràm non ſuo judice. nu. 65. niſi ſpontè teſtificetur. num. 66. & 72.*

67. *Facta ſæpè obtinent firmitatis robur, licèt fieri non debuerint.*

69. *Licentia ſuperioris ſi fuerit neglecta, reddit actum nullum.*

70. *Religioſus nec nolle nec velle habet.*

72. *Omiſſio levis ſolennitatis non vitiat.*

73. *Fratres minores an eſſe teſtes poſſint pro ſua eccleſia: & ſine licentia ſuperioris, numero 74.*

Concluſio XXXVI.

UTiq; tamen † Prælatus & religioſi etiam eccleſiæ colle- 1.
giatæ, poſſunt eſſe teſtes pro ſua eccleſia, & ſic in favorem ſuæ eccleſiæ teſtificari in judicio.

c. inſuper. 5. extr. de teſtib. c. præſentium. Eod. tit. in 6. quia † facilius repellitur judex, quàm teſtis. c. 1. ext. de offic. delegat. Sed Prælatus † in cauſa eccleſiæ ſua non repellitur à judicando. c. ſi quis ergà. 2. quæſt. 7. c. perſona. 7. De privileg. in 6. & latè traditur in c. 2. 3.

cùm

cùm veniſſent. 11. ext. de judic. Ergò etiam à teſtimonio non repellitur. c. & ſi Chriſtus. ext. de jur ejur. ſicut † nec cæteri religioſi. d. c.
4. *inſuper. nam & religioſus poteſt in cauſa eccleſiæ ſuæ & agere & eſſe in judicio. d. c. inſuper. 5. licèt † honeſtiùs ſit, ut aliquis actor conſti-*
5. *tuatur, ad agendum & defendendum. c. 1. ext. de Synd. & traditur plenè in c. cum I. & A. ext. de re judic.*

Concluſio XXXVII.

6. NIſi † ipſi ſint procuratores in cauſa: vel ipſe Prælatus conſtituerit procuratorem ad agendum & defendendum, *a* & vel unum vel duo, vel plures inſolidum. *b* nam tunc à teſtificando repelluntur. *c*

7. [a] *iſta † enim forma mandati videtur eſſe ſufficiens, cum procurator conſtituitur ad agendum & defendendum in cauſa. d. c. inſuper. 5. & c. accedens. ext. de procurat.*

8. [b] *Sicut † tàm multifariàm conſtitui procuratores poſſunt. d. c. inſuper. 11. c. non injuſtè. extra de procur. c. ſi duo. eod. tit. in 6. l. pluribus. ff. eod. & ſic plures in eadem cauſa intervenire defenſores, & etiam plures agere nomine alieno. d. c. ſi duo. & d. l. pluribus. quod*
9. *† tamen indiſtinctè verum non eſt. l. non tantum. §. ſi tamen plures. ff. judic. ſol. l. omnium. ff. de procur. l. ne in plures. ff. de exercit.*
10. *actio. Nam † ex parte rei defenſio non poteſt dividi in plures, quando quis convenitur una actione, ſecùs, ſi pluribus. Sed ex parte actoris, rectè poteſt in plures dividi, niſi natura negotii exigat, quod per unum agatur. l. quod ſi nolit. §. quod ſi plures. ff. de ædil. edict.* Bart. *in d.*
11. *l. non tantùm. §. ſi tamen. Et pluribus † conſtitutis in ſolidum occupantis conditio melior eſt. d. c. ſi duo. vel ideò, quia occupanti ita placet, aliàs grave eſt & oneroſum agere. d. l. pluribus. bonum tamen †*
12. *& lucrum etiam cenſetur, adimplere ſuam voluntatem. l. pen. ff. de condict. ob. cauſ.*

[c] *d. c.*

e] *d. c. inſuper. & hoc propter adfectionem, quam erga cauſam eccleſiæ ſuæ habere præſumuntur. Nam † & adfectio reddit quem ſuſpectum, & in teſtibus attenditur, ut eſt apud* Specul. *tit. de teſte. §. 1.* 13.

Concluſio XXXVIII.

SEd ita † demùm prælatus tunc teſtificari in judicio nequit, 14.
quatenùs conſtituerit procuratorem in re pertinente, vel ad Eccleſiam, vel ad menſam ſuam, nomine dumtaxat proprio, & ut ipſius proprio cauſam peragat periculo.

Vt cenſuit Joan. Andr. *in d. c. inſuper. 11. per l. nullus. 10. ff. de teſtib. & eſt communis D D. ſententia, quam eſt ſecutus* Abb. *in d. c. inſuper. 11. & confirmare videtur text. in Clem. ſi una. De reb. eccleſ. & in c. A collatione. in princ. De appell. in 6. quia in illis juribus in omni actu conſideratur illa perſona in eodem modo, & non tanquàm alia. Epiſcopus † enim in Clem. ſi una. De reb. eccleſ. interponit auctoritatem unioni tanquàm epiſcopus & unit eccleſiam in rem ſuæ menſæ, adeoq; ad commodum ſuum, tanquam epiſcopi, non tanquam privati.* 15.
Quomodo † & in d. c. à collatione. contulit beneficium tanquàm Epiſcopus, & tanquàm epiſcopus cognoſcit de appellatione: & conſequenter videtur autorizari & judicare in facto proprio, contra. l. 1. C. ne quis in propr. cauſ. Cùm ergò, † ubi Prælatus conſtituit procuratorem nomine ſuo, agat nomine ſuo in judicio, ita ut videatur eſſe principalis perſona. c. 1. in fin. ext. Vt lit. non conteſt. Non autem † eſt conveniens, quod aliquis ſit principalis & teſtis. d. l. nullus. 10. c. biduum. 2. q. 6. in omnibus. 10. C. de teſtib. Non igitur debet in teſtem admitti. d. l. nullus. & d. Clem. una. Atqui, per hoc non repellitur Prælatus à judicando in cauſa ſuæ eccleſiæ. c. ſi quis erga 2. q. 7. & traditur in c. ex parte. ext. de verb. ſignif. Ergò multò minùs à dicendo teſtimonio. ex ratione c. cui licet. 53. De reg. jur. in 6. cui conſequens 16. 17. 18.

E *eſt dice-*

Digitized by Google

eſt dicere, quòd Prælatus in rebus ſpectantibus ad menſam ſuam ſit idoneus teſtis. 19. *Niſi † dicamus, in illa cauſa prælatum non poſſe etiam eſſe judicem ipſo jure. ut poſt* Ant. de Butr. *adfirmavit* Abb. *in c. cùm veniſſent. 11. extr. de judic. & fac. l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. jus dic. ergò nihilomagis teſtem. d. l. nullus.* 20. *† ad inſtar notarii, qui, ſi tanquàm publica perſona adhibetur ad ſcribendum, ſicut non poteſt legatum ſibi adſcribere ut privato, quia convertitur principaliter in commodum ejus;* 21. *ita † non poteſt adſcribere legatum alteri, cujus uſusfructus pertinet ad ſcribentem, ut eo textu adductus, cenſuit cum gl.* Bart. *in l. impuberem. §. 1. ff. de falſ. & in l. 1. ff. de auctorit. tutor. & ſenſiſſe viſus eſt* Bald. *in l. bonorum. C. qui admitt. Cùm* 22. *autem † Prælatus dicatur uſufructuarius rerum ſuæ menſæ in vita. c. præſenti. 8. De offic. ord. in 6. c. pervenit. ext. de fidejuſſ. Licèt* 23. *† igitur tanquàm alius teſtificetur, per hoc tamen non admittitur ad teſtimonium prælatus in cauſa rebus ſuæ menſæ. Cùm & in ea nec judex ſit ſine ſuſpicione, & quomodo prædiximus, idoneus. Quia* 24. *id, † quod aliquis fecit, ut una perſona ſolus, in eo non eſt idoneus judex, ut alia perſona, c. ſi quis juſto. §. 2. De elect. in 6, & ibi DD. nec teſtis. d. l. nullus. 10. & d. c. biduum.*

Concluſio XXXIX.

25. ATq; hinc eſt, † ſi epiſcopus tulerit ſententiam in cauſa ſuæ eccleſiæ, tanquàm epiſcopus, quòd non poſsit appellari ad eundem, ceu ad legatum provinciæ.

26. *Vt eſt apud* Rot. *deciſ. 102. quia † per hoc, quòd aliquis ſuſtineat vicem plurium perſonarum, non dicitur necq; præſumitur variari animus.* Rota. *d. deciſ. 102. Vndè ſicut Prælatus eſt ſuſpectus, ut Prælatus: ita eſt quoq; ſuſpectus, ut teſtis. d. c. ſi quis juſto. §. 2.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XL.

PAri ratione, † ſi Prælatus ſimul atq; Capitulum conſtituerit procuratorem in cauſa communi, id eſt, quæ & Prælati & Capituli intereſſe reſpicit, dicendum eſt, quòd teſtimonii expers habeatur Prælatus. 27.

Quia † ſi cauſa eſt communis Prælato & Capitulo, ita quod ad utrumq; pertineat utilitas & emolumentum, Prælatus & Capitulum ammodo videntur ſocii in iſta cauſa, tanquàm conſequentes ſaltem lucrum commune. Sed † ſocius non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſocii, quando præjudicium eſt inſeparabile, licèt unus ex ſociis agat. Ergò videtur quòd Prælatus non poſſit eſſe teſtis. Nec † poteſt dici id, quod ex communi ſententia dixit Innoc. *in c. præſentium. De teſtib. in 6. quod cum conſtituit procuratorem cum Capitulo, non facit hoc tanquàm pars Capituli. Vnde nunc teſtificatur, ut perſona privata. Quia † hoc videtur adverſus text. in d. c. à collatione. ubi dicitur, quòd Prælatus qui facit actum tanquàm Prælatus cum Capitulo, videtur illum facere non ut pars univerſitatis. Cùm poſſit cognoſcere de facto ſuo, ſcil. ut perſona ſingularis concurrens ad actum faciendum cum univerſitate.* 28. 29. 30. 31.

Concluſio XLI.

NIſi quòd † diſtinguere nos oporteat Prælatum non regularem à Prælato regulari. Nec enim ut iſte, ſic & ille in cauſa communi per procuratorem agitata, ad teſtimonium debet admitti. 32.

d. c. inſuper. & d. c. etſi Chriſtus. in fin. Vel ideò tam differenter; quia † in Prælato non regulari ubi loquimur, utilitas communis poteſt adplicari ſibi ſoli, ut uſufructuario: & ideò in teſtem non admittitur. Quia verò † Prælatus regularis nihil habeat proprium, licèt 33. 34.

 eccle-

eccleſia ſua poſſit habere menſam propriam. Clem. frequens. De exceſſ. prælat. & Clem. 1. De ſupplend. neglig. prælat. dicimus, quòd ille benè dicetur facere actum ut pars Collegii. & unus de collegio, ex quo utilitas omninò eſt communis. Hinc, pro idoneo teſte recipitur, & ſic intelligitur text. in d. c. inſuper. 11. & in d. c. & ſi Chriſtus. in fin.
35. *Confirmatur † iſta differentia, quia ex quo epiſcopus conſtituit procuratorem unà cum Capitulo propter particulare intereſſe, adhuc non poteſt dici conſtituere, ut unus de univerſitate, ſed ut perſona particularis, per tradita in l. cum fundum. ff. de ſer. ruſtic. præd. & in c. cùm*
36. *omnes. ext. de conſtit. An autem † prælatus poſſit interpretari contractum à ſe factum, finita prælatura? eſt apud* Bald. *in c. 1. Qui ſucceſſ. teneant.*

Concluſio XLII.

37. ET multo † fortiùs prælatus non regularis in teſtem non eſt recipiendus, ſi in cauſa unà cum capitulo communi, ſolus procuratorem conſtituerit, forte de conſenſu capituli.

38. *Quia † ſi prælatus non regularis indiſtinctè repellatur à teſtimonio in cauſa communi, ſi ipſe & capitulum conſtituunt procuratorem, ut ſuprà dixi, licèt communis DD. concluſio ſit in contrarium, ut videre licet apud* Abb. *in d. c. inſuper.* Joan. Andr. *& alios in d. c præſen-*
39. *tium. Ergò omnium maximè ſi ſolus. Quia id, quod aliquis fecit, ut una perſona, ſolus, in eo, non eſt teſtis, nec judex idoneus. c. ſi. quis juſto. §. 2. De elect. in 6.*

Concluſio XLIII.

40. DIverſum † eſt in abbate, ut ſi ſolus conſtituit procuratorem in cauſa communi ſibi & Conventui, ei, exemplo tutoris, non poſſit teſtimonii ferendi facultas denegari.

Vt placuit inprimis Joan. Andr. *in d. c. inſuper. quem ſunt ſecuti commu-*

communiter ibid. omnes & in d. c. præſentium. ut ex multis Ang & Bald. *in l. qui teſtamento. in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ. quibus & ipſe pariter ſubſcribo. Quia † tutor poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli, ſi* 41.
ipſe non agat. vel non conſtituat actorem periculo proprio, ut poſt Jacob de Arc. *quem citat, docuit* Bart. *in d. l. qui teſtamento. in princ.*
Cum † igitur Abbas non poſſit dici uſufructuarius. Videtur magis 42.
æquiparari tutori, quàm Prælato, qui fructus facit ſuos. arg. princ.
inſt. de uſufr. Abbas verò, ut & tutor non item. † Cum ſit tantum re- 43.
rum ad monaſterium pertinentium uſuarius, qui de uſufructuario in
multis differt. in princ. inſtit. de uſu & habit. Cur † ita? non enim 44.
poteſt negari. quod Abbas qui ſolus conſtituit procuratorem, videretur, declarare monaſterium fovere juſtitiam, & ſic videretur eſſe repellendus, ut cenſuit Innoc. *in d. c. præſentium. &* Archid. *in c. 1. 14 q. 2. quibus adſtipulatur* Abb. *in d. c. inſuper & docuit expreſſe*
Bart. *in d. l. qui teſtamento. 20. in princ. Sed dato, † quod Abbas* 45.
conſtituendo procuratorem declaravit animum ſuum, & ſic uideatur eſſe ſuſpectus, tanquàm teſtis: hac tamen ſuſpicio non eſt tanta, ut eum repellat penitus, ſicut videmus in tutore, & prælatum repellit utilias uſusfructus, per quem cauſa dicitur propria, ut ſupra concluſ. 38. nu. 22. diximus.

Concluſio XLIV.

ADmonendi † tamen ſumus, abbatem tunc, non eſſe te- 46.
ſtem omninò integrum, adeoq; omni exceptione majorem, licèt non per omnia repellatur à teſtificando in cauſa communi ſibi & monaſterio.

Quia † ad cauſam magis, quàm alius videtur eſſe adfectionatus, er- 47.
go pro intergro teſte non habetur: ſicut quilibet alius prohibitus ratione adfectionis vel intereſſe. & hoc ſenſu opinatio Innoc. *in d. c. præ-*

Digitized by Google

ſentium. & Bart. *in d l.qui teſtamento.20.in princ. quæ præmiſſa ratione de ſubtilitate juris,verior mihi viſa eſt, procedere poteſt.*

Concluſio XLV.

48. AT ex contrario,† ubicunq; Prælatus non ſuo, ſed eccleſiæ nomine procuratorem emandaverit, qui nomine eccleſiæ ageret,quin in ea cauſa pro eccleſia ſua teſtis eſse poſſit,nihil eſt impedimento.

49. *c. à collatione. De appell. in 6. quia † quando Prælatus ut Prælatus conſtituit procuratorem,qui pro ſua agat eccleſia,ejusq́; nomine, prout conſtituere poteſt,ut traditur per* Innoc. *& alios in c. cùm ſuper.* & Ant.de Butr. *in c. fin. ext. de cauſ poſſ. & propriè. ipſe non videtur perſona principalis, Ergò teſtificando poſtea non eſt eadem perſona; quia teſtificatur tanquàm quilibet & ut privatus, & imò videtur,*
50. *quod admittatur, ſicut † ſinguli de univerſitate, qui in diverſis acti-*
51. *bus ſuſtinent duas perſonas, ut in d.c. inſuper. probatur. Et † ſicut admittitur Epiſcopus, quando confert beneficium ut Canonicus, & poſtea cognoſcit de appellatione,ut Prælatus. d. c. à collatione. Et hoc eſt, quod notabiliter dixit* Bald. *in l. 1. in fin. C. ne quis in ſua cauſ.*
52. *quando † procurator agit nomine eccleſiæ & non nomine epiſcopi, quòd tunc Epiſcopus poſſit eſſe judex in cauſa: quia non eſſet duplex perſona,ſcilicèt principalis & judex.*

Concluſio XLVI.

53. DVmmodo † cauſa immediatè ſpectet ad eccleſiam,& eccleſia illa ſit non collegiata. nam tunc demùm Prælatus pro teſte admittitur idoneo,etiamſi procuratorem conſtituat nomine proprio.

Vt vi-

Digitized by Google

Vt viſus eſt ſentire Hoſt. *in d.c. inſuper. & tradidit* Joan. Andr. *ad* Speculat. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. item, quid ſi adminiſtrator. & in c. præſentium. De teſtib. in 6. quia † quando cauſa principaliter* 54. *pertinet ad eccleſiam, illa dicitur perſona principalis, & non prælatus, arg. eor. quæ traduntur in l. ſervo legato.* §. *ſi teſtator. ff. de legat. 1. & in l. fideicommiſſa.* §. *interdum. ff. de legat. 3. nam † ſi Prælatus* 55. *eſſet principalis perſona, ipſe juraret de calumnia, quod tamen non facit. c. pen. & ult. extr. de jura. calum.*

Concluſio XLVII.

EAdem † hæc obſervantur & in epiſcopo, & in admini- 56.
ſtratore eccleſiæ non collegiatæ, ut in cauſa eccleſiæ teſtificari vel poſsit, vel non. Nam uterq; quidem in teſtem vocatur, ſi procuratorem conſtituat, non in rem ſuam, ſed nomine eccleſiæ, vel unà cum Capitulo. Sin verò ab ipſo & ad ſuam utilitatem, & ſine adſenſu capitulari, à teſtificando prorſus repellitur.

d. c. inſuper. d. c. etſi Chriſtus. in fin. d. c. à collatione. & d. Clem. uni. & tradunt jam relati omnes, præſertim verò Joan. Andr. *ad* Speculat. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. item, quid ſi adminiſtrator. & in d. c. præſentium.*

Concluſio XLVIII.

PRæter † hos igitur, cæteri clerici indiſtinctè poſsunt teſtifi- 57.
cari in cauſa eccleſiæ ſuæ, niſi alia ratione repellantur.

c. cùm nuncius. 11. extr. de teſtib. Nec dici poteſt, quòd teſtificentur in cauſa quodammodò propria, propter reditus quos eccleſiæ intuitu percipiunt: tùm, † quia clericus percipit reditus 58.
propter

propter ſervitium, c. cùm ſecundum. ext. de præbend. Unde eſt quodammodò locatio operæ pro pecunia. l. Mævia. in princ. ff. de ann. le-
59. *gat. & ideò, † non recipit reditus immediatè ex re, ſed ex ſua opera.*
60. *tùm etiàm, quia † clericus percipit reditus de manu alterius, undè non poteſt dici, quòd habeat aliquod jus in re, de qua contenditur. l. fundi trebatiani. & ibi* Bart. *ff. de uſufr. legat. gl. in l. ſi quis item. ff. de uſufr. & declaravit latè* Bart. *in diſputat. quæ incipit, publicanus.*

Concluſio XLIX.

61. ET ideò, † ſi litigatur ſuper poſſeſsione, vel re, quæ pertinet ad titulum benificii alicujus clerici inſtituti in eccleſia, de qua plenè percipit fructus ut adminiſtrator, pro illo jure non poterit clericus eſſe teſtis.

Ut probatur ex d. c. cum nuncius. ibi niſi alia. & ex his, quæ tradit Bart. *in l. quotiens, §. 1. ff. de publica. & ſenſit clarè gl. cui adſenti-*
62. *untur omnes in l. ſicut. §. 2. ff. quod cujusq. univerſ. nomi. Quia † clericus iſte tunc percipit fructum propria auctoritate. Ergò non poteſt eſſe teſtis. Licèt enim non habeat uſumfructum formalem, habet tamen facultatem percipiendi fructum, quæ eſt ſimilis uſufructui. l. neceſſario. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Uſufructuarius*
63. *† autem ſuper re, ex qua habet uſumfructum teſtimonium dare nequit, ut ſupra concluſ. 38. nu. 22. eſt expoſitum.*

Concluſio L.

64. ET † ſivè clericus teſtificetur coràm alio judice eccleſiaſtico, ſivè coràm ſeculari, valet teſtificatus, quamvis juraverit
65. coram alio judice ſine ſuperioris ſui licentia, *a* ſine † qua tamen jurare non debet. *b*

66. a *Ut dixit expreſſè* Abb. *in d. c. cum nuncius. ea ratione, quia † cùm clericus ſponte teſtificatur, non reperitur jure cautum, quòd debeat ju-*

beat ju-

beat jurare de licentia ſui ſuperioris. Et ita ſervatur quoq; in practica Romani imperii, imò univerſæ orbis. Quid ita? cùm text. in c. quanquàm. 14. q. 2. non diſtinguat, utrùm jurare cogatur, necnè. Sed, præterquàm quòd licèt fieri hoc non debeat, & tamen factum teneat: quia † multa non debent fieri, quæ ſi facta fuerint, non ſunt irritanda. 67.
c. rurſus. ext. qui cler. vel vovent. c. 1. ext. de cland. deſponſat. dicendum videtur, † quod hoc ſit in arbitrio ſuperioris, coràm quo clericus 68.
juret. d. c. quanquàm. Quia igitur voluntas iſta ſuperioris ſit quædam licentia, quæ debet neceſſariò actum præcedere, ſequitur, † ejus omiſſionem 69.
regulariter reddere actum nullum, adeò, quòd non poſſit poſteà ratificari, ut animadvertit Bald. in l. 1. col. ult. C. qui admitt. & clarè Bart. in l. ſin autem plures. ff. de aq. pluvia. arcend. & plenè Anto. de Butr. in c. cum conſuetudinis. ext. de conſuetud. intelligendo tamen ut ſequitur ſeq. concluſione. b] d. c. quanquam. 14. q. 2. c. 1. ext. de juram. calum.

Concluſio LI.

SEd † hoc ita dumtaxat accipi debet in clerico ſeculari: a ſecùs atq; in religioſo. nam ſicut is in aliis actibus non habet nolle nec velle, etiam quò ad effectum validitatis actus: eadem ratione & in hoc caſu, non debet habere nolle ſeu velle, niſi ex licentia ſuperioris. b 70.

a] Quia † iſta prohibitio, de qua in d. c. quanquam. eſt inducta ex quadam condecentia & honore ordinis clericalis, ut ſcilicet judex ſecularis nullam videatur habere juriſdictionem vel auctoritatem in clericum. Unde, † quia cauſa prohibitionis non eſt multùm præjudicialis, nec multùm derogatur honori eccleſiaſtico, propter hoc ſi ſponte clericus velit teſtificari, dicemus quòd iſta ſit levis ſolennitas, cujus omiſſio non vitiat contractum. gl. in c. in ſumma. diſt. 63. & fac. l. 1. in 71. 72.

Digitized by Google

ſin. ff. de ventr. inſpiciend. & quod tradidit Bart. *in l. ſin. in princ. quæſt. de ſign. cruc. C. de jur. delib.*

b] *c. ſi religioſus. c. ſi abbatem. De elect. in 6. d. c. quanquàm. & d. c. 1. ibiq; DD. extr. de juram. calum.*

Concluſio LII.

73. QVare † & fratres minores poſsunt eſſe teſtes in cauſis pertinentibus ad ſuam eccleſiam, ſicut alii religioſi, *a* etiam extra cauſas ſuæ eccleſiæ, maximè inter laicos, *b* ſed tamen non ſine licentia ſui Prælati. *c*

a] *c. etſi Chriſtus. in fin. extr. de jurejur. c. inſuper. 6. c. tuis. 34. & c. ſuper. 44. ext. de teſtib. c. cùm nuncius. 11. ext. Eod. tit.*

b] *Sicut ex communi ſententia retulit plenè* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. item, quòd etiam monachus. ubi ſentit ſecundum gl. Accurſ. in Novell. Conſtit. 5. §. cogitandum. Collat. 1. quòd † poſſint*
74. *teſtificari indiſtinctè ſine licentia ſui Prælati; quod utrùm ſit verum ſuperiori concluſione diximus, & tradit latè* Abb. *in c. cùm nuncius. 11. extr. de teſtibus.*

c] *juxta c. quanquam. 14. q. 1. & quod traditur in c. 1. extr. de juram. calum.*

DE ARBITRIS.

PARS IV.

1. *Arbiter teſtificari poteſt ſuper laudi ambiguitate. nu. 9. & 10. Imò & de toto proceſſu coràm ſe agitato. nu. 32. quouſq; num. 2. qualiter. nu. 3. & quando? nu. 5. teſtis ubi videatur eſſe ſuſpectus & integer teſtis? num. 7. 8. 11. & 13. in teſtem producitur juſtè contra factum ſuum proprium. nu. 14. quantumvis turpe. nu. 20. & 20. & quomodo? nu. 22.*

4. Proba-

Digitized by Google

4. *Probatio plena & ſemiplena quot teſtibus fiat?*
6. *Teſtis, qui obſcurè depoſuit, repeti non poteſt facta publicatione: contraria dicens diverſis vicibus, an probet? num. 17. & 19. convictus de crimine, non poteſt teſtimonium dicere contra auctorem criminis. numer. 18.*
11. *Arbitri teſtificando ſuper laudo, cauſam ſcientiæ exponere debent.*
12. *Motus animi nulli patent. nu. 25.*
13. *Judices regulariter ſolent in ſubſidium recipi in teſtimonium.*
15. *Advocatus quando poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui clientuli?*
16. *Domeſticus in cauſa domeſtici teſtis eſſe non impeditur.*
21. *Judex an teſtis eſſe queat, ubi eſt particeps criminis, vel convictus de eo.*
23. *Socii & complices criminis quando plenè probent ſuper criminè? non teſtificantur contra conſocium. nu. 27.*
24. *Text. in c. 2. ext. de arbitr. exponitur.*
26. *Turpitudo in aliquo verſari poteſt vel excuſabiliter, vel inexcuſabiliter.*
28. *Delictum eſſe poteſt & licitum & illicitum.*
30. *Socius delicti non ita facile recipitur in teſtem in cauſa capitali, quàm in criminali & civili mixta. nu. 31.*

Concluſio LIII.

ARbiter, † ſi producitur ad interpretandum verbum ambiguum in laudo prolatum, poteſt interpretando ſuper illo atteſtari, licèt † teſtium atteſtationes ſint publicatæ. 1. 2.

Ut docuit Bald. *in l. ne in arbitris. C. de arbitr. cujus doctrinam probavit in effectu* Anton. de Butr. *in c. cùm à nobis. 27. extr. de teſtib. referens eandem tenuiſſe &* Innocent. *in c. 2. extr. de arbitr.*

Concluſio LVI.

3. USq; adeò, † quod etiam ſtetur iſtiuſmodi teſtificatui, & vel plenè vel ſemiplenè. Et plenè quidem, dicto duorum: at verò ſemiplenè dicto unius arbitri, hoc eſt, ut duo arbitri plenam & unus ſemiplenam probationem faciat.

Vt declaravit Bald. *in d. l. in arbitris. & alii jam citati. Regulare*
4. *† enim eſt, quod in quovis negotio duo teſtes plenam adprobationem faciendam ſufficiant. l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. Vnus verò ſemiplenam conſtituat. ut traditur in c. in omni. 4. ext. eod.*

Concluſio LV.

5. UBi † præſertim judex iſtos arbitros receperit ex officio ſuo. nam hactenus fit per eos ad præfatum modum probatio: aliàs ſuſpectus, perindè atq; teſtis, habebitur arbiter.

Vt dixit in teſte Bald. *in auth. at qui ſemel. C. de prob. Sicut enim*
6. *† teſtis, qui ſemel depoſuit & locutus eſt aliquid obſcurè, quod tamen eſt ex unius præſumptione, accipitur in uno ſenſu, non poteſt repeti poſt publicatos teſtes ad petitionem partis, quia eſt ſuſpicio; quod ſit ſubornatus, ut communiter concluditur in d. c. cùm à nobis. 27. & in c.*
7. *cùm clamor. 50. & in c. per tuas. 45. ext. de teſtib. ita videtur † quòd, ſi ſententia tranſivit ad notitiam partium, ſuſpectus ſit arbiter, qui producitur ad declarandum dictum ſuum, per ea, quæ habentur in l. ſi quis decurio. C. de falſ.*

Concluſio LVI.

8. SI tamen † arbiter ex officio judicis receptus, teſtificando declaret dictum ſuum & ut teſtis, & producatur ut teſtis: *a* non pariter, ſi vellet interpretari ut arbiter, ita, quòd ſtaretur ſoli dicto ſuo, ſi ſolus tuliſſet laudum, non deponendo in forma teſtis. nam tunc ſecùs foret. *b*

a] *Vt*

Digitized by Google

a] *Vt expoſuit* Bald. *in d. l. ne in arbitris. & eum ſecutus* Anto. de Butr. *in d. c. 2. ext. de arbitr.*

b] *Et ita † reſtringo dictum* Specul. *tit. de arbitr. §. fin. verſ. ſed nunquid verbo. qui abſolutè videtur concludere, quòd arbiter non poſſit interpretari verbum ambiguum in laudo prolatum. De qua materia, utrùm videlicèt arbiter, † tanquàm arbiter, poſſit interpretari laudum ſuum? plenè tradit* Bart. *in l. ab executore. in princ. ff. de appell.* Bald. *in l. ea qua. C. commi. vel. epiſtol. &* Innoc. *in c. 1. ext. de poſtul. prælat.* 9. 10.

Concluſio LVII.

ET † niſi arbitri in declarando dictum ſuum reddant quoq; cauſam bonam ſuæ declarationis, ſicut interroganti eam reddere debent, per eorum teſtificatum nihil probant. 11.

Vt placuit Innoc. *in d. c. 2. & rectè: quia † motus animi ipſorum arbitrorum, vel judicum, nulli præſumuntur veriſimiliter ſcire, niſi ipſi judices, ut traditur in §. alia. 4. in fin. inſtit. de actio. Eſt autem regula, † quod in ſubſidium admittuntur judices ad teſtimonium, ubi aliàs non admitterentur. c. cùm dilecti. ext. de elect. Ergo etiam hoc caſu videntur reddita ſui dicti ratione congruenti, eſſe admittendos.* 12. 13.

Concluſio LVIII.

NOn verò † ſolum ad teſtificandum pro & ſuper laudi ſui obſcuritate: ſed etiam ad repugnandum factum ſuum, ſicq; contra id, quod ipſe fecit, produci in teſtem poteſt arbiter, & valet eius atteſtatio. 14.

Juxta doctrinam Innoc *in d. c. 2. quam retulit* Anto. de Butr. *&* Abb. *in d. c. cùm à nobis. † ſicut etiam creditur advocato, quando producitur contra ſuum clientulum. gl. in c. Romana. De teſtib. in 6. † & domeſtico, ſi producitur contra domeſticum, ut adfirmavit gl. in* 15. 16.

Digitized by Google

l. 2. C. de teſtib. & tradit Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi ſuerit adverſarius: Atqui,*
17. *† objicienti, teſtis, ſi primò dixit quid in uno judicio cum juramento, non auditur ſecundo dicendo contrarium. c. ſicut. 8. in fin. extr. de teſtib. quia hoc dicendo confitetur ſe fuiſſe perjurum, cùm primò teſtificatus eſt: & ſic propter crimen perjurii tunc repellitur. d. c. ſicut. in fin. Reſpondetur,*
18. *† dato quod ſpeciale eſt, in crimine quod de directo reſpicit fidem teſtis, ut, qui convincitur de tali crimine non poſſit teſtificari contra auctorem criminis, ſicut & aliud inducitur ſpeciale in c. teſtimonium. 51. extr. de teſtib. teſtis,*
19. *† qui ſecundo loco dicebat ſe falſum depoſuiſſe, non præjudicabat auctori criminis, ſed potiùs ſumitur pro publico periculo animarum, quod poterat oriri, ſi legitimè ſeparati iterùm ſimul redirent.*

Concluſio LIX.

20. QValitercunq; † etiam teſtificatus fuerit, hoc eſt, quamvis, ſi teſtificando impugnat factum ſuum, detegerit turpitudinem ſuam, atq; ita, ſe aliquid turpiter feciſse dixerit, nam nihilominùs arbiter in teſtem receptus, ipſius dicto creditur.

Vt ex Innoc. *in c. 2. extr. de arbitr. quem citat, retulit* Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. per text. in d. c. 2. cui & ipſe cum* Abbat. *in d. c. cùm à nobis. 27. adſentior, ſed diſtinctivè, ut infra referam*
21. *concluſ. 62. Ex † hoc enim ſolo, quod judex detegens turpitudinem ſuam convinceretur eſſe crimino ſus, etiamſi eſſet particeps criminis, nullo modo eſſet repellendus, ſi produceretur contra auctorem criminis. c. intimavit. 17. conſtitutus. 42. ext. de teſtib. Ergò multò minùs ſi produceretur contra factum ſuum proprium.*

Con-

Concluſio LX.

ET quidem † plenè tali creditur teſti: *a* non verò ad aliqualem fidem ad judicis arbitrium faciendam: excepto, quod aliter non admittatur arbiter, quàm in ſubſidium, hoc eſt, ita demùm, quando veriſimiliter alio modo non poſſet fieri probatio. *b* 22.

a] *Juxta tradita per Innoc. in d. c. 2. & DD. in d. c. cùm à nobis. Et licèt jura per eos adducta ſint ſatis colorata: de jure tamen videtur poſſe ſimpliciter, quod tales arbitri admittantur ad teſtimonium. Quia † ſocii & participes criminis admittuntur ad teſtimonium,* 23.
quò ad plenam probationem, in crimine, quod veriſimiliter non poteſt probari per alium. ut advertit Abb. *in d. c. cùm à nobis. 27. per c. fin. extr. de cogend. teſtib. Ergò multò magis arbiter, licèt ſit ſibi aliquid mali conſcius. Nec † obloquitur text. in c. 2. ext. de arbitr.* 24.
quia non detegebant illic arbitri turpitudinem in hoc, quod deponerent actum data ſententia eſſe temporalem pro ſpirituali, ſed quia deponebant ſe tuliſſe ſententiam gratioſè & ſcienter contra juſtitiam, hoc eſt, nequiter, ut declaravit gl. in d. c. 2. in verb. nequiter arbitratos. Vndè, † quia ea, quæ pendet ab animo, communiter ſunt 25.
aliis occulta; Ideò, admittuntur illi ad detegendam turpitudinem, licèt ſint criminoſi & participes criminis.

b] *c. fin. extr. de cogend. teſtib. c. cùm dilecti. ext. de elect. ſicut de ſocio criminis jàm diximus, per d. c. fin.*

Concluſio LXI.

NEcq; refert, † ſivè turpitudo fuerit omninò inexcuſabilis, 26.
ſivè talis, quæ prima quidem facie importat delictum, ſed

ſed tamen aliquo caſu poteſt eſſe actus licitus: anccq; etiam, utrùm detegerit arbiter per ſuum dictum tale crimen, quod repelleret à teſtimonio totaliter, an verò concipiatur ex ſuo dicto, eum fuiſſe in aliqua culpa vel negligentia levi, & tali, quæ non repellat teſtem regulariter. Vtrobiq; enim adſertio arbitri in forma teſtis enunciata probat.

Vt liquido adparet ex traditis per Innoc. *in c. 2. ext. de arbitr. quem eſt ſecutus* Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. 27. niſi quod ipſe diſtinxerit inter turpitudinem omninò inexcuſabilem, & actum à principio illicitum & ex poſt facto licitum, ſubjungendo, priori caſu,*
27. *arbitrum nullo modo admitti in teſtem, ea ratione, quia ſocius criminis non teſtificatur contra ſocium criminis. c. veniens. 15. q. 3. c. 1. ext. de confeſſ. c. veniens. 9. ext. de teſtib. Sed arbiter, ſi dicit ſe aliquid turpiter feciſſe, adparet, quod ſit criminoſus tempore teſtificatus. Ergò à teſtimonio repellitur. c. ſicut. 8. in fin. ext. de teſtib. Poſteriori vero caſu, eum quidem pro teſte recipiendum eſſe, non tamen ut plenè probet, ſicq; intelligitur text. in d. c. 2. Et licet quoq;* Abb. *in d. c. cùm à nobis. 37. adſtipuletur* Innoc. *in d. c. 2. circà teſtificatum arbitri, diſſentit tamen ab eo, in hoc quòd putârit, arbitrum totaliter repelli in crimine, quod aliàs teſtem inhabilem facit ad teſticandi actum,*
28. *per c. teſtimonium 51. ext. de teſtib. Delictum † autem & illicitum & licitum, cæteris paribus dici poteſt, ſi verbi gratia, pecunia datur pro jure ſpirituali. Nam hoc prima facie præſumitur illicitum. c. cùm pridem. ext. de pæn. & c. fin. ext. de tranſact. ſed tamen aliquo caſu, non ex pacto, ſed pietatis cauſa hoc permittitur. c. niſi eſſent. ext. de præbend.*

Concluſio LXII.

29. DVmmodò † arbiter teſtificando reprobet factum ſuum in cauſa vel merè civili, vel mixta, hoc eſt, quæ partim civilis

eſt &

Digitized by Google

eſt & partim criminalis, ut quia de crimine experitur ad pœnam parti infligendam civiliter. Cùm in cauſa criminali hoc facilè non poſſit arbiter.

Exemplo † ſocii criminis, qui facilius admittitur in teſtem contra 30.
ſocium criminis ſuper cauſa civili & criminali mixta, l. quicunq. &
l. cum ſervum. C. de ſer. fugit. & tradit Salic. *in l. fin. in fin. C. de ac-*
cuſat. & d. c. cùm à nobis. 27. in quo agitur de cauſa civili: quàm † ſu- 31.
per cauſa merè criminali, ut pleniſſimè ſcripſit Saly. *in d. l. fin. &*
Bart. *in l. repeti. in princ. ff. de quaſt. & traditur in c. 1. ext. de*
confeſſ.

Concluſio LXIII.

Ex quibus † vel hoc dicere poſſumus, ſi arbiter tulerit lau- 32.
dum, & revocetur in dubium, utrùm lis fuerit coràm eo
conteſtata, eum ſuper hoc, ut de actis quoq; ordinariis, atte-
ſtari perfectè poſſe.

Vt expreſſè docuit & Bald. *in l. ne in arbitris. circa princ. C. de arbitr. &* Jacob. *de* Butr. *in c. quoniam contra. ext. de probat.*

DE IVDICE.

PARS V.

1. *Judex poteſt in teſtem produci ſuper actitatis per ſe & coram ſe. nu. 29. & in quibus caſibus. nu. 30. 31. 32. 87. 90. 92. 237. & 238. in quibus non poteſt. nu. 2. 8. 9. 18. 21. 25. 44. 45. 62. 63. 64. 65. 74. & 98. etiam in ſubſidium. nu. 12. 47. & 69. fallit. nu. 43. 66. 67. 73. & 100. qualiter teſtificari queat. nu. 97. & ut ſit teſtis, producì? nu. 181. & 182. removeri non poteſt lite jàm conteſtata. nu. 184. fallit. nu. 185. an protinùs debeat, quando petitur in teſtem? num. 201. & quando. nu. 232. teſtificando ſuper actis deponere debet de eorum ſcriptura. nu. 10. procedere*

cenere non debet omiſſa ſcriptura in cauſa inquiſitionis. nu. 11. procedens ſuper notorio, adverſus juris regulas procedere dicitur. nu. 24. procedere ubi poteſt neglecta ſcriptura? nu. 31. 32. & 41. prior adiri poteſt ſuper ſententia nullitate. nu. 75. non tamen ſemper. nu. 77. à teſtificando ubi ſimpliciter repellatur? nu. 89. iratus præſumitur contra appellantem. nu. 93. teſtificans de actis coràm ſe an ſit teſtis integer? nu. 101. jurare debet de dicenda veritate. nu. 102. etiam in terris Saxonicis. num. 103. teſtificans ut relator vel inſtructor, an probet? num. 104. 105. 106. & 107. officio notarii & judicis cur inſimul fungi non poſſit? n. 217. à judicando teſtificandi cauſa, ut removeatur, quid ſubeſſe oporteat? nu. 221. 222. & 224. cogi poteſt teſtificari. nu. 229. fallit. nu. 230. & 231.

3. Refutatur gl in c. cùm à nobis. 27. ext. de teſtib. nu. 4.

5. Sententiando judex ubi ſe obliget ad intereſſe parti? num. 51. facit ſe ſuſpectum. num. 233. fallit. num. 234.

6. Sententia non præjudicat tertio: reprobari poteſt. num. 187.

7. Teſtis laborans conſimili morbo non admittitur ad teſtimonium. nu. 72. in probando acta, de quo deponere debeat? nu. 10. non facilè repelli poteſt. num. 68.

13. Acta judicii an per teſtes probari poſſint, neglecta ſcriptura? nu. 16. & 41. ſæpè pro eſſe ſui ſcripturam præſupponunt. nu. 18. non ſcribi eſt culpa judicis. nu. 49.

14. Producens judicem ad teſtificandum ſuper actis coram ſe, habet præſumptionem contra ſe. nu. 46. & 47.

15. Inopia probationis ſuperveniens, non relevat probantem. nu. 48.

16. Scriptura, quando cenſeatur eſſe de actis? nu. 12. vel non? nu. 17. in atteſtationibus teſtium eſt de eſſentia. nu. 61. requiſita pro forma in libello & ſententia, an ſit de actis? num. 19. omitti ex conventione poteſt par-

partium. nu. 33. an ſit de eſſe diſpoſitionis? nu. 42. convalidatur à teſtibus etiam ſine eorum ſubſcriptione. nu. 150.

20. Omiſſio ſcripturæ in judice, cenſetur eſſe turpitudo. nu. 34. litis conteſtationis, judicem doli & culpæ arguit. nu. 70.

22. Judici atteſtanti quid eſſe notorium, an credatur? nu. 26. ſuſpecto dari ſolet adjunctus. nu. 82. de actis, quando plenè credatur? nu. 95.

23. Privilegii qualitas eſt antè omnia probanda.

26. Appellari an ſit neceſſe à judicis teſtificatu ſuper notorio? num. 27. & 28. à ſubdelegato quando non poſſit ad delegatum. num. 235.

27. Inquirere eſt levis præjudicii.

31. Pactum ut judex poſſit procedi ſine ſcriptura, valet. num. 46. & 57. ſed non ſemper. nu. 34. & 51. tantùm recipitur in arbitro. num 35. & 39. quando efficaciter fieri poſſit? num. 43. & 52. vel non. num. 45. 51. & 53. partium an inducere queat, ut judex atteſtari poſſit, quemadmodum dixerit teſtis? nu. 60.

35. Solennitati ſubſtantiali renunciari non poteſt.

37. Arbiter recipit poteſtatem à partibus.

38. Via cujusmodi videatur dari judici in dubio?

50. Verba debent intelligi civiliter: teſtatoris, quomodo ſint interpretanda? nu. 54.

55. Officiali atteſtanti ſuper delicto creditur: per ſcripturam, quatenus fides habeatur? nu. 123.

56. Libro geſtorum, quando ſtetur circa expenſas?

58. Copia hominum eſſe ſolet in judiciis.

59. Ignorantia, ut & oblivio, facile præſumitur. nu. 47. juſta, facit ceſſare juris regulas. nu. 193. probatur per juramentum. nu. 198. & ubi. nu. 200.

76. Diſtinctio Dyn. & Jacob. de Aren. *in l. ſi ut proponis. C. quomod: & quand. jud. de teſtificatu judicis, ſuper coràm ſe actitatis, reprobatur. nu. 79.*

78. Turpitudo judici non imputatur

ex nullitate ſententiæ propter citationis defectum.
80. Judicium finiri debet, ubi ceptum eſt.
81. Abſurdum non eſt, cogi quem ut litiget apud ſuſpectum judicem.
84. Litem eſſe conteſtatam, per quos poſſit probari? nu. 85.
86. Repellendus à judicando, repellitur & à teſtimonio ferendo. nu. 5. & 6. & è contrario. nu. 88. non facile eſt judex. num. 224.
91. Appellatio judicem non facit ſuſpectum. nu. 96.
94. Inimicitia cujuſmodi eſſe debeat ut repellat teſtem?
99. Proxeneta removetur à teſtificando.
108. Dictum teſtis, ubi non faciat indicium? nu. 109. in quo ſecernatur à judicis injuſtitia & errore? nu. 254.
110. Literæ judicum probandi producunt effectum. nu. 113. cujuscunq; etiam ſint generis. nu. 159. & 161. quando probent. nu. 118. 119. 120. 121. & 122. & in quibus? nu. 126. 129. 130. & 166. probationem recipiunt in contrarium. nu. 111. & 164. fallit. num. 162. ubi non probant? nu. 126. 128. & 139. teſtimoniales fidei plenæ. nu. 129. & 165. ubi ſimpliciter probent? nu. 143. an una cum teſtium inſcriptione probent proceſſum judiciarium? nu. 145. promulgativæ quid ſint? nu. 163.
112. Scriptura notarii ſtatur ſine teſtibus. nu. 149.
114. Judicis ordinarii appellatione quos comprehendat? prærogativa in teſtificando cujuſmodi ſit? nu. 241. injuſtitia qualiter dicatur corrigibilis? nu. 254.
115. Juriſdictio ordinaria præſupponit territorium: ſed diſſimiliter. nu. 116. & 117. apud unum eſſe poteſt actu & apud alterum potentia. nu 246. & 249. in pluribus concurrens, an unicuiq; ſius puniendi ſe adinvicem tribuat. nu. 247.
124. Exponitur text. tùm in c. 2. ext. de ſin. ext. de procurat. nu. 125.
127. Intereſſe partis, quibus in actibus frequentius conſideretur?

expen.

expenſarum an auferat beneficium juris communis? nu. 205. 206. 207. & 209 quando ſit in judicis remotione teſtimonii dicendi cauſa tantum, conſiderabile? nu. 200. & 201. & quando non? nu. 211. & 213.

140. Sigillum ſcripturam authenticat. nu. 156. & 169. judici & collegio cur ſit datum? nu. 133. ratificat literas. nu. 172. & 176. probat delegationem. nu. 170. à quo præſumatur in dubio adpoſitum? nu. 171. facit fidem contra ſcribentem. nu. 157. & tertium. nu. 164. probat contractum extrajudicialem. nu. 127 quando fidem det ſcripturæ? nu. 123. eſſe debet penes ſeniorem in familia. nu. 178. fallit. nu. 179. dominum repræſentat. nu. 173.

134. Nauta & Caupo quousq; obligentur ad res ſibi traditas?

135. Argentarius an ſimpliciter teneatur rationes edere?

138. Sigillandi facultas unde competat judicibus? auctoritas aliquando deficit. nu. 153.

141. Rex eſſe judex poteſt in cauſa propria.

144. Quaſi contrahitur in judicio.

146. Epiſcopo enuncianti vel ſcribenti ſuper aliquo actu fides non habetur.

147. Comparatio literarum qualiter fiat cum teſtibus.

148. Scribens poteſt facile falſum committere circà literas, licèt teſtes ſint inſcripti.

149. Auctoritas notarii in quo præponderat auctoritate judicis vel prælati.

150. Exponitur text. in l. 3. ff. naut. caup. ſtabul. & nu. 142.

151. Vnum & idem verbum ſæpenumerò diverſimodè conſiderari poteſt.

154. Subſcriptio teſtium per ſe nihil beat.

155. Paria ſunt revocare teſtamentum apud acta. vel coràm tribus teſtibus nu. 158.

157. Privilegium actis conceſſum, ſuper ſcribendo, quorſum ſe extendat?

158. Mandatum procuratorium, non eſt de actis.

160. Inſtrumentum quodlibet duplici conſideratur reſpectu.

168. Sigilli adpoſitio & traditio,

cujus ſit effectus? nu. 172. 175. & 177.

170. *Citatio fieri poteſt etiam per ſigillum.*

180. *Actus plurium collegiorum per quos debeat ſigillari?*

182. *Proteſtatio cujusmodi fieri debet, quando judex petitur in teſtem: & quando? num. 187. & 189. citra litis conteſtationem, ad quid reſpiciat? num. 183.*

186. *Text. in c. dilecto. 37. extr. de teſtib. exponitur novo ſenſu.*

188. *Exceptio contra perſonas teſtium, qualis ſit? peremptoria opponi poteſt & ante litu conteſtationem: nu. 191. & poſt. nu. 192. contra perſonam judicis ſuper ejus adprobatione, quando ſit ineſſicax? num. 251. & 252.*

190. *Petitioni actoris non reſpondetur per verba hac:* Peto judicem removeri.

194. *Cautio fidejuſſoria, quando ſit praſtanda?*

195. *Dictionis,* Sed, *natura, nu. 196.*

197. *Dicta teſtium reprobari quatenus poſſint.*

199. *Animus hominis non cognoſcitur in ſe.*

202. *Cauſa cognitio in quo conſiſtat, quando petitur judex removeri teſtificandi gratia? num. 204. & 205. exigitur in danda prima dilatione: num. 203. ad quid & quousq; intervenire debeat, quando petitur judex in teſtem? numer. 214.*

212. *Explicatur text. in l. penult. §. 1. ff. de vacat. muner. & nu. 210.*

213. *Modicum non curatur in jure.*

215. *Officio judicis & teſtis ſimul quis fungi nequit. num. 217.*

216. *Officium judicis & notarii poſſunt concurrere in eadem perſona & cauſa: teſtis & tutoris majus eſt, quàm curatoris & judicis, num. 255. & 257.*

Digitized by Google

218. *Probare ſufficienter quando quis videatur? ubi debeat producens teſtem coactè? nu. 227. & 228.*

219. *Numerus teſtium plus quàm tripartitus an dicatur effrenatus? confirmat fidem. num. 220.*

221. *Neceſſitatis probatio per quem fieri debeat? nu. 223.*

225. *Intellectus ad c. dilecto, 37. extr. de teſtib. nu. 226.*

232. *Delegatus committendo vices ſuas alteri, teſtis eſſe in ea cauſa non poteſt. num. 233. ſuſtinere dicitur vicem delegantis. nu. 239.*

233. *Adfectionatus ad cauſam præſumitur eſſe judex: fallit. nu. 234.*

239. *Prælatus teſtificari poteſt in favorem ſuæ eccleſiæ.*

240. *Nullus eſſe poteſt actor, judex & teſtis pariter, etiam in cauſa aliena.*

241. *Remotio judicis ad effectum teſtificandi, in quo judice procedat?*

242. *Superior ob delictum à ſe patratum, puniri poteſt per Inferiorem: cæteris tamen paribus. numer. 243. & 250.*

244. *Pari nulla datur in parem juriſdictio. nu. 249.*

245. *Romulus quomodo fecerit decapitari fratrem ſuum Remum.*

252. *Adprobatus non intelligitur eſſe in teſtem, qui eſt receptus in judicem. num. 255. ad unum officium, non videtur adprobatus ad aliud longè digniùs. num. 256. & econtrà. nu. 258.*

253. *Præjudicium majus infertur ex latere teſtis, quàm judicis. num. 255.*

Concluſio LXIV.

QVæcunq; † verò de arbitris diximus, eadem propemodùm 1.
ad judices quoq; referimus, ut & judex pro geſtis corā ſe,

Digitized by Google

vel per ſe ad teſtificandum judici poſſit, licet hoc in judice non tàm indifferenter, ut in arbitro placuerit quemadmodum ex inſequentibus manifeſtum fiet.

Vt eſt apud omnes in d. c. cùm à nobis. poſt gl. ibid. in verb. unius. & Bart. *in l. ne in arbitris. C. de arbitro. circa. quod tamen ingens eſt DD. varietas, ut videre licèt per* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte.* §. 1. *verſ. item. quòd eſt ſocius.* Cyn. *&* Saly. *in l. quoniam liberi. C. de teſtib.*

Concluſio LXV.

2. ET † ſi judicis teſtificatus directò reſpiciat ad ſuæ ſententiæ, vel diffinitivæ, vel interlocutoriæ juſtificationem, vel ſui facti validitatem, hoc caſu, ſicut judex de geſtis per ſe, aut coram ſe, teſtificari non poteſt: ita teſtimonium ejus, ubi de facto depoſuerit, nullius eſt momenti.

a] *Vt cenſuit* Anto. de Butr. *cui quodàmmodo ſubſcribit* Abb. *in d. c. cùm à nobis. text. ſtatuendum. 2. q. 6. & ipſe pariter accedo, nec*
3. *moror † gl. in d. c. cum à nobis. in verb. tua. &* Bart. *in d. l. ne in arbitris. qui cenſuerunt, judices poſſe tunc teſtificari, cùm prohibeantur teſtificari dumtaxat ſuper negotiò principali, ſuper quo pronunciaverunt, per d. c. ſtatuendum. Quia † eadem ratio eſt, propter quam pro-*
4. *hibeatur judex teſtificari ſuper negotio principali, d. c. ſtatuendum.*
5. *tùm † quia judex qui tulit interlocutoriàm vel diffinitivam, vel iniquam, tenetùr regulariter parti ad intereſſe. l. ſi filius. ff. de judic. li-*
6. *cèt † ſententia lata inter partes non præjudicet tertiò, tanquàm res inter alios acta.* Bald. *in l. obſervare. 6* §. *proficiſci ff. de offic. procon-*
7. *ſul. tùm † quia non poteſt negari, quòd, cum ipſe in ſyndicatu habeat uti ejuſdem defenſionibus, quibus utitur nunc pars ad juſtificandam ſententiam, habet cauſam ſimilem illi, in qua teſtificatur, ut retulit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte.* §. 1. *verſ. item. quod eſt ſocius.*

Ergò

Digitized by Google

Ergò repellitur c. perſonas. 19. ext. de teſtib. Et licèt ratio hæc ſubſtantialis ſit, non tamen eſt ita firma, ut prior, qua de re Abb. *in d. c. cùm à nobis. cenſuit, quod iſta non ſit bona ſimilitudo ad repellendum teſtem, quomodo & aliàs in hoc DD. non conveniunt, ut traditur per* Joan. Andr. *d. loc.*

Concluſio LXVI.

ETiam dato † quod judex vel ideò producatur in teſtem, ut dumtaxat deponat de actis & actitatis coram ſe, hoc eſt, 8
non quidem concluſum eſſe in cauſa, ſed aut periiſſe inſtantiam, aut cauſam fuiſſe commiſſam alteri. nam tunc quoq; teſtis eſſe nequit judex, imò † nullus erit caſus, in quo ſi judex at- 9.
teſtetur aliquid factum coram ſe, ipſi credatur.

Vt ita generaliter concludit Ant. de Butr. *in d. c. cùm à nobis, 27. &* Bart. *in d. l. ne in arbitris. quia † teſtis qui debet probare acta,* 10.
neceſſariò habet deponere de ſcriptura actorum, ut clarè cenſuit. Bart. *in d. l. ne in arbitris. Ergò & judex, aliàs ipſius teſtimonio nulla dabitur fides. Cùm † etiamſi procedatur per inquiſitionem vel ſine figura ju-* 11.
dicii, judex non debeat procedere ſine ſcriptura actorum, Clem. ſæpè. De verb. ſignif. & retulit gl. in c. quoniam 11. in verb. extraordinaria. ext. de probat.

Concluſio LXVII.

ADeò, † ut nec in ſubſidium ſit admittendus judex: *a* quan- 12.
do præſertim actus ſit talis qualitatis, ut in eo non poſſit procedi ſine ſcriptura ſubſtantiali, quæ requiritur de eſſentia actus judicialis, cujusmodi putatur eſſe libellus & ſententia. *b*

a] *Vt adfirmavit* Anto. de Butr. *in. d. c. cùm à nobis. quia videtur atteſtari in cauſa propria, ſicut dicitur de procuratore ad negotia,*

Digitized by Google

13. *in l. deferre. §. fin. ff. de jur. fiſc.* *Acta † enim judicii de ſui natura videntur poſſe probari per multos propter copiam hominum, quæ*
14. *præſumitur eſſe in judicio. † Hinc, ſi aliquis volens producere judicem in teſtem, dicat, ſe non habere alios teſtes, per quos probet, præſumptio facit contra ipſum, Cùm hoc poſſit ſibi imputari.* Primò, *quòd non fecit adſcribi acta:* Secundò, *quòd ſaltem in actibus, in quibus frequenter multi interſunt, non adhibuit teſtes non*
15. *ſuſpectos. Et ideò, non probato alio, non eſt audiendus. Quia † inopia probationum ſuperveniens parti ex culpa ſua, non relevatur à jure. l. veluti. in princip. ff. de edend. & fac. l. de die. §. fin. ff. qui ſatisdar. cog.*

16. b] *Nam † talis ſcriptura omitti non poteſt. c. fin. De re judic. in 6. c. de cauſis. extr. de offic. deleg. & traditur in c. 1. extr.*
17. *de libell. oblat. exceptis † quibuſdam caſibus, in quibus judex poteſt procedere ſine ſcriptura & ſine actione, qui enumerantur per gloſ. in Novell. Conſtit. 8. tit. 2. Vt judic. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem. Collat. 2. & in c. fin. De re judic. in 6. & in §. ſi*
18. *quis cum clerico. quæſt. 12. Sed, † quia ſunt quædam acta, in quibus requiritur ſcriptura, in illis videtur poſſe dici, quòd judex nunquàm admittetur in teſtem, relata ratione, ſicut in libello, d.*
19. *c. 1. & ſententia. d. c. fin. Atqui, † ſcriptura, quæ requiritur pro forma eſſentiali ſententiæ & libelli, non eſt ſcriptura actorum, quam debeat ſcribere notarius, cùm non habeat locum pœna, quæ proponitur in c. quoniam. 11. extr. de probat. Ergò videtur quòd judex in teſtem productus, ejus de actis cauſa data atteſtationi ſit credendum. Sed hoc in ſcriptura ſententiæ ideò placuit, quòd*
20. *judex repellatur, quòd † ex omiſſione ſcripturæ poſſet ſibi adſcribi negligentia & turpitudo, dùm omiſerit ſolennitatem à jure requiſitam.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXVIII.

UT vel hinc † etiam non credatur judici de actis teſtificanti ſuper notorio, quantumvis adſerat, ſe fuiſſe informatum vel probatum ſibi fuiſſe, hoc factum eſſe notorium. 21

Per tradita à Speculat. *tit. de inquiſit. §. nunc tractemus. verſ. hoc autem notandum. & docuit poſt eum* Abb. *& antea* Ant. de Butr. *in c. cùm oporteat. extr. de accuſat. qui tamen contrarium credidit verum eſſe in d. c. quoniam. 11. per c. bono. el. 1. extr. de elect. & c. fin. extr. de cohabit. cleric. & mulier. ſed inadvertenter: quia, † ſi judex adſerit, hoc eſſe notorium, ut credatur ſibi de reliquis actis ſuper ordinario, & ut potuerit procedere ordine juris omiſſo, non ſtatur adſertioni ſuæ, Cùm † ubi pro forma certa qualitatis conceditur aliquod privilegium in forma procedendi, oporteat prius benè conſtare de illa qualitate. l. ſi quando. & ibi* Bart. *C. Vnd. vi. & traditur in c. fin. extr. quod met. cauſ. Sed † judex, cum prætextu notorii, vult procedere juris ordine non ſervato & ſine ſcriptura, & ſibi credi de actis, vult aliquid contra juris regulas ex iſta qualitate. Ergò hoc aliter conſtare debet, quàm per adſertionem ipſius.* 22. 23. 24.

Concluſio LXIX.

NEc † diſtinguitur, utrùm tunc à judicis atteſtatione pars appellaverit, an non fuerit ab ea appellatum: quemadmodum advertitur, in cognitione extraordinaria, atq; ita † ubicunq; judex, qui vult procedere per inquiſitionem, ſuper notorio, dicit, *ſe fuiſſe informatum de fama*, nam etſi ſuæ ſtetur adſertioni, ſi eſt judex ordinarius, eatenùs tamẽ ei ſtabitur, quatenùs 25. 26.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

pars non appellet. Sin verò pars appellat, tunc, coram judice appellationis niſi aliter oſtendatur famam fuiſſe probatam, nequaquam ſtatur adſertioni illius judicis.

Vt docuit Abb. *poſt* Anto. de Butrio. *in d. c. cùm oporteat. Si*
27. *ergo,† quando judex vult contra regulas juris inquirere prætextu hujus qualitatis, quæ eſt fama publica, etiam quò ad actum non multi præjudicii, quod eſt iniquirere, non ſtatur adſertioni judicis de proba-*
28. *tione, ſi pars contradicit & appellet: multò fortiùs † non ſtabitur ſuper proceſſu ordinario, etiamſi pars non appellet. Quia per hoc vult judex adferre majus præjudicium, ſcilicèt atteſtari de actis.*

Concluſio LXX.

29. NOn † diſſimiliter atq;, quando judex dicit, ſe informatum, de notario, ad alium finem, hoc eſt, ut fundet intentionem ſuam ſuper illa qualitate. Etenim & tunc creditur adſertioni ſuæ dicenti: *ſe eſſe informatum delictum eſſe notorium:* probatioq; hæc recipitur, non quidem in forma probationis, ſed dumtaxat informationis & inſtructionis ſuæ.

Vt declarando gl. quæ hoc revocat in dubium, tradunt omnes in c.
30. *1. De offic. delegat. in 6. videtur † tamen quòd ſufficiat, ſolum judicem eſſe conſortem, ut ſuæ ſtetur adſertioni, per tradita in c. cum contingat. ext. de reſcript. & in l. 3. §. ejuſdem quoq; ubi gl. notab. ff. de teſtib. & per* Bart. *in l. 3. §. hoc autem. ff. de dam. infect.*

Concluſio LXXI.

31. ET † videtur judici de actis teſtificandi credendum, ſi compromiſſum fuerit factum in arbitrio cum hoc pacto: quod
32. poſſit procedi cum ſcriptura & ſine: *a* † ſi vel ſimpliciter, non commiſſa cauſa in aliquem iſto modo: *quod poſſit procedi cum ſcriptura & ſine:* ſi inter ſe partes pactum fecerint, *ut judex procedere*

Digitized by Google

dere poſſit ſine ſcriptura. c. & generaliter in caſibus, in quibus non requiritur libellus, & judex poteſt procedere omiſſa ſcriptura, *d*inter quos eſt, ſi proceditur in cauſis vilibus & vilium perſonarum. *e.*

a] *Vt placuit* Bart. *in auth. niſi breviores. C. de ſent. ex brevi. recitand. tunc enim non videtur requiri aliqua ſcriptura actorum, ut ſenſit gl in c. fin. De re judic. in 6. † Cum ſubſtantialis ſcriptura libelli & ſententia conſenſu partium remitti poſſit, quando committitur cauſa in aliquem, ut in arbitratorem, ex doctrina* Ant. de Butr. *in d. c. quoniam. Si vero † partes vellent, quod judex ferret ſententiam, tanquam judex, pactum iſtud non valet, quod videlicet omittatur ſcriptura ſubſtantialis: quoniam † partes talibus ſolennitatibus renunciare non poſſunt. c. de cauſis ext. de offic. deleg. ſicq; eſt intelligenda gl. in c. fin. De re judic. in 6. ut plenius traditur in c. 1. ext. de libell. oblat. aliter † quam ſi pactum hoc fiat in arbitro, ut nimirum arbiter procedat, ut arbiter. nam tunc valet pactum. Quia † arbiter recipit poteſtatem à partibus, quæ poteſt limitari, ut partes volunt per doctrinam* Bart. *in l. prolatam. quæſt. ult. C. de ſent. & interlocut. & ſi contrarium dici poſſit, cùm arbiter procedat ad inſtar judicis. l. 1. C. de recept. arbitr. In judice autem, quomodo diximus, videtur, quod pactum iſtud non valeat.* 33. 34. 35. 36. 37.

b] *Vt cenſuit* Bart. *in d. auth. niſi breviores. cùm gl. in d. c. fin. quia † in dubio videretur data via, quæ conveniret in modo & forma procedendi, juxta gl. in l. 1. ff. de judic. & quæ faceret actum valere. l. quoties ff. de reb. dub.* 38.

c] *Vt probavit* Bart. *in d. auth. niſi breviores. qui dixit, quòd † iſtud pactum partium, ut removeantur acta & ſcriptura actorum, quæ non ſunt de ſolennitate ſubſtantiali, in arbitro tantùm valeat, & videatur hoc pactum induci, quod de actis cauſæ ſtetur adſertioni ſolius arbitri, ut docuit idem* Bart. *in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Sed † idem eſſe & in judi-* 39. 40.

Digitized by Google

ce, placuit ex quo ſcriptura non eſt de ſolennitate ſubſtantiali, ut de actis credatur adſertioni judicis, ut & arbitri, juxta ſententiam Abbat. *in d.c. quoniam. cui accedit ibidem* Ant. de Butr. *& in c. cùm ad ſedem. extr. de reſtit. ſpoliat. & in c. ſicut. extr. de re judic. & ſenſit* Bart. *in d. auth. niſi breviores.*

41. d] *Qui † caſus enumerantur per gl. in d. auth. niſi breviores. & in d. c. 1. & in d. c. fin. Nam in his caſibus acta poſſunt probari, per teſtes, absq; eo, quod probatur ſcripturam interveniſſe, ut ſatis probat d. c. quoniam. in fin. ibi. legitimis documentis. junct. c. plerique. 2. q. 8. & hoc confirmant ibid. omnes, & præ cæteris* Bald. *in l. geſta. C. de re judic. & in l. emancipatio. circa princ. C. de fid. inſtru. per text. in l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſat. tut. & illa eſt æquior opinio & communior, de qua etiam tradit* Bald. *in l. 2. C. de edend.*

e] *d. auth. niſi breviores. ubi* Bart. *& docuit* Ant. de Butr.
42. *& poſt eum cæteri in d. c. quoniam. Regulare † enim eſt, quòd ſcriptura non ſit de ſubſtantia diſpoſitionis, niſi in caſibus jure expreſſis, de quibus in c. 1. De cenſ. in 6. & advertit* Bart. *in l. 2. C. de ſent. ex brevi recitand.*

Concluſio LXXII.

43. NOn † aliter tamen per pactum partium induci poteſt, *quòd de actis cauſæ ſoltus ſtetur judicis vel arbitri adſertioni*, quàm ſi teſtimonium dat ſuper actis judicii ordinatoriis: ſed in ſubſi-
44. dium dumtaxat, *a* Quippè cùm † principaliter de actis coram
45. ſe, in teſtem examinari judex nequeat: *b* perindè † atq; in actis probatoriis ſivè deciſoriis, ut ſoli credatur dicto judicis vel arbitri, partibus adinvicèm paciſci non liceat. *c*

a] *Per text. in c. cùm dilecti. extr. de elect. & in c. tertio loco. ext. de probat & in c. Veniens. 9. ext. de teſtib. ad fidem pro arbitrio* judicis

Digitized by Google

judicis faciendam, ut placuit Ant. de Butr. *in c. cum olim. 32. extr. de teſtib. & dicetur infrà concl. 79 n. 13. & concl. 73. n. 58. Quid † ita?* 46.
nonnè diximus ſuprà concluſ. 67. nu. 14. præſumendum eſſe contra partem, quæ dicit, quòd ei non ſint alii teſtes? & quidem ita, ut ne in ſubſidium judex adhiberi teſtis ſuper actu coram ſe poſſit? Sed † hoc ve- 47.
rùm intelligo, quando non indifficulter alii poſſint haberi, per quos veritas queat edoceri. Vbi verò hæc conſtarent, per alios teſtes veriſimiliter veritatem actorum probari non poſſe, ſequerer communem DD. opinionem, in d. c. cùm à nobis quamvis jura quæ allegant, non loquantur omninò in caſu noſtro. Loquuntur enim in actibus qui non poſſunt probari, niſi per eos, qui producuntur ex natura ipſorum actuum: quia communiter talibus non ſolent intereſſe, niſi tales teſtes. Vndè non eſt, quid imputetur parti, ſi alios non adhibuit. Atqui † inopia probationũ, 48.
ſuperveniens parti ex ſua negligentia, ipſam non relevat. l. veluti. in princ. ff. qui ſatisd. cog. Ergò videtur, quòd in ſubſidium non ſit ſuper actis ut teſtificetur, admittendus judex. Niſi † dicamus, quòd acta 49.
non ſcribi eſt culpa judicis, cui hoc jus imponit. d. c. quoniam. Quod autem pars non adhibeat teſtes, non videtur eſſe talis culpa, quæ conſideretur in jure. b] *Vt eſt apud* Bart. *in l. ne in arbitris. C. de recept. arbitr. &* Abb. *in d. c. cùm à nobis. per text. in c. ſtatuendum. 2. q. 6. & ſuprà concluſ. 64. & 65. eſt traditum.* c] *Vt declaravit* Ant. de Butr. *in d. c. quoniam. & in d. c. cùm ad ſedem. quia tunc ipſius dictum eſſet nimis periculoſum, quòd crederetur fortè judici juſtificanti ſuam ſententiam, ut animadvertit jam relatus* Ant. de Butr. *in c. quintavallis. ext. de jurej. & in hoc reſidet* Abb. *in d. c. quoniam. Quia verò dici poſſit, quod per iſtam conventionem videatur quidem data licentia arbitro vel judici, quòd procedat ſine ſcriptura & ſine actione: non tamen quòd propter hoc inducatur, ut credatur ſoli arbitro vel judici; quia † iſta eſt interpretatio nimis captioſa, & verba debent* 50.
intelligi civiliter l. ſi cui ff. de ſervit. & tradit Bald. *in l. ſciendum. de*

verb.

Digitized by Google

verb. oblig. Idcircò hæc concluſio eſt declaranda, prout in ſequenti dicetur Concluſione.

Concluſio LXXIII.

51. ET tanto † fortiùs inefficax eſt pactum hoc, *quod judex procedat remota ſcriptura*, in cauſis, quæ ſunt maximi vel non mo-
52. dici præjudicii atq; momenti: *a* ſecus † atq; in cauſis univerſalibus & modici præjudicii, in quibus de jure poteſt procedi ſine ſcriptura. nam tunc creditur judici de omnibus actis coràm ſe vel arbitro, etiamſi non ſit adpoſitum pactum. *b*

53. a] *Quia † iſtud pactum poteſt importari aliud, quàm quod credatur adſertioni judicis, ſcilicèt, quòd acta poſſint probari per teſtes, & ſic minus exorbitabit à jure communi, quàm ſi ultrà hoc videatur inductum, quòd ſtetur de meritis cauſæ uni teſti & ſuſpecto, ſcil. quando defenderet ſententiam ſuam in voce aliquando. fac. l. Vxori. §. 1. ff.*
54. *de legat. 3. nam † & verba teſtatoris interpretantur in dubio, ut non inducatur aliquid exorbitans à jure communi.* Bart. *in d. l. uxori. §. 1. fac. & pro hoc. c. cùm dilectus. ext. de conſuetud. & c. dudùm. ext. de decim.*

b] *Vt eo text. adductus cenſuit* Bart. *in l. divus. ff. de cuſtod. reor.*
55. *nam † in maleficiis levibus creditur officiali, qui atteſtatur ſuper maleficio. d. l. divus. & traditur in c. præterea. ext. de cog. teſtib. Ergò*
56. *eadem ratione, credetur judici de actis coràm ſe. Sicut † de expenſis minutis, quæ frequenter fiunt, ſtatur de libro geſtorum, unà cum ejus juramento. c. dilecti. ubi DD. ext. de judic. quia agitur de modico præjudicio, eſt & difficile ſingulis adhibere teſtes, vel poſſe probare per teſtes, ut docuit in ſimili* Bald. *in l. id quod. in fin. C. de epiſ. & cler.*
57. *Cùm ergò † partes volunt procedi ſine ſcriptura, & multi & varii actus fiunt in judicio, quos omnes difficile eſſet probare per teſtes, æquum videtur quod videatur actum à partibus, quòd ſtetur dicto judicis vel*

Digitized by Google

tis vel arbitri. Nec † obſtat, quòd, ut ſuprà concl. 67. n. 13. diximus in judiciis præſumatur ſemper copia hominum vel frequentia: & ſic in ſingulis poſsit haberi facultas probandi. l. in donationibus. C. de donat. Quia, † ut dixi, propter actus multiplices pertinentes ad ordinationem judicii, fieri poteſt & faciliter, ut illi qui ſunt in judicio propter aliud, vel non intelligant ſaltem plenè, vel aliquid obliviſcantur. l. teſtium. 5. C. de teſtib. & ideo regula ſtatur jàm dicta. 58. 59.

Concluſio LXXIV.

UTut ergò † fieri poſſit per pactum, ut ſtetur dicto unius pro plena probatione: a nunquam tamen per iſtud pactum hoc videtur induci, quòd judex poſſit atteſtari, quemadmodum dixerint teſtes; etiamſi partes expreſſè ita paciſcerentur. b 60.

a] *Vt aperuit gl. quam ad hoc multum perpendit* Ant. de Butr. *in c. cùm dilectus. ext. de ord. cognit. & docuit* Bald. *in l. in bona fidei. C. de reb. cred. licèt aliter ſenſerit & non ſatis benè in l. 1. col. 2. C. de ſent. ex brevicul. recitand. & in l. 1. C. de ſent. quæ profer. de eo, quod intereſt.*

b] *Vt dixit pro ſingulari* Bald. *in l. prolatam. col. pen. C. de ſent. & interloc. ea ratione, quia † ſcriptura in dictis teſtium videtur eſſe ſolennitas ſubſtantialis, ut ſic non poſſet remitti ex conſenſu partium, ut ſupra dixi. Et hoc dictum* Bald. *ſi jure probaretur, eſſet ſummè notandum: ſed quia ipſe ſolus eſt in hac opinione, ideò hoc non adſirmo pro nunc.* 61.

Concluſio LXXV.

QVomodo † nec tunc quoq; admittitur ſuper actis cauſæ teſtificari judex, ſi deponat tale quid coràm ſe factum, quo omiſſo argueretur non ſolùm de delicto & culpa: ſed 62.

etiam eſset puniendus, & eadem ratione teneretur parti ad intereſse.

l. ſi judex. ff. de re judic. l. qui nomine. ff. de falſ. & hoc eſt, quod in his terminis dixit Bart. *in l. ſi judex. q. ult. ff. de var. & extraord. cognit. quod, ſicut judex propter negligentiam poteſt puniri criminaliter: ita videatur etiam ut teneatur ad intereſſe parti. Vnde, judex non ſolùm repelleretur, quia ageretur de vituperio ſuo, ſi eſſet omiſſa ſcriptura, ſed etiam videretur repellendus fortiori ratione, quia per hoc teſtimonium exoneraret ſe à pœna & intereſſe, pro quo teneretur parti, ut docuit* Bart. *in d. l. ne in arbitris.*

Concluſio LXXVI.

63. ET tanto † magis judex à teſtimonio tanquàm ſuſpectus repellitur, cum atteſtatus non pro reddendo ſuam ſententiam injuſtam, ſed validam; præcipuè verò ſi nullitas naſcitur ex turpitudine judicis, ut quia non proceſſit ſecundum juris ordinem.

Vt concludit Anton. de Butr. *in d. c. cùm olim. & poſt eum*

64. Bald. *in d. l. ne in arbitris. † qui generaliter cenſuit non diſtinguendo cauſam principalem ab actis, quòd judex non poſſit teſtificari ad juſtificationem ſuæ ſententiæ. per d. c. ſtatuendum. 2. q. 6. & rationes, quas adduximus ſupra Concluſ. 65. nu. 5. & 7.*

Concluſio LXXVII.

65. NEc † intereſt qualitercunq; nullitas ſententiæ inſurgat, ſivè ex dolo judicis, ſivè ex lata ejus culpa. Vtrobiq; enim pro ſententiæ juſtificatione teſtificari non poteſt judex. *a* niſi †

66. in ſubſidium. *b*

a] *Quia iſto caſu judex removetur ut ſuſpectus à judicando ſuper ipſa nullitate. l. abſentem. C. de accuſ.* Bart. *in l. judex poſtquam. ff. de re judic. Ergò fortiùs repellitur à teſtificatu, propter majus periculum.*

b] arg.

b] *arg. c. cùm dilecti. ext. de elect. & in c. tertio loco. ext. de prob. & c. veniens. 35. ext. de teſtib. Regulariter † ergò repellitur hoc* 67.
in caſu judex, & non indiſtinctè: jàm relata ratione nihil refragante,
quia † facilius repellitur judex, quàm teſtis, ut traditur in c. cum I. 68.
ext. de offic. delegat.

Concluſio LXXVIII.

QVare, † ſi ſententia dicitur nulla ex aliqua ſolennitate proceſſus non ſervata, ut quia contra eam excipitur, *litem non fuiſſe conteſtatam:* judex nullo modo teſtis eſſe poteſt, ne quidem in ſubſidium. 69.

Quia, † quòd lis non fuerit conteſtata, hoc tendit non ſolùm ad do- 70.
lum & culpam, qui quavè videtur in ferendo ſententiam lite non conteſtata, aut ſaltem in lata culpa eſſe judex, vel quia non vidit acta, vel
quia ignoravit jus: ſed † iſto etiam caſu, judex qui tulit ſententiam 71.
nullam tenetur parti ad intereſſe, ſi pars ex hac ſententia incurrit aliquod intereſſe. l. ſi judex. ff. de var. & extraord. cognit. l. ſi filius. ff.
de judic. Ergò videtur in totum repellendus: † quia teſtificatur in cau- 72.
ſa conſimili, & etiam, quia ſicut proxeneta repellitur, cùm præſumatur habere adfectionem, ut valeat contractus, ſe mediante factus ita videtur eadem ratione repelli judex.

Concluſio LXXIX.

NIſi † nullitas fuerit taliuſmodi, in qua judex excuſari pro- 73.
babiliter poteſt à culpa; ita ut non teneatur aliquo modo ad intereſſe partis, nam tunc ratione ſolius culpæ vel turpitudinis contra eum excipi non poteſt, quo minus ad tale teſtimo-
nium admittatur in ſubſidium, alicèt † aliàs, propter hoc inter- 74.
eſſe, judex indiſtinctè teſtis eſſe nequeat, ubi agitur de validitate vel nullitate ſuæ ſententiæ. *b*

75. *a] l. 4. C. de accuſat. quia † quando ſententia eſt nulla non ratione*
turpitudinis judicis, ſed alia ratione, ut quia judex tulit ſententiam
parte non citata, vel citata & non contumace, præciſè ſuper nullitate
debet adiri judex prior. d. l. 4. Ergò tunc de actis coram ſe; quin teſti-
76. *ficari poſſit judex, non eſt dubium, ut videtur probare d. l. 4. ſi vera †*
eſt diſtinctio Cyn. & Jacob. de Arc. *in l. ſi ut proponis. C. quomod.*
& quand. jud. & in l. judex poſtquam. ff. de re judic. relata per Bart.
77. *in l. ſi expreſſum ff. de appell. alias, † judex prior de nullitate ſuæ ſenten-*
tiæ eſſet nulla ex turpitudine judicantis, ut cenſuerunt jam citati, qui
bus ſubſcripſit Angel. *in d. l. 4. dum adfirmat, ex illo textu probari,*
78. *quod † judex non dicatur convinci de turpitudine ex hoc, quod tule-*
79. *rit ſententiam parte non citata, vel citata, & non contumace. Sed †*
ex d. l. 4. non probatur, nec d. l. 4. videtur confirmare hanc concluſio-
nem. Non enim dicit text. in d. l. 4. quòd judex judicavit turpiter,
ſed ſimpliciter, quod aditus eſt ipſe idem judex ſicut pars contra quam
fuit judicatum poteſt adprobare perſonam judicis, & ipſum adire ſi vo-
luerit. Imò tenetur ipſum adire, licèt turpiter judicavit, ſi maximè
vult proſequi primam inſtantiam, vel principaliter agere ſuper cauſa
80. *principali; quia † ubi cœptum eſt judicium, ibi finiri debet l. ubi cœ-*
ptum 20. ff. de iudic. ſed ſi velit principaliter deducere nullitatem, tunc
81. *poteſt adire ſuperiorem. Nec † eſt aliquod abſurdum, quod pars coga-*
tur litigare coràm judice ſuſpecto, qui turpiter judicavit. Quia impu-
82. *tet ſibi, quare non adiit ſuperiorem per viam nullitatis. Præterea † non*
negatur in d. l. 4. quòd non poſſit allegari ſuſpectus, & adſociabitur ſi-
83. *bi alius de iure civili, juxta formam auth. ſi verò. C. de judic. Unde †*
ſuper nullitate ſententiæ priorem poſſe adiri judicem, ſivè verſetur ali-
qua turpitudo, ſivè etiam nulla verſatur turpitudo, communior eſt opi-
nio, ut tradit Bart. *in d. l. ſi expreſſum. quomodo & hanc ſimpliciter*
probavit Specul. *tit. de ſent. §. juſta. verſ. ſed pone. dum expreſſe*
84. *dicit, † litem eſſe conteſtatam probari per notarium, vel per duos ju-*
dices,

Digitized by Google

dices, qui tulerunt ſententiam. ut determinavit poſt eum quoq; Bald. *in l. ne in arbitris. in princ. C. de recept. arb. affirmans,* † *quod ſi ar-* 85.
biter tulit laudum, vel revocetur in dubium, utrùm lis fuerit coràm eo conteſtata, poteſt atteſtari ſuper hoc. Ejusdem ſententiæ fuit & Jacob. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. dum cenſuit, quod de actis ordinariis poßit atteſtari arbiter & judex. Vtcunq; ſit: placet mihi illa diſtinctio quam in hac & præcedenti concluſione retuli, ex* Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. licèt ipſe ſibi in hoc parùm conſtans, ſententiam* Specul. *fuerit ſecutus in c. quoniam 11. ext. de probat.*

b] *d. l. 4. & ſenſit in effectu* Bald. *in d. l. ne in arbitris. Quia* † *ſi* 86.
præmiſſo caſu judex repellitur à judicando. Ergò multo fortius repellitur à teſtificatu, ut ſuprà Concluſ. 67. n. 5. & dictum eſt.

Concluſio LXXX.

TOties † igitur ſuper ſententiæ proceſſusq; nullitate teſtifi- 87.
cari judex poteſt, quoties nullitas non traxerit cauſam ex judicis turpitudine, ut quia fortè ſententia lata fuerit contra minorem non habentem tutorem, vel parte non citata, vel non contumace, vel ex aliqua alia cauſa extrinſeca, non nota judici, qui ſententiam tulit.

c] *Quia* † *ſi non removetur à judicando, multò minus removetur à* 88.
teſtificatu: quoniam facilius removetur quis à judicando, quam à teſtificando c. cum 1. ext. de offic. deleg. A judicando † *autem tali caſu*
non repellitur judex. l. 4. C. de accuſat. & tradit Bart. *in l. poſtquam* 89.
ff. de re jud. Ergò nec à teſtimonio.

Concluſio LXXXI.

JVdex † inſuper productus in teſtimonium, utrum perierit in- 90.
ſtantia cauſæ, vel, an fuerit cauſa commiſſa alteri: teſtificari-

 poteſt

poteſt de geſtis coram ſe vel per ſe, non tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, ſicq; in cauſa appellationis coram judice ad quem, imò & in alia cauſa.

Vt traditur in d.c. cùm à nobis. & in hoc ipſe reſideo, cùm viderim
91. *† communem eſſe DD. ſententiam in c.1. c. propoſuit. & in c. adhac. extr. de appell. quòd per ſolam appellationem in alia cauſa, non*
92. *poſſit judex recuſari ut ſuſpectus, tanquàm inimicus. Ergò † multò minus poterit recuſari ut teſtis, ſi habeat atteſtari ſuper eo, quod nullo*
93. *modo juſtificat ſententiam ſuam, vel reddit eam validam. Atqui † ex appellatione judex præſumitur iratus contra appellantem. c. ſuſpicionis. ext. de offic. deleg. Ergò in teſtimonio videtur repellendus, ut hac ratione motus ſenſit* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi appellatus. & eum ſecutus* Ant. de Butr. *in d.c. cùm à nobis. 27. Sed le-*
94. *vis hæc eſt conſideratio, quia † non omnis inimicitia repellit teſtem à teſtimonio, ſed gravis & capitalis. c. cùm oportet. ext. de accuſat. & Novell. conſtit. 93. de teſtib. §. ſi verò odioſus. Collat. 7.*

Concluſio LXXXII.

95. NOn † quidem, ut ejus in aliquo diminuatur fides, adeoq; atteſtatio judicis beet ad aliquam dumtaxat faciendam præſumptionem, ſed ut omninò plenè probet, dummodò non atteſtetur ad juſtificandam ſententiam.

Per tradita in c. 1. in c. adhac. & in c. propoſuit. ext. de appell.
96. *& ita ipſe ſentio, non obſtante præſumpta inimicitia. Quia † ratio illa; judex à quo appellatur eſt ſuſpectus in judicando. Ergò repellitur à teſtimonio: non eſt bona, ut ſuprà dixi, quando ſit arbitrium judici, quid & quantum hoc in caſu probatum velit, ut infrà Concluſ. 86. dicetur.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXXXIII.

PRo tánto,† quòd & de geſtis per ſe vel corám ſe tùm negativè tùm adfirmativè poſsit deponere, ubi præſertim nulla laus vel vituperium ex teſtificatu judicis, hoc eſt, ex eo, ſuper quo teſtificatur, ei queat adſcribi. 97.

c. inter dilectos. §. prætereà. extr. de exceſſ. Prælat. c. cùm dilectus. ext. de accuſat. & tradidit Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis.*

Concluſio LXXXIV.

CAEteroquin † teſtificari judex non poterit, ſi ex ſuo teſtimonio poſsit oriri vel damnum judici, ſi illud, ſuper quo producitur in teſtem, probetur, vel honor aut ècontrà vituperium, ſi illud non ſit probatum. Vtiq; verò, repellitur judex, quando teſtificatur aliquid factum non eſse, & quod non eſset factum, poſset imputari ad laudem ipſius, vel ècontrà, ſi ſit factum, tendat ad ejus vituperium. 98.

Vt ita pulchrè admodum diſtinxit Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. quia judex tunc præſumitur nimis adfectus: ſicut † proxeneta repellitur ſimili ratione, & procurator & negotiorum geſtor extrajudicialis, ut tradit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. item opponitur, quod eſt adminiſtrator.* 99.

Concluſio LXXXV.

ENimverò † judex taliusmodi caſu, hoc eſt, ceſsante turpitudine, ut & quando nullitas ſententiæ vel proceſsus inſurgit aliundè, quàm ex turpitudine judicantis, ſolummodò in ſubſidium pro teſte recipitur de actis coràm ſe, tàm in alia, quàm in cauſa appellationis. 100.

Vt concludit Ant. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. per text. in c. cùm dilecti. extr. de electio. & in c. tertio loco. 5. extr. de probat. & in c. Veniens. 9. extr. de teſtib.*

Con-

Concluſio LXXXVI.

101. NOn quidem, † quòd ſit omni exparte integer teſtis, ſicq; ſimpliciter judicis dicto vel plenè vel ſemiplenè ſtetur, ſed ut in judicis, apud quem de actis primæ cauſæ debet teſtimonium dicere, ſit arbitrio, quantum ei credatur, ſicut in teſtibus in ſubſidium admiſſis regulare eſſe ſolet.

Ex ſententia Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis.* 27.

Concluſio LXXXVII.

102. ET † licèt judex teſtis eſſe poſſit de geſtis coram ſe & factis per ſe: tamen deponere debet cum juramento, ſicut alius
103. teſtis,[a] etiam † in foro provinciali Saxonum.[b]

a] *Juxta gl. notab. in ſ. ſtatutum 2. q. 6. &* Bald. *in l. ne in arbitris. C. de recept. arb. & Lanfr. in c. quoniam, in verb. teſtium depoſitiones. ext. de probat.*

b] *Vt eſt text. Landt. lib. 2. art. 22. ubi & gl. nu. 4.*

Concluſio LXXXVIII.

104. ÆQuè † creditur judicis dicto, ſi de actis coram ſe atteſtatur non ut judex, ſed tanquam relator.

Vt poſt gl. animadvertit Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. 27. ubi quamplurima adducit jura.*

Concluſio LXXXIX.

105. SI vel † maximè ad referendum fuerit deputatus à Summo principe: aliàs, ſi relator deputaretur ab inferiore à principe non facilè eſſet ei credendum.

Vt declaravit Anto. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. & melius* Bart. *in l. Divus. ff. de cuſtod. reor. & in extravag. ad reprimendum. in*

dum. in gl. ſup. verb. per nuncium. & facit optimè text. in c. de priore. ext. de appell.

Concluſio XC.

NIſi † quod de inſtructoribus diverſum placuerit, hoc eſt, 106.
quando illi, qui fuerunt judices in cauſa, non recipiuntur in forma teſtium, ſed ſaltem ad alterius judicis inſtructionem. nam licèt hi non probent plenè, regulariter tamen faciunt aliqualem præſumptionem.

c. olim. & ibi Joan. Andr. *ext. de reſcript. & cenſuit* Ant. de Butr. *in d. c. cùm à nobis.*

Concluſio XCI.

NEc † curatur quot eorum ſint numero, & quales ſint: 108.
quando indiſtinctè eis non debeat adhiberi fides, & tantò minùs talibus credetur, ſi reperiantur recepti in forma teſtium, quàm ſi recipiantur ut inſtructores.

Advertente Joan. Andr. *in d. c. cùm à nobis. quia † teſtis cujus* 109.
dictum eſt nullum ratione ordinis omiſſi, regulariter non facit indicium, ut dixit Bart. *in l. maritus. ff. de quæſt. Si ergò ſinguli non faciant indicium per ſe, quomodo multi ſimul juncti poſſunt plenè probare? Imò ſequeretur ex hoc, quòd aliquando crederetur teſtibus non juratis, præter caſus exceptos in jure, quod non reperitur jure cautum.*

Concluſio XCII.

NOn † ſolum autem teſtimonio ſtatur judicis viva voce e- 110.
nunciato, ſed etiam literis ejus credi debet, *a* etiam plus, quàm inſtrumento notarii, *b* licèt non ſint inſcripti teſtes. *c*

a] *Vt poſt* Nicol. dè Matt. *quem citat, tradidit* Joan. And. *ad* Specul *tit. de inſtru. edit. §. nunc videndum. in gl. mag. ibi ſecundùm ſupplementum.*

b] *Vt concludit* Nicol. de Matt. *relatus per* Joan. Andr. *d. loc. cui repugnat ex diametro text. in c. cùm à nobis. 27. extr. de teſtib. ubi dicitur,*
111. *† quòd literæ judicum reprobentur per duos teſtes. Sed hoc non eſt in inſtrumento notarii abſolutè. c. cùm* Joannes. *extr. de fid. inſtrum. Ergò literæ judicis non ſunt melioris conditionis, inſtrumento publico. Verùm, ex quo tàm faciliùs non poteſt committi falſitas in eis, non eſt quòd ſcriptura judicis ita debeat eſſe authentica, ſicut illa, quæ fit manu notarii.*
112. *Nam † ſoli ſcripturæ notarii non creditur ſine teſtibus. Novell. conſtit. 6. collat. 4. & Novell. conſtit. 49. c. ſed etſi. collat. 6. & tradunt poſt gl. cæteri in l. generali. C. de tabul. lib. 10. quod ipſum quidem & noviſſima Ordinatio à Divo Maximiliano I. Coloniæ Anno 12. publicata, ſtatuit, in §.* **Vnd nach dem von gemeinen Rechten.** *ubi inter cætera, quæ tàm jure communi, quàm de conſuetudine ad ſolennitatem inſtrumentorum requiruntur, & hoc refertur,* **daß die Zeugen darzu genommen/ deren aller Namen vnd Zunamen klärlich darinne beſchrieben werden ſollen.** *hoc eſt, ut nomina & cognomina teſtium omnium, qui adhibiti ſunt, expreſſim in iis deſcripta ſint. Nec refragatur Conſtit. Saxon. part. 1. conſtit. 20. quæ utitur dictione* alleine/ *cujus natura videtur excludere plures. Manifeſtum enim eſt, dictionem illam,* allein / *vel coram ſolo notario, teſtes non reſpuere; Nec difficultatem facit, quòd notario magis creditur, quàm teſti. Nam hoc verum intelligitur, quando teſtis examinatus à notario, & repetitus, negat ſe ita dixiſſe, prout notarius ſcripſit. Tunc enim illi magis, quàm teſti creditur, ſed in civilibus dumtaxat, alıter quàm in cauſis criminalibus, ut in quibus neutri eorum creditur.* Speculat. *tit. de teſtib. §. 1. num. 48. & tit. de Inſtrum. editio. §. reſtat. verſ. ſed quid, ſi unus. num. 12. quem eſt poſt* Abbat. *ſecutus* Felin. *in c. cùm cauſam. in fin. extr. de teſtib. & reſpondit* Curt. Sen. *conſil. 55. col. 8. &* Alex. *conſil. 70. num. 2. lib. 1. & conſil. 65. num. 1. lib. 2. ubi retulit,*

omnes

omnes Dom. Doct. in examinatione privata ipſius Speculatoris in eo concordaſſe, quòd in criminalibus nec teſti nec notario credendum eſſe, propterea, quòd neceſſe eſſet alterum illorum crimen falſi vel perjurii incurrere, ad cujus probationem, quemadmodum aliorum delictorum, probationes luce clariores requiruntur, juxta l. fin. C. de probat.

c] *anthent. ad hac. C. de fid. inſtrument. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de jur. fiſc. l. fin. C. de quadrien. præſcript. c. poſt ceſſionem. 7. extr. de probat.*

Concluſio XCIII.

NVllo † prorſus habito diſcrimine, utrùm literæ ſint majorum judicum, ceu Epiſcoporum vel Regum, an inferiorum: quando etiam literis univerſitatum ſine dubio perindè atq; judicum ſuperiorum credatur. 113.

Vt aperuit gloſſ. in d. cap. poſt ceſſionem. in verb. ordinarii. nam † appellatione judicis ordinarii, comprehenditur non ſolùm habens juriſdictionem cum territorio, ſicut epiſcopus: ſed etiam inferior, qui habet juriſdictionem in certa loca vel perſonas, ut probat text. cum gloſſ. in d. c. poſt ceſſionem. 7. & in c. Ordinarii. in princ. De offic. ord. in 6. & tradit Hoſtienſ. *&* Joan. Andr. *in c. cùm contingat. extr. de for. compet. Quia † ad eſſe juriſdictionis ordinaria non requiritur neceſſariò territorium, ut præter jàm relatos, ſubtiliter declarat* Bald. *in l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. præſid. Eſt tamen † aliqua differentia, quantum ad acquiſitionem juriſdictionis, inter eam, quæ cohæret territorio, & eam, quæ non cohæret, ut apud* Bart. *in l. ſequitur. §. ſi viam. q. ult. ff. de uſucap. niſi † quod ſi conferatur alicui poteſtas & juriſdictio, quam habent alii judices* 114. 115. 116. 117.

ordinarii, relatio illa fiat ad judices ordinarios, qui non habent juriſdictionem ex privilegio & ſpecialem. l. ſi vel ex aliqua. in fin. & l. ſeq. ubi gl. ff. de offic. proconſul.

Concluſio XCIV.

118. ET tantò † plus fidei habentur literæ judicum, ſi ſint & ſigillo eorum authentico munitæ, & datæ utiq; in pertinẽtibus ad eorum officium, hoc eſt, ſuper his tantùm, quæ pendent à judicum auctoritate, atq; adeò, quæ ipſi ſoli poſſunt facere.

l. Divus. §. quod autem ubi Bart. *ff. de offic. præſid. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de jur. fiſc. auth. adhæc. C. de fid. inſtru. l. fin. C. de quadrien. præſcript. c. poſt ceſſionem. 7. ext. de probat. quibus ſic adductus cenſuit* Nicol. de Matt. *ut retulit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de inſtrum. edit. §. nunc videndum. in addit. mag. verſ. ſecundum ſupplementum. quem eſt ſecutus* Bald. *in rub. C. de fid. inſtrum. col. ult. ſed non ſatis conveniẽter. Loquuntur enim citata jura non de ſcripturis ſigillo ſimpliciter munitis, ſed de ſcripturis repertis in archivo publico prout illa jura intelligit & melius* Bald. *in l. exemplo. C. de probat. De illis autem eſt diverſa*
119. *ratio, ut traditur in c. cùm cauſam. 13. ext. de probat. Quocircà † in hoc, nunquid credatur literis judicum pertinentibus ad eorum officium? variavit* Bald. *aliqualiter: nam in l. ſi procuratorem. ff. de proc. & in rub. C. de fid. inſtru. adſirmat, quòd ſigillum ſcripturam judicis autenticet: ſed in l. pacta. col. pen. C. de pact. diſtinguit in effectu, prout diſtinguunt communiter gl.* Innoc. *& alii, in d. c. 1. & c. 2. ext. de fid. inſtru. &* Specul.
120. *tit de probat. §. fin. verſ. decimò. quod † ſcilicèt literis judicum ſigillatis authentico ſigillo non debeat credi, niſi habeant ſubſcriptionem teſtium, per text. in c. 1. in fin. ext. de procurat. & in c. 2. ext. de fid. inſtru. & in*
121. *c. quoniam. 11. ext. de probat. Imò † dixit* Bald. *in d. l. pacta. col pen. quòd de jure civili hæc diſtinctio ſit vera: ſed de jure canonico, credatur literis majorum judicum, qui habent auctoritatem à jure vel conſuetudine habendi ſigillum, attamen aliter dixit* Bald *in l ſi qua per calumniam. C. de*

Digitized by Google

epiſ.& cler. Vtut ſit in hoc à Bald. variatum, & communi calculo in contrariam ſententiam itum, illa tamen ſententia, quam ex Nico. de Matt. & Joan. Andr. retulimus, eſt verior, & videtur probari per text. in c. inter dilectos. verſ. ſed privilegium. & in c. ſuper his. in princ. & in fin. ext. de fid. inſtru. dum adſerit Pontifex, quod † litera ſigillata ſigillo Cardinalis ſuper abſolutione voti ultramarini faciat fidem, quando ſigillum 122.
non eſt ignotum. Hoc † etiam dictat ratio, aliàs fruſtrà deputaretur officialis publicus, ſi non faceret fidem, niſi dicamus, quòd faciat fidem cum 123.
ſubſcriptione teſtium, Sed & pro hac parte multum fac. c. cùm à nobis. ext. de teſtib. & probat text. in c. tertio loco. ext. de probat. cum econtrà, communis ſententia nullo juris fulciatur fundamento. Nam † qui pro ea adfertur tex. in d. c. 2. xt. de fide inſtr. communem non probat, cùm non fuerit 124.
intentio Pontificis decidere, quòd requiratur teſtimonium in ſcriptis, ſed tantùm conſtituere differentiam inter ſcripturam ſigillatam, in qua teſtes ſunt inſcripti, & inter ſcripturam privatam, quæ caret ſigillo, ut nimirum fides detur inſtrumento ſigillato, Scripturæ verò privatæ non detur fides, ſi teſtes in ea deſcripti ſint mortui, niſi ſcriptura illa ſit manu notarii, vel authentico ſigno ſignata. d. c. 2. Non † pariter communem adjuvat ſen- 125.
tentiam c. 1. in fin. ext. de procurat. Quandoquidem ſubſcriptio à Pontifice fuit requiſita ad cautelam, propter malitiam & dolum facientis mandatum, quia ultrà ſubſcriptionem Pontifex in d. c. 1. in fin. exigit, quòd ſcriptura fiat apud acta, & ſic per manum publicam, quod non eſt neceſſarium in alia ſcriptura ſigillata, in qua teſtes eſſent ſubſcripti. ut etiam fatentur DD. in d. c. 1. Et quia in d. c. 1 literæ erant mandati, & agebatur de præjudicio conſtituentis procuratorem, & quò ad hunc effectum ſufficiat ſimplex ſigillum ſine ſubſcriptione teſtium, ut tradunt omnes in Clem. 1. De procur. & in c. ſi quorundam. ext. de ſolut. Ideò propter ſuſpicionem malitiæ conſtituentis Pontifex in d. c. 1. exigit tot ſolennitates ultra regulas juris.

Digitized by Google

Concluſio XCV.

126. SEd hoc † recipitur dumtaxat in actibus voluntariæ jurisdictionis, & extrajudicialibus. Quandoquidem de proceſsu judiciali, hoc eſt, cum judex procedit ut judex, non credatur literis judicum ſigillatis, licèt ſint de pertinentibus ad officium judicantium.

127. *Quia † frequentius contingit circa actus, qui ſunt agitati in judicio per litigium, intereſſe partis, & odium & intereſſe publicum, quàm circa actus voluntariæ jurisdictionis, & qui non exercentur in figura judicii, & quia in hoc etiam eſt ſpecialiter proviſum in c. quoniam. 11. extr. de probat. & ſic intelligo gl. in d. c. poſt ceſſionem. 7. in verb. ordinarii.*

Concluſio XCVI.

128. QVinimò, † ſi probabiliter poteſt præſumi fraus & dolus in impetrante, nunquam ita creditur literis judicum, uti aliàs eis credi ſolet.

Vt eſt apud Rota. *deciſ. 22. quam retulit ſecutusq; fuit* Abb. *in d. c. poſt ceſſionem. & probat text. in c. 1. in fin. ext. de procurat. quem ſuperiùs concluſ. 94. nu. 100. expoſuimus. & cenſuit gl. in d. c. poſt ceſſionem. in verb. ordinarii.*

Concluſio XCVII.

129. HInc eſt, † quòd ceſsante dolo & frande literis teſtimonialibus judicum plena adhibeatur fides.

Juxta tradita per Bald. *&* Angel. *in l. comparationes. col. pen. C. de fid. inſtr. & in l. cùm quadam. in princ. ff. de juriſd. omni. judic.* Felin. *poſt alios in c. 1. col. 7. verſ. & add. ext. de fid. inſtr.* Cœpoll. *cautel. 56. & tradit latè* Marſ. *in l. ſi quis ne quæſtio. ante fin. ff. de quæſt. ubi etiam reſpondit* Paul. de Caſtr. *& cæteris contrarium tenentibus.*

Concluſio XCVIII.

130. QVia † verò taliusmodi judicum literæ eſse debeant de reſpicientibus officium, videtur, quòd ſigillum ſcripturam,

in qua non continetur aliquid quod eſt pertinens ad officium ſigillantis, non poſsit authenticare, nec ulla debeat literis, utcunq; ſigillo judicis, munitis, haberi fides.

Vt animadvertit Nicol. de Matt. *quem eſt ſecutus* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de inſtr. edit.* § *nunc videndum. in gl. mag. ibi. ſecundum ſupplementum. quibus & ipſe adhæreo, etſi † me non lateat communem* 131.
DD. ſententiam eſſe in contrarium, videlicet talem ſcripturam indiſtinctè facere fidem, per c. 2. ext. de fid. inſtr. & c. cum à nobis. 27. ext. de teſt. ut eſt apud Abb. *in d. c. poſt ceſsionem. adverſus tamen quam, inſimul & hanc probando concluſionem, ſic fortiter arguo: Sigillum † autenticum non* 132.
imponit fidem ſcripturæ, niſi ſit facta ſuper negotio, propter quod ſigillum eſt inventum. c. ſignificavit. ext. de appellat. Sed, † ſigillum quod competit 133.
judici ſive, collegio non videtur inventum, niſi propter negotia ſpectantia ad illud officium vel collegium. c. dilecta. & ibi not. ext. de exceſs. prælat. Ergò in aliis non imponit fidem ſcripturæ. Secundò, *pro hac adduco concluſione text. in l. 3. ibi, eodem modo. ff. naut. caup. ſtabul. ubi † probatur,* 134.
quòd diſpoſitio legis, quæ ſimpliciter dicit, quòd nauta & caupo tenentur pro rebus ſibi traditis ac conſignatis, intelligatur ſi ſint ſibi conſignatæ ex cauſa pertinente ad illud officium. Et hoc textu adductus dixit Bald. *in l. fin. C. ad maced. ſi ex forma ſtatuti filiusfa. mercator obligatur ex ſuo contractu, quòd reſtringatur illa diſpoſitio, ſi contrahit in pertinentibus ad mercantiam. facit text. in l. ſi quis ex argentariis.* § *rationem ff. de edend. ubi dicitur, † per ſcripturam factam non in forma rationis, argentarius* 135.
non tenetur edere, ad quod teneretur ſi ſcriptura illa faceret fidem & eſſet publica, quamvis non eſſet de pertinentibus ad officium, ad minus tamen cogeretur edere ratione ſimilitudinis, quam haberet cum ſcriptura officii ſui, per l. argentarius. ibi abſimiles. ff. de edend.

Concluſio XCIX.

UNde † non creditur literis judicis continentibus contra- 136.
ctum extrajudicialem, hoc eſt, non factum præſente judi-

ce: a ni-

Digitized by Google

137. ce: *a* niſi † in loco illo non reperiatur tabellio, vel non ſit uſus tabellionis. nam tunc ſigillum judicis ordinarii poteſt facere fidem de contractu extrajudiciali. *b*

a] *Vt poſt* Nicol. de Matt. *quem citat, concludit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de inſtrum. edit. §. nunc videndum. in gl. mag. ibi ſecundum ſupplementum.*

b] *Vt limitando doctrinam* Nicol. de Matt. *tradit* Bald. *in c. 1. circa princ. De pac. conſtat. juxta tradita per* Joan. Andr. *in c. 2. De for. compet. in 6.*

Concluſio C.

138. NOn † vero quaſi judex hanc poteſtatem, ut posſit dare fidem inſtrumento ſigillato per ſe, habeat à jure in ſubſidium, ſed ex generali conſuetudine, vigore cujus ſcriptura iſta, etiam eſſe poteſt authentica in foro eccleſiaſtico in præjudicium clerici.

Vt viſus eſt ſenſiſſe Joan. Andr. *in d. c. 2. quod eſt quid ſingulare ad tradita in c. quod clericis. ext. de for. compet. Sicut autem creditur literis ſigillatis Epiſcopi. c. poſt ceſſionem 4. ext. de probat. ita & literis ſigillatis ſigillo alicujus principis ſecularis, vel alterius magni & notabilis viri, cui ſcil. ſigillo de conſuetudine creditur. c. cùm dilectus. 6. ext. de fid. inſtru. Et licèt text. iſte loquatur in rege, tamen eadem eſt ratio in alia inferiori perſona. c. ſeculares. De for. in compet. in 6. & eſt clarum, quod hodiè ex communi obſervantia & conſuetudine in Alemania, ſigilla Ducum, Marchionum, & ſimilium, ſint authentica: ideò iiſdem fides adhibetur in præjudicium aliorum d. c. cùm dilectus 6. atq; etiam ipſorum ut reſpondit* Schurff. *conſ. 7. nu. 6. Cent. 1.*

FINIS

Centuriæ Primæ.

RUDOLPHI VOLCMARI HESS,

JurisConſulti,

Practicarum Concluſionum DE TESTIBVS.

Centuria II.

Concluſio I.

MOdò † tamen admonendi ſimus, ſtilum palatii non admittere, quòd credatur literis ſigillatis judicum in reſpicientibus proprium commodum, *a* præterquàm † ſi ille, qui adponit ſigillum inſtrumento, teneat locum principis in ſuo territorio, velut eſt Rex: tunc enim ſicut † poteſt judicare in cauſa propria: *b* ita poteſt authenticare ſcripturam in commodum proprium, per ſolum ſigillum. 139. 140. 141.

a] *c. 1. 4. q. 3. l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. & tradit* Rota. *deciſ. 22. Falſa † igitur eſt opinatio Abbat. in d. c. poſt ceſſionem. qui expreſſè adfirmavit, quòd iſta ſit opinio* Rotæ, *ut credatur literis judicum ſigillatis, cùm reverà* Rota *hoc non ſentiat, quia quòd debeat credi literis epiſcoporum, fundat ſe ſuper generali conſuetudine.* 142.

b] *l. proxime. ff. de his, quæ in teſta. delent.* c] *Vt ex* Petr. de Bell. Pert. *refert & ſequitur ſimpliciter* Bald. *in l. exemplo. ult. C. de probat.*

Concluſio II.

QVòd, † ſi literæ judicis ſigillo authentico conſignatæ fuerint à teſtibus ſubſcriptæ manu eorum propria, indifferenter fidem faciunt in omnibus actibus, etiam non pertinentibus ad officium ſigillantis. 143.

L. *c. 1. in*

c.1.in fin.ext.de procurat.c.quoniam.ext.de probat. c.2.ext. de fid.
144. *inſtru. & c.cùm à nobis.ext.de teſtib & probatur ratione, Quia † in*
145. *judicio quaſi contrahitur l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul.Sicut ergò † non ſufficeret quò ad probandum proceſſum inſcriptio teſtium cum ſigillo judicis, ſed requireretur ſcriptura duorum bonorum virorum, vel eorum ſubſcriptio.d.c.quoniam 11. Ita & in contractibus & actibus extrajudicialibus maximè: quia poteſt eſſe eadem ratio in iſtis, ſicut in judicialibus, nè fortè judicis iniqua adſertio poſſit magnum præjudicium adferre parti.*
146. *Sed † & qua ratione non creditur epiſcopo & vivæ voci ipſius in præjudicium alterius.c.ſi tantùm. & c.placuit.6.q.2. c.ſi epiſcopus.22.q.3.eadem ratione ſoli adſertioni & ſcripturæ ſuæ non debet credi judicis.*
147. *Quinimò, † quando teſtes ſe ſubſcribunt manu propria, per comparationem ipſarum literarum ſubſcriptio poterit recognoſci, utrùm ipſa ſit vera l.comparationes.C.de fid.inſtrum. Novell. conſtit. 51. de inſtru. cautio. §.ſi verò adminiſtrator. Collat. 6.*
148. *Sed † quando teſtes inſcribuntur in litera, tunc faciens literam faciliùs poſſet, ſi vellet, committere falſum. Poſſet enim deſcribere teſtes, qui vivebant tempore datæ literarum, & nunc ſunt mortui, & per diſſimilitudinem literarum, non poſſet reprobari litera.*
149. *Nec obſtat, † quod in inſtrumento notarii ſufficiat ſimplex deſcriptio, abſq; ſubſcriptione teſtium, ut traditur in c.1.ext.de fid. inſtru. Nam major eſt autoritas notarii, cui officium ſcribendi principaliter committitur, quàm judicis vel prælati, cui hoc non committitur principaliter.l.argentarius. in princ.verſ principale officium.ff.de edend. Et licèt hæc concluſio per rationes prædictas in ſe habeat æquitatem: illi tamen multùm refragatur text. in c.2.ext.de fid.inſtru.ubi traditur,*
150. *† quòd ſi teſtes ſunt inſcripti in litera, licèt non ſint propria manu ſubſcripti, ſcriptura faciat fidem. Ex quo ſequitur, ſubſcriptionem teſtium neceſſariam non eſſe, ut cenſuit &* Ant.de Butr. *cujus opinionem probavit* Flor. *in d. c. poſt ceſſionem.*
151. *Niſi dicamus, † quòd aliquando unum & idem verbum,*

bum, reſpectu diverſorum reſpectuum & diſpoſitionum, accipiatur diverſimode, ut traditur in l. 1. ff. de offic. proconſ. Hinc, verbum Inſcriptio, *in d. c. 2. accipitur pro ſubſcriptione, ut ſic non determinet pariter inſtrumentum notarii & ſcripturam ſigillatam, nec pariformiter de utraq; intelligi debeat, juxta l. nam hoc jure. ff. de vulg & pupill. ſubſtit. Non † pariter difficultatem facit l. 3. ff. naut. caup. & ſtab. l.* 152.
argentarius. in verb. abſimiles. ff. de edend. & c. ſignificavit. ext. de appellat. quæ jura ſuprà concluſ. 98. nu. 124. induximus. Iſta enim jura loquuntur eo caſu, quo ſoli ſcripturæ creditur. Sed noſtra concluſio loquitur de ſcriptura, quæ habet ſubſcriptionem teſtium. Atqui, † licèt 153.
adſit ſubſcriptio teſtium, non tamen poteſt negari, quòd in his, quæ non ſpectant ad officium judicis, deficiat auctoritas ſigillantis, ut probat d. l. 3. & d. l. argentarius. junct. d. c. ſignificavit. Cùm † ſola ſubſcriptio 154.
teſtium per ſe non facit ſcripturam authenticam. Novell. conſtit. 51. de inſtrum. cautel. §. ſed & ſi quis. Collat 6. Ad hæc, † pariæ ſunt de- 155.
clarare voluntatem ſuam revocatoriam teſtamenti apud acta, vel coràm teſtibus tribus. l. ſancimus. C. de teſtam. Si in teſtamento quod fit apud acta non requiritur præſentia trium teſtium, ſicut requireretur in illa voluntate revocatoria ſi fieret extra acta, d. l. ſancimus. Videtur ergò, † quòd, ſicut ſigillum judicis poteſt authenticare ſcripturam 156.
pertinentem ad officium ſuum: ita poſſit authenticare actum factum coram ſe, abſq; teſtium adminiculo, licèt non pertineat ad ejus officium. Quando † privilegium, quod conceditur actis, ut notarius poſ- 157.
ſit illa ſcribere ſine teſtibus, videatur etiam conceſſum in actu non pertinente ad illud officium d. l. ſancimus. Sed dici poteſt, † quòd hoc in 158.
d. l. ſancimus. eſt ſpeciale, favore ultimæ voluntatis & diuturnitatis temporis: aliàs, ſi mandatum procuratoris fit apud acta, notarius debet adhibere teſtes; quia mandatum procuratoris non eſt de actis, nec pertinens ad officium ſcribentis acta, ut egregiè dixit Bald. *in rub. C. de fid. inſtrum.*

L 2 Con-

Digitized by Google

Concluſio III.

159. NEc † intereſt, ſivè literæ illæ ſint promulgativæ, ſivè teſtimoniales. Vtrobiq; enim quò ad fidem imponendam actui, qui continetur in eis, non conſiderantur, niſi ut probatio, tàm in judicio, quàm extra.

160. *c. poſt ceſſionem. 7. ext. de prob. c. current. 11. q. 3. Quoniam † omne inſtrumentum conſideratur duobus modis, uno modo, pro eo, quod continetur in ipſo inſtrumento, & illud nunquam eſt probatio, ſed eſt factum quod narratur in inſtrumento de præſenti: alio modo ſumitur inſtrumentum, pro eo, quod continet, id eſt, pro charta habente ſolennitates inſtrumentales.* Bart. *in l. ſi quis legatum. in princ. ff. de falſ. & in l. 1. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & iſto ſecundo modo impoſſibile eſt, quòd inſtrumentum ſit aliud, quàm probatio, niſi quando pro eſſentia contractus requireretur ſcriptura. l. contract. C. de fid.*
161. *inſtru. tamen eſt probatio etiam tunc. Vnde † quò ad effectum probandi non eſt differentia, utrum literæ ſint teſtimoniales, narrantes factum de præſenti, an promulgatoriæ. Cum text. in d. c. poſt ceſſionem 7 & in c. 1. ext. de treug. & pac. & in c. ad probandum, ext. de re judic. generaliter loquantur.*
162. *Niſi quis † fortè dixerit, quòd magis credatur literis promulgativis, quia non poſſunt reprobari, niſi per unum modum, probando ſcilicèt, quòd non fuerc confectæ mandato Epiſcopi*
163. *vel ejus manu. Sunt † enim iſtæ literæ ſententia in ſcriptis lata. c. fin. De re judic. in 6. Hoc tamen nimis reſtringit text. in d. c. poſt ceſſio-*
164. *nem. 7. & in d. c. cùm à nobis. 27. ex quo patet, quòd † contra adſertionem literarum poſſit oſtendi oppoſitum. d. c. poſt ceſſionem. etiamſi ſint*
165. *literæ epiſcopi. d. c. cùm à nobis. ubi dicitur, quòd † in dubio creditur literæ teſtimoniali judicum, niſi contrarium probetur.*

Con-

Concluſio IV.

At vero † in his tantummodò hujuſcemodi judicum literis 166.
habebitur fides, quæ ſunt modici ſeu levis præjudicii, ſicq; ſolùm ad inquirendum, & inprimis hoc caſu eousq; literæ ſtatur teſtimoniali, quatenùs probetur contrarium.

d. c. cùm à nobis. l. Divus. §. quod autem. ff. de offic. præſid. & tradit Bart. *in l. Divus. ff. de cuſtod. reor.*

Concluſio V.

In † ſumma ſciendum eſt, quòd ſigillum, ſi ſit cognitum, ſem- 167.
per authenticet ſcripturam contra ſcribentem, *a* ut & litera mandati ſigillata ſufficienter probet mandatum contra ſigillantem: *b* quamvis † traditio ſigilli facta alicui, non faciat præſumi 168.
mandatum, etiam generale. *c*

a] *c. inter dilectos. verſ. ſed privilegium. c. ſuper his. junct. princ. & fin. ext. de fid. inſtru. ubi videtur probari, quòd † litera ſigillata ſi-* 169.
gillo Cardinalis ſuper abſolutione voti ultramarini, faciat fidem, quando ſigillum non eſt ignotum. Et ideò dixit Angel. *in l. conſentaneum. prope fin. C. quomod. & quand. jud. quòd † delegatio probatur per ſo-* 170.
lum ſigillum delegantis, ex traditis per Innoc. *in c. quoniam. ext. de probat. ſicut & fieri poteſt citatio per ſigillum ad hoc ſolitum, ut dixit gl. in c. ſignificavit. ext. de appell. quam ad hoc pro ſingulari adduxit* Barb. *in c. coram. col. 3. verſ. item, quò ad portantem. ext. de offic. delegat. referente* Hippol de Marſ. *in rub. C. de probat. nu. 303. Nam † ſigillum ſi eſt adpoſitum in inſtrumento, præſumitur in dubio* 171.
adpoſitum ab eo, cujus eſt ſigillum. c. tertio loco ext. de probat. l. majorem. C. de falſ. & tradit Bald. *in rub. C. de fid. inſtru.*

b] *Quoniam † adpoſitio ſigilli eſt magnæ importantiæ. Videntur* 172.
enim literæ adprobatæ, quando ſunt ſcriptæ, vel ſubſcriptæ, manu domini, vel quando ſunt ſigillatæ ſigillo ſuo de ejus commiſſione & volun-

tate,ut tradit Paul.de Caſtr. *in l. ſi procuratorem. verſ. In text. ibi literis. ff de procurat. quaſi is, qui alicui tradit ſigillum, videatur de illo multùm confidere, & totam voluntatem ſuam committere. Nam*

173. *† in ſigillo exprimitur imago domini & character nominis domini, ut inter cætera dixit* Arch. *in c. 2. de procurat. in 6. relatus à* Marſ. *in rub. C. de probat. nu. 302.*

c] *Vt docuit* Bald. *tit. de pac. conſtant. in verb. ſigillo. & in l. ſi procuratorem. ff. de procurat. & in l. falſus. in fin. C. de furt. & alii quamplurimi, quos citavit* Marſ. *in rub. C. de probat. nu. 304. verſ. Et circà hoc.*

Concluſio VI.

174. UBicunq; † igitur reperitur aliqua ſcriptura, quæ eſt ſcripta manu alterius ſeu alicujus tertii, ſi in ea ſit adpoſitum ſigillum alicujus, putà Titii, facit probationem contra ipſum Titium.

Felin. *in c. tertio loco. 5. in princ. & in c. poſt ceſſionem. 7. col. 3. ext. de probat. & latiùs in c. ſcripta. col. pen. & ult. ext. de fid. inſtrum. Nam † adpoſitio ſigilli idem operatur, quod ſubſcriptio manu*

175. *propria, ut reſpondit* Roma. *conſ. 352. per gl.* Bart. *&* Bald *in l. 2. C. de reb. alie. non alienand.* Alex. *in c. ſignificavit. ext. de appell. eſt*

176. *† ſignum ratificationis & confirmationis, ut cenſuit* Bald. *in l. fraudem. ff. de teſta. milit. & in c. cùm eccleſia. extr. de elect.*

Concluſio VII.

177. QVomodo † etiam eo ipſo, quod quis ſigillum alicujus producit, admittendus eſt tanquàm ejus procurator cum cautione de rato. Et hoc, quando oſtenſio ſigilli fit per perſonam domeſticam, domini vel ſecum cohabitantem.

Vt cum

Vt cum Innoc. *placuit* Joan. And. *in c. 2. ext. de ſolut. & retu. lit* Roma. *conſ. 446. col. ult. & tradit* Marſ. *in l. ſcripturas. C. qui potior. in pig. hab.*

Concluſio VIII.

HOc † loco & illud neceſſariò admonendi ſumus, quando 178.
plures ſunt principes vel barones in uno feudo, illum habere poteſtatem ſigillandi, qui eſt caput inter ipſos, adeoq; ſenior in familia, aliàs non item. *a* niſi † ſigillum ſit ex voluntate 179.
illorum penes juniorem. nam tunc ille poteſt uti facultate ſigillandi. *b*

a] *Vt poſt* Joan. Andr. *advertit* Abb. *in c. inter dilectos. ext. de fid. inſtrum.* b] *Ex doctrina* Bald. *in c. 1. nu. De controverſ. inveſtit.*

Concluſio IX.

EXcepto † actu plurium eccleſiarum ſeu capitulorum. nam 180.
huic adponi debent ſingularia capitulorum ſigilla, ſicut & ſingulorum nomina ſunt exprimenda.

c. ſi canonicis. De offic. ord. in 6. quem text. ſic intelligit Arch. *in c. 1. diſt. 63. & in c. ſignificantibus. De appell. in 6. ut ſic pluralitas ſigillorum reſpiciat pluralitatem eccleſiarum & capitulorum. Vnde, ſi ſe ſubſcribant ſingulariter. l. fin. ff. de alb. ſcrib. Ergò & ſigilla ſua adponunt. d. l. fin.*

Concluſio X.

QVum autem, ut jam antè tradidimus, aliquis durante officio judicandi, non poſſit in eadem cauſa ſimul eſſe teſtis
& judex, adparet, † quòd judex neceſſariò adhibendus in te- 181.
ſtem, peti dèbeat, eum removeri à judicando & alium ſubrogari.

c. dile-

Digitized by Google

c. dilecto. 27. ext. de teſtib. & hoc ideò, ne veritas valeat deperire d. c. dilecto 27. cui omnia cedunt & ſemper locus debet. c. 1. ext. de cogend. teſtib.

Concluſio XI.

182. ET quidem † præmiſſa ex latere producentis proteſtatione in hunc modum: *Peto, ſed citra litis conteſtationem, ſuper qua proteſtor, judicem, quoniam cum ſim producturus in teſtem omninò in hac cauſa neceſſarium, removeri à munere judicandi, & alium ſurrogari loco ipſius.* aliàs, ſimpliciter petendo, *removeri judicem*, induceretur litis conteſtatio, ita, ut judex removeri ampliùs non poſſit.

183. *Juxta doctrinam gl. in d. c. dilect. in ver. litis. nam † proteſtatio hæc* citrà litis conteſtationem. *denotat tempus intra quod debet iſta*
184. *remotio fieri. Cùm † poſt litis conteſtationem non poſſit peti, removeri judicem, ut alius ad cauſam ſurrogetur loco ipſius. c. offeratur 3. q. 3. c.*
185. *inſinuante. ext. de offic. delegat. niſi † ex nova cauſa agatur, ut propter infirmitatem vel aliter noviter ſupervenientem cauſam, id eſt, ſi pars producens noviter ſciret, illum eſſe vel fuiſſe de illa cauſa informatum. nam tunc eſſet parti ſubveniendum, arg. c. præſentium. 29. ext. de teſtib. & tradunt contra gl. omnes in c. paſtoralis. ext. de except. & fac. gl. in c. exceptio 3. q. 6. Et hac ſententia gl. in d. c. dilecto. in verb. litis. videtur mihi verior, tametſi communiter, DD. exiſtimaverint. quòd hac proteſtatio non ſit neceſſaria, declarando tamen, ut*
186. *inferiùs referam. Nec † poteſt ſtare expoſitio, quaſi illa proteſtatio in d. c. dilecto eſſent verba Pontificis. Narratur enim in d. c. dilecto modus proponendi ipſius Præpoſiti, in quo dicitur, quòd petiit hoc citra litis conteſtationem. Ex quo adparet, quòd iſta fuerunt verba partis. Unde dicendum eſt, ut dicetur concluſio ſeq. aut quòd pars conteſtata eſt litem ad cautelam, licèt non expediret. Dubitavit enim fortè*

quod

Digitized by Google

quod attingebat merita cauſa, ne per hoc videretur litem conteſtari.

Concluſio XII.

SEd † dumtaxat, ubi cauſa fuerit commiſſa de plano, ut procedatur ſine ſtrepitu & figura judicii: ſicut hodiè proceditur in beneficialibus. *a* nam tunc per actum factum, qui non reſpicit immediatè merita cauſæ, lis habetur pro conteſtata, *b* perindè, ut in actu immediatè & directò reſpiciente merita cauſæ. *c* 187.

[a] *Vbi litis conteſtatio non requiritur, ut traditur in clem. diſpendioſam. de judic.* [b] *l. nulla. l. nihil arbitramur. C. de procur. & traditur per gl. in c. 1. De elect. in 6. & plenè per* Anto. de Butr. *in c. cùm M. ext. de conſtit.*

[c] *Vt ſenſit gl. in c. ex parte. ext. de teſtib. & in c. paſtoralis. ext. de except. dùm dixit, † quòd exceptio, quæ opponitur contra perſonam* 188. *teſtis, dicitur indirectè peremptoria.*

Concluſio XIII.

QVando † alioquin procedendo ſecundum juris ordinem, adeoq; in proceſſu ordinario, proteſtatio hæc, *Peto, ſed citrà litis conteſtationem, judicem removeri*; non ſit neceſſaria, poſſitq; exceptio, per quam judex repellitur, ut ſuſpectus, vel ut aliàs inhabilis, proponi non ſolùm ante litem conteſtatam, ſed etiam quandocunq; poſt peti, *judicem removeri à judicàndo generaliter,* nec terminetur termino litis conteſtatæ, ex quacunq; etiam cauſa petatur remotio. 189.

l. non diſtinguemus. §. *cùm quidam. ff. de recept. arbitr. & tradunt reprehendendo gl. omnes in d. c. dilecto. 37. in verb. litis. & probat c. nulli. De elect. in 6. quia † per hæc verba,* Peto judicem 190.

Digitized by Google

removeri, *non reſpondetur petitioni actoris. Ergò per ea non inducitur litis conteſtatio. c.1.extr.de lit. conteſtat.*

Concluſio XIV.

191. PRo† tantò, quòd & notitia exceptionis declinatoriæ ſuperveniens poſt litem conteſtatam, faciat, ut exceptio illa et-
192. iam tunc opponi poſsit: *a* dummodò † veriſimiliter ante litem conteſtatam non potuerit ſciri eam ſibi competere, ſicq́; pars probabiliter ignoraverit. alias, ſi poſset imputari culpa parti, non admitteretur. *b*

a] *c. innotuit, ext. de elect. c. ut circà. in fin. Eod. tit. in 6. d. l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. ibi. repertus fuerit. ubi videtur probari, quòd ſatis eſt inimicitias detegi, licèt gl. illum text. deſtruat.*

b] *Juxta l. in confirmando. ff. de confir. tutor. & gl. in d. l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. & traditur per* Bart. *in auth. minoris. C. qui tut. dar. poſs. & ſic concordantur contraria DD. opiniones in c. pa-*
193. *ſtoralis. ubi gl. ext. de except. & in d. c. dilecto. Nam † propter juſtam ignorantiam receditur à juris proviſione, & permittitur quod aliàs denegatur, d. c. ut circa, in fin. Et intelligitur quod hîc dicitur, cum de novo ſupervenerunt crimina, vel defectus judicis. Secùs, in circumſtantiis ſuper objectionibus jàm deductis: quia illa non poſſunt ineptè propoſita & objecta prætextu ignorantiæ refricari. Clem. conſtitutio-*
194. *nem. §. inſuper. De elect. Atqui † petitio cautionis fidejuſſoriæ, quæ debet fieri ante litem conteſtatam, non poteſt fieri poſt judicium ceptum. l. de die. § ſi ſervus. ubi gl. ff. qui ſatisd. cog. etiamſi ſit error probabilis, ut cenſuit* Angel. *in d. l. de die. §. ſi ſervus. quaſi ex verſ. ſeq.*
195. *in quo † eſt dictio implicativa,* Sed, *ut ſic detur intelligi, quòd in eodem caſu intelligatur verſ. præcedens, id eſt, ubi quis probabiliter ignoraſſet. Vndè videtur, quòd exceptio declinatoria opponi non poſſit, etiamſi*

pars

Digitized by Google

pars probabiliter eam ſibi competere ignoraverit, per gl. in d. l. de die. §. ſi ſervus. Niſi † reſpondeatur, illam dictionem Sed *in d. l. de* 196.
die. § ſi ſervus. verſ. ſeq. ut implicativam, implicare idem eſſe & in caſu præcedenti. Unde ſicut in verſ. mulieri. ſuccurritur dictis duabus perſonis etiam poſt litem conteſtatam: ita & in verſiculo præcedenti, & hoc probant verba textus, etiam in princ. non transportando textum, ut fecit gl. in d. l. de die. §. ſi ſervus. quæ tranſpoſitio fieri non debet, cùm non ſit neceſſaria.

Concluſio XV.

ATq; † hinc eſt, quod adprobans perſonam judicis vel te- 197.
ſtis, reprobare poſsit eorum ſententias & dicta, etiamſi injuſtitia judicis & falſitas teſtis emergant poſt adprobationem perſonarum, ſi ea veriſimiliter ignoraverit.

l. Ex conſenſu. ff. de appell. c. ſi quis teſtibus. 4. q. 3. & d. c.
nulli. quæ † ignorantia probatur per juramentum allegantis propri- 198.
um. d. c. nulli. nam ſcire vel non pendet ex animo. Quia † autem 199.
animus hominis non videtur, ſed cognoſcitur tantùm per exteriora, c. 1. extr. Ut eccleſ. benefic. ſine diminut. neceſſario devenitur ad iſtam probationem. §. alia. Inſtit. de actio. c. præſentium. De te-
ſtib. in 6. & c. ſignificaſti. extr. de homicid. Ad hoc † porrò ut 200.
juramentum deferatur, debet eſſe ignorantia veriſimilis. d. c. Ut circà. De elect. in 6. Hinc, ſi contra ignorantiam eſſet præſumptio ſcientiæ, quia fortè notorium erat communiter, quod non verè dicit, ſe ignoraſſe, non eſſet juramentum deferendum, juxta tradita in c. præſumitur. 47. De reg. jur. in 6. & in c. propoſuiſti. diſtinct. 82.

Digitized by Google

Concluſio XVI.

201. NON † autem confeſtim debet judex coràm quo petitur propter officium teſtificandi ſegregari judicem, ab officio judicandi removeri, ſed præmiſſa aliquali cauſæ cognitione,
202. vel ſaltem ſummaria, in qua † judex informabit ſe de duobus, videlicèt utrùm iſte teſtis ſit neceſſarius, & utrùm veriſimiliter præſumatur aliquid ſcire, de his, ſuper quibus petitur in teſtem.

Vt tradit Innoc. *in d. c. dilecto. & rectè mea ſententia. Si † enim*
203. *in concedenda prima dilatione requiritur aliqualis cauſa cognitio. §. ſpacium. 3. q. 3. & traditur in c. præterea. ext. de dilat. multo fortius in hoc caſu iſta cognitio eſt requirenda. Dupliciter † enim videtur præ-*
204. *judicari parti.* Primò, *quia removetur judex ſibi gratus & de quo multùm confidit, quod intereſſe videtur aliqualiter conſiderandum: quia propter hoc pars appellata in impetratione nimium ſubſtituendo. c. abbate. §. 1. ext. de appell.* Secundò, *propter expenſas, quas fecit*
205. *pars impetrando. Atqui, † intereſſe expenſarum non aufert beneficium conceſſum parti de jure communi, ſed inducit ut pars non poſſit uti beneficio, niſi refundat expenſas. c. interpoſita. §. ille deniq. ext. de ap-*
206. *pell. l. edita. junct. gl. C. de edend. Præterea, † hoc intereſſe expenſarum non eſt conſiderabile, niſi uno caſu, videlicèt, quod ſi impetrans non potuiſſet impetrare hunc judicem, non fuiſſet veriſimile alium impetraturus, tunc cum procederet intereſſe expenſarum, quia pars non feciſſet iſtas expenſas: quia pars, quæ petit novum judicem ſurrogari, cum hoc fiat ejus contemplatione & cauſa, tenebitur ſubire expenſas novi judicis in impetrando. l. ſi poſtulaverit. in princ. ff. de adult. Nihil ergo proderit intereſſe prioris impetrantis quaſi habeat facere novás expenſas in impetrando novum judicem, quia illas ſubibit pars ad-*
207. *verſa. Nec † etiam poteſt dicere, quod priores expenſas debeat repetere, ex*

re, ex quo judex impetratus removetur: quia ex quo alium omninò erat impetraturus etiam iſto remoto non dicitur adfici damno, quò ad expenſas, ut poſſit eas repetere ab adverſaria. l. ſed ſi hereditas. §. 1. ff. ad exhibend. ſicut † in ſimili, quando actor mutat libellum vel emen- 208.
dat, reus non poteſt petere ab eo expenſas, quando eaſdem expenſas eſſet facturus in libello emendato, quas in primo, ut docuit Bart. *in d. l. edita. quaſt. ult. Sed † aliud placuit in cauſa cognitione, qua vertitur* 209.
ſuper expenſarum refectione, & aliud ſuper remotione judicis. In hac enim habetur ratio expenſarum & intereſſe partis, in cujus prajudicium petitur judicem removeri. In hac vero non item. Nec † obſtat l. 210.
pen. §. 1. verſ. tolerabilius. ff. de vacat. muner. ubi dicitur, quod in removendo judicem, quem pars petit removeri ex aliqua cauſa juſta, non attendatur intereſſe partis adverſa, niſi uno reſpectu dumtaxat, in quantum ſcilicet, per dationem novi judicis prolongaretur cauſa, quia jàmpridem judex cognoviſſet de cauſa. Reſpondetur enim, quod † 211.
ex levi prajudicio, quod infertur parti, veluti ex inſpectione modici temporis, non removetur judex cum captione alterius partis. Et † licèt 212.
text. in d. l. pen. §. 1. verſ. tolerabilius. loquatur de uno intereſſe partis dumtaxat: non tamen reſtringit praſens dictum, ſed videtur poſitum cum exemplo, ut fac. l. ſi longius. in princ. ff. de judic. ubi ſimpliciter dicitur à contrario ſenſu, quod † propter modicam dilationem, 213.
non removetur judex, & ſic patet, quod ratione levis prajudicii, pars non poteſt petere removeri judicem, & ideò vertetur cauſa cognitio in ipſius remotione.

Concluſio XVII.

ET † iſtiuſmodi præhabita cauſæ cognitione, poteſt judex, ad 214.
inſtantiam partis, ut ſit teſtis removeri à judicando, etiamſi unus tantùm ſit datus in judicem; & quamvis plures, quàm duos teſtes habeat, qui petit judicē removeri, ut poſſit teſtificari.

Vt tradunt omnes in d. c. dilecto. Nam eſſe teſtem eſt officium. c. cum R. extr. de offic. deleg. ut & eſſe judicem, & munere fungi judicandi. c. 1. extr. de offic. ord. & c. 1. extr. de offic. dele-
215. *gat. Et † licèt hæc duo officia poſsint eſſe compatibilia in perſona unius. arg. l. comperimus. C. de proxi. ſacror. ſcrin. lib. 12. ratione tamen vel ſaltem ſuſpicionis, nemo poteſt iſtiusmodi duplici fungi officio, ſicut videmus in eo, qui & judex & notarius datus eſt.*
216. *Nam † etſi officium tabellionis coadjuvet officium judicis, ut quis in eadem cauſa eſſe judex poſsit & notarius, ut cenſuit* Bart. *in d.*
217. *l. comperimus. Quia † verò negari non poteſt, quòd ſi judici crederetur ſcribenti acta ſua, licèt eſſet notarius aliquando, ſcriptura ſua eſſet ſuſpecta, ut fortè videretur velle fovere ſententiam, quam poſtea eſſet laturus, ideò non poteſt utroq; iſto officio inſiſtere, ut docuit* Abb. *in c. ex literis. 3. extr. de probat. referens doctrinam* Bart. *in l. jubemus. §. ſanè, C. de SS. eccleſ.*

Concluſio XVIII.

ET maximè omnium, procedit à producente petita judicis remotio, ad finem teſtificandi, ſi reus produxerit vel conſtiterit, quod ſit producturus plures teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel ex profeſsò contrariis, ita, quòd probatio ſua alioquin perfecta poſsit ex vi *c. in noſtra, 30. ext. de teſtib.* confundi: vel, ſi probabilis eſt ſuſpicio, quòd teſtes illi, quos pars vult producere, poſsint reprobari, vel infamiæ vel criminis reſpectu, vel aliqua ex alia veriſimili conjectura.

218. *d. c. dilecto. 37. † cùm utrobiq; militet ratio, ne juſtitia valeat deperire. d. c. dilecto. 37. quæ eſt ſi unus vel duo dumtaxat ſunt producti teſtes. Ergò idem jus quoq; utrobiq; eſſe debet. l. illud quæſitum. 32. ff. ad l. Aquil. etſi gl. ibidem aliter ſenſerit, & in dubio*

Digitized by Google

bio ille qui habet duos teſtes vel tres, pro ſe, præſumatur poſſe ſufficienter probare, quò ad hoc, ut non ſit opus adſumere plures. l. quotiens. ubi Bart. *C. de naufrag. lib. 11. Non tamen † propter hoc dice-* 219.
rem, ut dixit Bart. *in d.l. quotiens. quòd ſi quis in uno articulo produceret ultrà tres, poſſit repelli, quaſi eſſet effrenata multitudo teſtium. Quia iſtud eſt arbitrarium, & aliquando admittitur longè major numerus, ut in c. cùm cauſam. 34. extr. de teſtib. Poteſt enim fieri, ut lex præſumat eſſe ſufficientem probationem quæ fit per tres teſtes, & tamen quod probatio adjecta ultrà illam, non ſit effrenata, dummodò non procedat in magno numero, quod poteſt eſſe utile ſaltem, quia † nu-* 220.
merus confirmat fidem. c. in noſtra. 30. extr. eod.

Concluſio XIX.

NOn † tamen ut abſq; alia probatione judex, qui petitur 221.
in teſtem ſit removendus: quando neceſſitatis probatio incumbat ei, qui allegat, quòd ille teſtis ſit ſibi neceſſarius.

d. c. dilecto. 37. verſ. ne igitur. ubi Summus Pontifex in removendo judicem, fundat ſe ſuper hoc: ne juſtitia valeat deperire. Non
† ergò eſt facienda remotio, niſi ſubſiſtente neceſſitate, ſaltèm 222.
veriſimili. Cùm autem iſta neceſſitas ſit fundamentum removendi judicem: videtur † quòd qui eam allegat, ad ſui fundamentum, 223.
debeat probare, l. Ei, qui. ff. de probat. c. in præſentia. extr. eod. Nam † regulariter judex non eſt removendus ſine cauſa à 224.
judicando. c. cùm ſpeciali. & c. ſecundò requiris. extr. de appell. Atqui, cùm judex iſte ſit ex hac cauſa, ut ſit teſtis, remotus ipſo jure, hoc eſt, per Summum Pontificem. d. c. dilecto. Ergò fruſtrà ad finem removendi fieret hæc probatio neceſſitatis, id eſt, quòd teſtis iſte eſſet neceſſarius, cùm jàm antè hoc ſit obtentum. d. c. dilecto. Quia † luce clarius eſt, quòd illa verba in d. c. dilecto. 225.
Si ita

Digitized by Google

Si ita eſt.non referantur ad probationem neceſſitatis, ſed ad hoc, quod Præpoſitus fuit ſuſpenſus ex hac cauſa & appellatione jàm interpoſita. Si enim ex alia cauſa fuiſſet ſuſpenſus, non eſſet reſcindenda ſuſpenſio, nec appellatio, ſi non fuiſset interpoſita ante ſuſpenſionem, relaxanda
226. *tanquàm nulla. Vndè † oportet dicere alterum de duobus, vel quod in d. c. dilecto. 37. probatio fuerit facta coram primis judicibus, de qua conſtitit Pontifici. vel, quòd ille, qui dicit ſe non poſſe aliter probare, habeat intentionem fundatam, ita, quod non teneatur ipſe probare hoc, quod allegat. Et hoc ſenſu vera erit Concluſ. 16. quod debebit adhiberi ſummaria cognitio, quia fortè pars adverſa præparabit oppoſitum. Sed prior intellectus magis placet: quia magis innititur juris regulis, licèt aliqualiter divinet ad text. in d. c. dilecto. 37.*

Concluſio XX.

227. EX † pro ſingulari datur intelligi, quod ille, qui vult teſtem cogi ad teſtificandum in ſubſidium, quia non habet alias
228. probationes, debeat hoc probare: *a* & tantò magis, † ſi hoc petat in cauſa criminali, nam & in criminalibus, teſtis in ſubſidium, hoc eſt, ubi aliter veritas probari nequit, poteſt cogi ad teſtificandum. *b*

a] *Quia hoc eſt fundamentum ſuæ intentionis, ut docuit* Anto. de Butr. *in c. ſuper eo. ext. de teſtib. tùm & quia habet contra ſe jus commune.*

b] *c. dilectorum. ext. de cogend. teſtib.*

Concluſio XXI.

229. USq; adeò, † ut &, ſi judex proteſtetur, *Se tenore ſui privilegii, omninò nolle teſtificari:* nihilominùs cogi poſſit in cauſa criminali teſtificari.

Per tra-

Digitized by Google

Per tradita in d. c. dilectorum. & Abbat. *in d. c. dilecto. à quo diſſentit gl. in d. c. dilecto. 37. verſ. ſed ſi omninò nollet. quam ipſe uno caſu ſalvandam puto, ut ſequitur.*

Concluſio XXII.

NIſi ille, † qui petit removeri judicem, habeat duos alios teſtes, per quos poſſit probare. Hoc enim caſu, licèt æquum ſit removeri judicem, ad effectum teſtificandi. *a* non † tamen videtur æquum ſi cogatur teſtis eſſe, & maximè in criminalibus. *b* 230. 231.

a] *Vt placuit gl. in d. c. dilecto. 37. ibi. ſed ſi omninò nollet. quam ſimpliciter ibid. reprehendit* Abb. *quæ tamen ad hunc modum ſuſtineri poteſt ab* Abbat. *reprehenſione.*

b] *Quia non conſtat ſufficienter, quod probatio non poſſit fieri per alios, quo ad effectum tollendi privilegium teſtis.*

Concluſio XXIII.

PRobato † autem caſu neceſſitatis, judex poſtulatus in teſtem, tàm præciſe eſt removendus à munere judicandi, ad finem teſtificandi, ut etiam ſatis non ſit, quod delegatus, qui proceſſit ad pronunciandum aliquid in cauſa, poſteà vices ſuas in totum alii committat. necq; enim & tunc teſtificari poteſt judex. 232.

Vt cenſuit Abb. *in d. c dilecto 37. per ea, quæ habentur in c ſtatuendum. 2. q. 6. Qui enim † aliquid pronunciavit in cauſa, videtur eſſe adfectus ad eam, præſertim in favorem ejus, pro quo pronunciavit. Ergò repellitur à teſtimonio. Contra, † quàm ſi nihil pronunciavit. Nam ſi delegatus in totum commiſit vices ſuas ſubdelegatus non repræſentabit eum ampliùs: quia ipſe remanet privatus, & deſinit eſſe judex. Hinc eſt † quod ad eum non appellatur, ſed ad primum delegantem.* 233. 234. 235.

tem. c. ſuper quaſtionum.§. porrò. extr. de offic. deleg. c. delegatus. in
236. *fin. eod. tit. in 6. Proindeq; † delegatus non ſimpliciter repræſentat perſonam delegantis. l. 1. §. qui mandatum. ff. de eo, cui mand. eſt juriſdict. c. paſtoralis. §. 1. extr. de offic. ord.*

Concluſio XXIV.

237. QVando † præcipuè teſtificatur ad relevandum ſe. a Cùm alioquin etiam judex, qui proceſsit in cauſa, quin imò & qui tulit ſententiam, poſsit atteſtari de geſtis coram ſe, vel per ſe: dummodò ex tali atteſtatione non conſequatur commodum, vel fugiat vituperium. b

a] *Secundum ea quæ ſuprà Cent. 1. concluſ. 75. ſunt tradita.* b] *Vt plenè diximus ſuprà Cent. 1. concluſ. 83. & 84. ob id, non repeto, & probatur in c. cùm dilecti. extr. de accuſat. & in c. cùm inter dilectos. ext. de exceſſ. prælat.*

Concluſio XXV.

238. QVemadmodum † & tunc, ſi delegatus reſervat ſibi aliquid de jurisdictione ſibi delegata, vel ordinarius deleget ipſi cauſam, uterq; teſtis in ea eſse non prohibetur.

Vt in effectu concludit Abb *quem ſunt ſecuti cæteri in d. c. dilecto, cui addo valdè elegantem caſum in c. Inſuper. 5. extr. de te-*
239. *ſtib. Quamvis † enim Prælatus non poſsit teſtificari in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſi ipſe agat in judicio per ſe: poteſt tamen teſtificari, ſi conſtituat procuratorem ſuo nomine ad agendum. d. c. Inſuper. Ex quo*
240. *ſequitur, † quod jura dicentia, quòd nemo poteſt eſſe judex & teſtis, necq; actor & teſtis, intelliguntur de his, qui judicant, vel agunt actum, per ſe ipſos & non per perſonam interpoſitam, cum mandato legaliter facto, nam propter hoc ſolum repelluntur, quia agunt vel judicant, non ſecùs, atq; ſi cauſa eſſet propria.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XXVI.

QVare † eatenùs peti poteſt judicem, ut ſit teſtis, ab officio 241
judicandi removeri, quatenus eſt delegatus. Ordinarius quippè hac ex cauſa removeri nequit, ut qui coràm inferiori, quomodo & Epiſcopus coram Vicario ſuo, teſtificari poteſt.

Vt ex ſententia gl. cui ſubſcribit Anton. de Butr. *tradunt penè omnes in d. c. dilecto. 37.*

Concluſio XXVII.

IN tantùm, † quod &, ſi major, qui teſtificatur coram infe- 242
riori dicat coram ipſo falſum, ab eo puniri poſsit, licèt non indifferenter.

Vt advertit Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. quid ſi is. qui refert quatuor opiniones, & videtur inclinare in ultimam, quòd poſſit puniri, per l. nullum. 12. C. de teſtib. quam & cæteris paribus, adprobavit* Abb. *in d. c. dilecto. ut mox ſubjiciam.*

Concluſio XXVIII.

ET † utiq; puniri ſuperior ab inferiori non poteſt, ſi ſuperi- 243
or, qui dicit falſum coram inferiore, habet juriſdictionem in ipſum, ut Archiepiſcopus in Epiſcopum, Dux in Comitem. Epiſcopus in Vicarium, in Archidiaconum & ſimiles.

c. cùm inferior. ext. de major. & obed. & traditur in c. 2. extr. de conſtit. & in c. 1. extr. de rapt. c. inquiſitores. De hæret. in 6. quia
† par in parem non habet juriſdictionem nec imperium. c. innotuit. 244
extr. de elect. & fac. l. qui duos. ff. de procur. ubi duobus datis procuratoribus ad omnia facta domini, unus non poteſt agere contra reliquum ad debitum, in quo eſſet domino obligatus. Atqui, † Romulus 245
punivit fratrem ſibi parem in juriſdictione. l. pen. ff. de rer. diviſ.

Digitized by Google

Sed hoc ideò, quia deprehenſus fortè erat Remus in loco delicti, tranſcendendo muros urbis Romæ. d. l. pen. aliàs, ſi fuiſſet extrà locum delicti, puniri a Romulo ſecundum legem Romanorum non potuiſſet.

Concluſio XXIX.

246. ETiamſi † alter alteri ſit major & par non quidem actu, ſed dumtaxat habitu & potentia. nam nec tunc alter puniri ab
247. altero poteſt, *a* ut nec † quando duo domini, qui ſunt pares in juriſdictione, diviſerunt territorium interſe, & unus delinquat in territorio alterius. *b*

a] *c. irrefragabili. §. 1. ext. de offic. ord. d. c. inquiſitores. ut docuit &* Bart. *in l. inter tutores. ff. de adminiſtr tut. quem eſt ſecutus* Bald. *in c. imperialem. §. præterea. De prohib. feud. alie. per Frid. licèt aliter ſentiat in c. fin. Qualit. Vaſall. jurar. deb. fidel. Sed primum dictum videtur eſſe communius, ſatis conveniens & æquum:*
248. *quod † propter habitum juriſdictionis, qui remanſit, iſte dicatur vel par, vel ſuperior duntaxat in ſpe, ut in univerſali poteſtate conceſſa inferiori vel pari, non comprehendatur iſta perſona, arg. eorum, quæ habentur in l. Et ſi pluribus. ff. de auctor. tutor.*

b] Bart. *in d. l. inter tutores. quia uterq; habet in alterius territo-*
249. *rio juriſdictionem ſaltem habitu, & non actu Et † licèt par non habeat juriſdictionem in parem. d. c. innotuit. tenetur tamen ejus delictum nunciare ſuperiori. d. c. inquiſitores. Vtrum autem ſit credendum ejus relationi? traditur in l. Divus. ff. de cuſtod. reor. & in c. præterea. ext. de cog. teſtib.*

Concluſio XXX.

250. QVod † ſi ſuperior non habet juriſdictionem in inferiorem, puniri poteſt ab inferiore, licèt ſit major & aliàs ipſius ſuperior.

Vt ad.

Digitized by Google

Vt adſirmavit Abb. *in d. c. dilecto, quia ſuperior habetur tunc loco privati, l. 3. ff. de offic. præſid. l. apud eum ff. de manu. vind.*

Concluſio XXXI.

EX † quibus irrefragabiliter conſequi videtur, quòd ubi judex 251.
petitus fuerit in teſtem neceſſarium, adverſarius excipiendo; *quòd, quia ſemel fuit adprobatus in judicem, ampliùs reprobari ut teſtis fiat, nequeat:* nullatenùs ſit audiendus.

Vt aperuit gl. in d. c. dilecto. in verb. defectu. ibi. ſed nunquid. quam declaravit Innoc. *in c. cum olim. ext. de except attamen ſine juris ſapore. Nam † ſivè ab adverſario opponatur exceptio propter quàm re-* 252.
pellitur teſtis, pariter & judex, cujusmodi eſt exceptio excommunicationis, infamiæ & ſimilis, de quibus in c. ſciſcitatus. ext. de reſcript. ſivè quæ repellit tantummodò teſtem, & non judicem, utrobiq; non videtur adprobatus in teſtem, qui eſt adprobatus in judicem. Sicut videmus in exceptione criminis, ut retulit Ant. de Butr. *in d. c. dilecto. & in c. 2. ext. de teſtib. Quia † majus præjudicium poteſt ad-* 253.
ferre teſtis teſtificando, quàm judex judicando. Quoniam † error ju- 254.
dicis & injuſtitia poteſt corrigi per appellationem, ſed dictum teſtis, niſi reprobetur alia reprobatione, ſtat firmum. Et ideò † non valet illa 255.
conſequentia: Pars adprobavit aliquem in judicem. Ergò ipſum probavit in teſtem. Quia quò ad partem majus videtur eſſe officium teſtis, quàm judicis. Vnde † adprobatus ad unum officium, non videtur 256.
adprobatus ad majus. c. cùm in illis. De præbend. in 6. l. tutor. §. curator. ff. de adminiſtr. tut. per quem text. dixit Bart *quod ſi pater deputat aliquem tutorem in teſtamento, qui non poteſt eſſe tutor, propter eum cui datur, & eſt adprobatus ad officium tutelæ ex mente teſtatoris, videtur eſſe datus curator. l pater Severianam. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. quia † majus eſt officium tutoris, quàm curatoris.* 257.

Digitized by Google

Secùs econtrà, ſi deputatur aliquis curator in teſtamento, illi cui debebat dari tutor. Quia † adprobatus ad officium minus, non videtur
258. *adprobatus ad majus. Et idem dicimus èconträ in reprobatione, quod † reprobatus in uno officio, non poteſt ampliùs adſumi ad illud*
259. *idem officium, ut docuit* Bald. *in c 1. §. ſi duo. nu. De pac. tenend, vel ſimile, ut dixit* Bart. *in l. Caſſius in fin. ff. de ſenat. ſecùs ſi ſit diſſimile.* Bart. *in d. l. Caſſius. in fin.*

DE CLERICO ET LAICO.

PARS VI.

1. *Laicus adverſus clericum neq; poteſt criminaliter experiri. nu. 10. neq; teſtimonium dicere. nu. 1. & 13. quouſq; num. 26. & 43. imò, teſtis eſſe non impeditur, nu. 55. 56. & 60. an poſſit in criminibus exceſſivis? num. 2. 3. & 6. quando poſſit de crimine privato? nu. 7. & 9. odioſus ſemper eſt in clericum. num. 2. 4. & 42.*
2. *Accuſare, undè nequeat laicus clericum? nu. 4. 11. 12. & 42. cuinàm liceat pro crimine privato? nu. 25.*
4. *Malitia præſumitur regulariter in accuſante.*
5. *Notorii natura quæ ſit? nu. 6.*
7. *Privilegium quale competat patrono & domino ex perſona fidelis & ſervi? num. 9. & 39. ubi ceſſat? num. 40.*
8. *Admonitio laici cujuſmodi eſſe debeat, in clerico prodigaliter vivente?*
12. *Inimicitia quomodo ex teſtis atteſtatione reſultet?*
14. *Suorum injuriam, quis dicatur proſequi? num. 16. & 24.*
15. *Teſtificari adverſus clericum ex quo non poſſit laicus. an in ſubſidium poſſit laicus? num. 26. 48. & 58. poteſt particeps criminis. num. 27. & quivis alius. num. 28. utiq; domeſticus. num. 29. regulariter cur non poſſit laicus*

Digitized by Google

laicus contra clericum in ſubſidium? num. 48. & 52. aliquando non poteſt dominus & patronus. num. 40. laico cur liceat contra clericum in ſubſidium? num. 44. quare impediatur domeſticus in cauſa domeſtici. nu. 46. ratione reverentiæ prohibitus, cur perpetuò ſit à teſtificando remotus? num. 47.

17. Mulier injuriam ſuorum, quatenùs poſſit proſequi? num. 18.

19. Intellectus ad l. 2. ff. de accuſat. & ad l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de poſtuland. num. 20. & 23.

21. Actus ratificatur facilius geſtus nomine proprio, quàm nomine alterius.

22. Actio injuriarum, quibus detur?

25. Conſanguineus ad ferendum teſtimonium renitens cogi non poteſt: pro conſanguineo non admittitur, in cauſa injuriarum. nu. 68.

28. Abbat. ſententia in c. de cætero. 13 ext. de teſtib. circa teſtificatum laici, improbata, num. 31. 33. 35. & 37. probando. num. 38. ſuſtinetur. num. 45. & ſalvatur. nu. 46.

29. Conſequentia hæc: In tali caſu probationem per alios fieri quàm per domeſticos eſt difficile. Ergo recipi poteſt facta à domeſticis: an procedat? num. 30. 31. 33. 35. 37. 46. & 47.

32. Probatio domeſticorum eſt irregularis: in criminalibus à communiter accidentibus non recipitur faciliter. num. 33. & 34. irregulariter fieri poteſt in civilibus. num. 35. an fiat indiſtinctè contra doloſum? numer. 36. imperfecta quando indicium faciat ad torturam? numer. 54.

39. Servus interdum torquetur contra dominum? in criminibus ad teſtificandum admittitur, ubi in civilibus expellitur. nu. 41. & 43.

44. Exponitur text. in cap. fin. ibi. & ipſe intentionem ſuam. extr. de teſtib.

49. Veritas occultari non debet. num. 57.

50. Te-

50. Teſtificatus laici in cauſa clerici non eſt ſufficiens ad torturam. nu. 52.
51. Dictio aliquatenus, quid importet?
57. Intellectus ad c. 1. 6. q. 3. & c. tanquàm. in princ. 24. q. 2. nu. 59.
61. Hæreticus in cauſa Chriſtiani eſſe teſtis poteſt.
62. Teſtis, ſi in cauſa, ſuper qua dat teſtimonium, prætendit intereſſe, ut ſuſpectus repellitur: ſpontè ubi ſe offert, non facit ſidem. nu. 63.
64. Injuria uni ex familia illata, cæteros quoq; perſtringere dicitur; & quomodo. nu 68.
66. Fratri pro contumelia fratris ſui experiri non licèt: minus teſtificandi eſt facultas. num. 68.
67. Promittens quem non offendere, an offendendo fratrem teneatur?

Concluſio XXXII.

1. PRæterea † laicus ſicut non accuſare clericum: *a* ita nec contra eum, ſi criminaliter accuſatus fuerit, teſtificari poteſt. *b* non magis atq; èccontra clericus. nam is quoq; abſolutè repellitur à teſtimonio in cauſa criminali laici. *c*

a] *c. de cætero. 13. ext. de teſtib. & cenſuit gl. in c. ex parte 6. in verb. tacito. ext. Eod. diſtinguens crimen non publicum. à crimine publico ſeu notorio. Et in hoc admittit laicum, in illo verò eum repellit, per text. in d. c. de cætero. &* 2. *† tantò fortiùs laicus accuſare poteſt clericum in criminibus exceſſivis, de quibus in c. tanta. ext. de Simo. & in c. cùm P. ext. de accuſat. etiamſi crimen non ſit publicum, modò ſit famoſum, ut cenſuit gl in d. c. cùm P. laciusq; ſit perſona vilis. nam* 3. *† tunc diſtinguitur, utrum crimen ſit famoſum, necne? juxta gl. in d. c. cùm P. quæ loquitur in præfatis criminibus. Sed in aliis criminibus exceptis hæc diſtinctio non probatur, licet* Anto. de Butr. *aliter ſenſerit in d. c. ex parte qui ſecundùm omnes intelligitur loqui in criminibus exceſſi-*

exceſſivis, & non in aliis, quorum ſententia & mihi placet, Primò *per text. in d. c. cùm P. in princ. & fin. Nam illi presbytero, à cujus accuſatione fuit repulſus laicus, indicitur purgatio. d. c. cùm P. Ergò erat infamatus.* Secundò *ratione, † quia qui accuſat clericum, præ-* 4.
ſumitur moveri malo zelo. c. laicos. & c. laici. 2. q. 7. Ergò videtur repellendus ab accuſatione, tanquàm inimicus. c. cùm oporteat. c. repellantur. ext. de accuſat. ſecus quando delictum eſſet publicum vel notorium. Atqui † in notorio non requiritur ordo juris. c. ad noſtram. ext. 5.
de jurejur. iſta enim qualitas notorii alterat naturam judicii, quod à jure habet certum ordinem, quem non poteſt judex tranſgredi. l. prolatam. C. de ſent. & interloc. illum autem ordinem non tenetur judex ſequi in notorio. d. c. ad noſtram. imò, ſuper notorio non videtur poſſe allegari, quod laicus ſit ſuſpectus, tanquàm inimicus, ſicut dicimus de judice, qui procedit ſuper notorio. gl. in c. 1. De offic. delegat. in 6. & traditur in c. cùm veniſſent. ext. de judic. Bart. *in l. ſi quis fortè. §. nunquam. ff. de pœn. Ergò ut in crimine publico ſic quoq; in criminibus exceſſivis non repellendus eſt laicus ab accuſatione. Sed † dici poteſt,* 6.
quod illa ratio, per quam laicus repellitur ab accuſatione clerici, adhuc durat in crimine notorio exceſſivo. Vnde omnino repellitur laicus, maximè, quia ſuper notorio judex poterit punire ex officio ſine accuſatore. c. evidentia. ext. de accuſat. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Et † iſtud ar- 7.
bitror eſſe verum, etiamſi laicus ſit patronus vel parrochianus, & velit accuſare clericum de crimine dilapidationis. Licèt enim tales admittantur ad denunciandum: non tamen admittentur ad accuſandum criminaliter, per rationem præmiſſam. Et quia † ſi presbyter delinquit 8.
in diſſipando, debet eum honeſtè admonere, datur intelligi, quòd non admittitur atrox inquiſitio, ſed vel honeſta admonitio, vel civilis denunciatio, ut dicit text. in c. filiis. 16. q. 7. & hoc ſentiunt DD. *in d. c. ex parte. Verum † gl. in d. c. filiis. in caſu præmiſſo permittit accu-* 9.
ſare criminaliter patrono, vel parrochiano, & in c. conſtitutum. 16. q.

s. hoc adſirmat de ſolo patrono, licèt in c. Maximianus. diſt. 81. hoc dicat ſub dubio fortè: quod tamen primò dixi, verius eſt.

10. b] *d. c. de cætero 13. quia † laicus non poteſt accuſare clericum d. c. de cætero 13. & c. laicos. 2. q. 7. gl. in d. c. ex parte. 6. in verb. tacito. Ergò nec contra eum teſtificari d. c. de cætero 13. de malevolis. c. inter*

11. *ſollicitudines. ext. de purg. cano. Præſumitur † enim laicus moveri contra clericum ex odii fomite. Imò, omnes rationes, quæ militant in laico, per quas prohibetur accuſare, vindicant ſibi locum & in teſtificatione. d. c. laicos.* c] *c. teſtimonium. 11. q. 1. & hoc propter*

12. *præſumptum odium. Cùm † quandoq; teſtibus deponentibus in cauſa criminali poſſit grave periculum imminere, quando ſcilicèt deponunt contra producentem. Ex tali enim teſtimonio oritur inimicitia capitalis. c. cùm pœnitentia. ext. de accuſ. Et, ſi dicatur, cùm veritatem deponunt, non videtur ex hoc teſtis aliquam inferre injuriam, vel offenſam: quia juris exſecutio non habet injuriam. l. nec magiſtratibus. ff. de injur. Replicabitur, quod ad inimicitiam contrahendam non inſpicitur, an de jure fiat, an de juris effectu, ſed an de facto noceat. arg. l. 1. ff. de his quib. ut indig.*

Concluſio XXXIII.

13. UT & † nec tunc quidem admittatur teſtis laicus contra clericum, cum accuſator ſuam vel ſuorum injuriam proſe-

14. quitur, a hoc eſt, illorum, † qui non coguntur inviti dicere teſtimonium. b

15. a] *d. c. de cætero. 13. ibi. nec tunc. Laicus † n. duplici ratione prohibetur teſtificari contra clericũ. Vna eſt, quia non eſt par ſibi converſatione & gradu: & iſta ratio reſpicit reverentiam. Alia eſt, quia præſumitur infeſtus clerico. c. laicos. c. laici. 2. q. 7.* b] *Quos perſtrinxit* JC.

16. *in l. 1. & l. 2. ff. de accuſ. Is † n. dicitur ſuorũ proſequi injuriã, ſi injuria illata eſt illis, qui ſunt de genere eorũ, qui inviti cogi non poſſunt teſti-*

17. *ficari. d. l. 1. & 2. Cæterùm † mulier poteſt proſequi & ſuam & ſuorum injuriam, qui inviti non coguntur in eadem dicere teſtimoniũ, ſed non*

ali-

aliter, niſi accuſet de morte illorum. d. l. 2. Ergo de alia injuria ſuis illata,
non videtur quod poſſit experiri. Incluſio n. unius, eſt alterius excluſio.
Niſi † arguendo à fortiori dicamus idem eſſe & in alia injuria: quia, ſi mu- 18.
lier non admittitur ad vindicandã mortem, niſi illorũ, de quib. ſit mentio
in d. l. 1. & 2: multò minùs admittetur ad proſequendam leviorẽ injuriã,
pro his, qui non continẽtur in illa lege. Et èconverſo, ſi admittitur ut poſſit
proſequi necem ſuorũ. d. l. 2. Ergò multò fortiùs erit admittenda ad vindi-
candam aliã injuriam ſuis illatã. Quod autem † in d. l. 2. dicitur de mulie- 19.
re, debet intelligi in prohibito accuſare propter reverentiã, ut in caſu no-
ſtro: quia talis æquiparatur mulieri, quò ad hoc, ut prohibeatur vel admit-
tatur ad accuſandũ. l. qui accuſare. cũ ll. ſeqq. ff. de accuſ. Nec † obſtat l. 1. §. 20.
fin. cum l. ſeq. ff. de poſtu. per quem text. videtur, quod in hac materia, ſui
dicantur, omnes illæ perſonæ, pro quib. remoti à poſtulando, in tertio ordi-
ne, poſſunt poſtulare. d. l. 1. in fin. cũ l. ſeq. præter duas perſonas enumeratas
in l. pupillo. ff. eo. Quia iſti dici poſſunt proximi vel attinentes. Cùm in il-
lis jurib. poſtulatio fiat nomine alieno, id eſt, illius pro quo poſtulatur. Hæc
autẽ accuſatio fiat nomine proprio. Vnde † facilius eſt permittere, quod a- 21.
liquis nomine alterius, de ipſius voluntate dicat jus illius in judicio, quàm
quod nomine proprio pro injuria illata alteri experiatur ſive accuſet.
Quando n. quis agit nomine meo, videor patiendo dare mandatũ, non ſic,
quando quis experitur pro me nomine ſuo: Vnde, non benè infertur de uno
ad aliũ, & non ita facile adprobatur actus alterius nomine geſtus, quàm
qui geritur proprio. l. ſi pupilli. §. hoc quæritur. ff. de negot. geſt. c. Longo-
menſis. 9. q. 2. & plus videtur eſſe ad exprimendũ conſenſum, quòd actus fi-
at nomine meo, quàm ſi non. Quia facilius poſſum prohibere ne fiat, & im-
pedire actum gerendum. Vnde † actio injuriarũ non competit, niſi pro pau- 22.
ciſſimis perſonis, de quibus in l. 1. in fin. & l. 2. ff. de inju. Quamvis † & hoc 23.
dici poſſit, quod in l. 1. & l. 2. ff. de poſtul. loquatur JC. de advocatione pro
altero, quod eſt longè minoris præjudicii adverſario, quàm quod quis poſ-
ſit accuſare. Et † licèt Bart. in terminis iſtam quæſtionẽ, quiſnàm dicatur 24.

O 2 proſe-

proſequi ſuam vel ſuorum injuriam ? non tangat: in effectu tamen probavit in l fin. ff. de privat. delict. ſententiam Hoſtienſ. *in d. c. de*
25. *cætero. quæ originaliter fuit gl. in l. ſi fœmina. C. ad turpill. Nam † ut dixit* Bart. *in d. l. fin. pro crimine privato poteſt accuſare privatus & etiam conſanguineus, qui non poteſt cogi teſtificari invitus; juxta l. 2. ff. de accuſat.*

Concluſio XXXIV.

26. QVando † præſertim delictum fuerit à clerico commiſſum tali in loco, ubi eſt abundans copia clericorum, ità, quod veriſimiliter illud poſſet probari per clericos. Cæterùm, ſi non eſt in loco delicti abundantia clericorum, ſicut communiter eſſe ſolet in villis, laici admittentur in ſubſidium contra clericos. *a* & utiq; ſi ſuam vel ſuorum injuriam proſequitur accuſator. *b*

a] *Vt declaravit* Abb. *in d. c. de cætero. 13. per text. in c. fin. ext.*
27. *de cog. teſtib. nam † particeps criminis admittitur in ſubſidium, quia conſpiratio aliundè detegi non poteſt. d. c. fin. illic enim erat laicus &*
28. *criminis particeps. Sed † & teſtes aliàs ſuſpecti admittuntur, quando aliunde non poteſt haberi probatio. c. veniens. 9. in fin. ext. de teſtib. c. cùm dilecti. junct. gl. ext. de elect. idem ergò dicendum eſt in iſto*
29. *caſu, ex* Abbat. *ſententia in d. c. de cætero. Quæ † tamen mihi non videtur vera, & communi ex adverſo contrariatur ſententiæ.* Primò, *per text. in c. in literis. 23. ext. de teſtib. Quamvis enim aliquo caſu inductum ſit, ut ea, quæ communiter probari non poſſunt niſi per do-*
30. *meſticos, poſſint per ipſos probari. d. c. in literis. hoc † tamen non trahitur ad conſequentiam in ſimili caſu, ut, quia veriſimile eſt, per alios non poſſe probari, quia eſt probatio per domeſticos. Hinc contra* Ab-
31. bat. *aſſertionem in, d. c. de cætero. 13. ſic arguo. Quod † contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentiam. l.*
quod

Digitized by Google

quod contra. 184. ff. de reg. jur. Sed † contra juris regulas eſt, quod in de- 32.
fectum probationis, fieri poſſit probatio per domeſticos. d. c. in literis. 23.
Ergò trahi non debet in conſequentiam. d. l. quod contra. 184. hoc eſt,
ad clericos, ut ſi eorum delictum non poſſit ſufficienter probari per cleri-
cos, fiat probatio per laicos, juxta doctrinam Abb. *in d. c. de cætero.*
13. Secundò *contra* Abbat. *adduco text. in c. ſuper prudentia. 14.*
q. 2. In criminalibus † enim non admittuntur domeſtici. In aliis verò
in quibus poteſt meliùs veritas ſciri per domeſticos, admittitur teſti- 33.
monium domeſticorum in cauſa criminali. Unde videtur dicendum, † 34.
quod etiam in his quæ communiter non ſolent ſciri, niſi per domeſticos,
non admittatur teſtimonium domeſticorum in cauſa criminali, & hoc
probat text. in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt. Confirmatur nova hæc
contra communem conſideratio & ex eo, † quia probatio irregularis, 35.
quæ admittitur in cauſa civili propter difficultatem probationis, &
cum agitur civiliter ad pœnam, non admittitur, quando agitur crimi-
naliter. Licet igitur † contra doloſum, cum agitur civiliter, data diffi- 36.
cultate probationis, fiat probatio per juramentum: non tamen cum agi-
tur criminaliter, ut tradit ſingulariter Bart. *in l. fin. ff. de jurejur.*
Præterea, Canones multùm præciſe, repellunt laicum à teſtimonio cle-
rici, Et licet † in quibuſdam cauſis civilibus inveniatur admiſſus te- 37.
ſtis in ſubſidium, qui aliàs eſſet ſuſpectus, & non admitteretur: non
tamen valet conſequentia. Ergò idem dicendum in criminalibus, in
quibus non agitur de majori præjudicio. c. 1. De teſt. in 6. & in exem-
plo Bart. *in d. l. 1. §. ad quæſtionem. & ex iis, quæ infra Cent. 3. concl.*
57. part. 16. diximus. Verum ut-ut hæc ſe habeant, propter jura tamen,
quæ præciſe loquuntur, non recederem, à communi ſententia, vel non
ſequerer hanc novam conſiderationem Abb. *in d. c. de cætero. 13. Niſi*
quod, † ſi quis eam tenere velit, probari illa poſſit ex text. qui reputa- 38.
tur in hac materia multùm ſingularis in l. 1. in princ. & fin. C. de quæſt.
Quamvis enim † ſervus regulariter non poſſit torqueri contra domi- 39.

Digitized by Google

num ſuper crimine: poteſt tamen torqueri in cauſa adulterii d. l. 1. in princ. & eſt ratio, quia communiter iſta non ſciuntur, niſi per familiares & domeſticos.
40. *Vnde † in ſubſidium ceſſat privilegium domini & patroni. Et quod iſtud ſit dicendum in omni alio caſu, in quo ſimiliter ſuper crimine eſſet difficilis probatio, niſi per domeſticos, probat d. l. 1. in fin. In civilibus verò etiam in defectum alterius probationis non admittitur ſervus contra dominum, ut oſtendit dictio adverſativa in d. l. 1. quia adverſatur in jure retento eodem facto, de natura ipſius.*
41. *Ex qua † videtur inferri, quòd, ſi in civilibus non admittitur ſervus, ubi aliàs deficit probatio, in criminalibus ſemper admittatur. Ergo prohibitus teſtificari contra aliquem propter reverentiam & ſuperioritatem, poteſt teſtificari in ſubſidium in cauſa criminali.*
42. *Laicus † autem duplici de cauſa arcetur à teſtimonio contra clericum, vel, quia non eſt par ſibi converſatione & gradu, vel, quia præſumitur infeſtus clerico. c. laicos. c. laici. 2. q. 7.*
43. *Vnde, † ſicut in ſubſidium ille admittitur contra dominum vel patronum: ita & iſte contra clericum, fac. in c. fin. ibi. & ipſe intentionem ſuam probare non poſſit, niſi teſtimonio. extr. de cog. teſtib.*
44. *nam ratio, † cur particeps admittitur & laicus, eſt, quia aliunde probatio haberi non poteſt. Et licèt ille text. poſſit intelligi cum agitur civiliter, vel in crimine excepto: poteſt tamen etiam intelligi, cum agitur criminaliter. Et in d. c. fin. laicus admittitur non, quia crimen ſit exceptum, ſed quia veritas aliter haberi non poteſt. Nam ſi eſſet crimen exceptum, tunc laicus etiam particeps criminis admitteretur teſtimonium dicere, non in ſubſidium, ut alibi diximus, & eſt text. in c. 1. De teſtib. in 6. niſi fortè reſtringatur ad caſum, in quo etiam in crimine excepto laicus vilis perſona non admitteretur in teſtem: Sed tunc etiam fortè non admitteretur in ſubſidium.*
45. *Vndè † aut eſt dicendum, quod in d. c. 1. agatur civiliter, aut probatur intentio* Abbat. *in d. c. de cætero. 13. quæ eſt opinio multum æqua. Ad argumenta in oppoſitum relata reſpondere:*

Digitized by Google

deri poteſt unico verbo, quòd † ideò teſtis domeſticus etiam in ſubſidi- 46.
um non admittitur, etiam in criminalibus, cùm producitur à domeſti-
co; quia fides ejus eſt ſuſpecta. Unde in tanto præjudicio, nunquam eſt
teſti ſuſpecto credendum, ſed è contrà, † quando propter reverentiam 47.
aliquis prohibetur teſtificari, contra aliquem, ne crimina remaneant
impunita, contra l. ita vulneratus. ff. ad L. Aquil. & quia reatus hono-
rem excludit, l. 1. C. ubi ſenat. vel clariſſ. non eſt mirandum, ſi teſtis ad-
mittitur in ſubſidium, ex quo non repellitur, quia ſuſpectus. Et † hac 48.
ratione differentia attenta, poteſt dici in caſu noſtro, quòd cùm laicus
repellatur à teſtimonio clerici, non ſolùm ratione reverentiæ, ſed et-
iam, quia eſt ſuſpectus, in ſubſidium etiam non ſit admittendus, &
procedunt rationes prædictæ. b] d. c. de cætero. ibi. nec tunc. † & 49.
hoc ideò, ne veritas occultetur. c. 1. ext. de cog. teſtib. juſtitiaq; valeat
deperire, c. dilecto. 37. ext. eod. ſicut & Vaſallus accuſando dominum,
dum ſuam ſuorumq; injuriam proſequitur, privari feudo non poteſt:
Quoniam ſe & ſuos defendere naturalis ratio permittit. l. 3. ff. de ju-
ſtit. & jur. VVeſ. de feud. c. 15. nu. 5. & Roſenth. c. 10. concluſ. 31.

Concluſio XXXV.

CVi † conſequitur, quòd ſi laicus examinatur in cauſa crimi- 50.
nali contra clericum, nullum penitùs faciat indicium ad
torturam.

c] d. c. de cætero. 13. Hoc enim † videtur ſignificare dictio aliquatenùs, 51.
quanſus eſt Pontifex in d. c. de cætero. 13. etſi contrarium viſum fuerit
Innoc. in c. quotiens. ext. de teſt. adſerens, † laicum ſufficiens facere indi- 52.
cium ad torturam contra clericum. Quod tamen verũ non videtur: quia
iſta prohibitio fit non ſolùm, quia laicus ſit ſuſpectus, quaſi inimicus, ſed
etiam propter reverentiam gradus & ſanctioris vitæ. Ubicunq; † autem 53.
quis prohibetur à teſtimonio propter reverentiam perſonæ teſtis prohibi-
tus examinari, non facit indicium aliquod, ut eſt text. quem commendat
Bart. ad hoc, in l. 1. §. Divus. el. 1. ff. de quæſt. & tradit gl. in l. 1. C. eod. cum
Bart. in l. maritus. ff. eod. & pulchrè Bald. in l. ſervos. C. de teſtib. Dixit † 54.
tamen

Digitized by Google

tamen Bart. in l. fin. in fin. ff. de in lit. jur. quòd probationes, quæ plenè probant in cauſa civili, ſi non concludunt in criminali, quia ſunt præſumptivæ vel privilegiatæ, faciant indicium ſufficiens ad torturam in cauſa criminali.

Concluſio XXXVI.

55. SEd & † clericus in teſtem admittitur in cauſa laici, ſi vult accuſare vel teſtificari contra laicum, coram judice ſeculari,
56. ſuper crimine eccleſiaſtico: *a* ſicut † in criminibus exceptis laicus dare poteſt teſtimonium contra clericum. *b*

57. a] *Vt cenſuit* † Arch. *in c. teſtimonium. 9. q. 1. per c. 1. 6. q. 3. qui tamen text. ſecundum gl. ibid. non intelligitur de clerico accuſante, ſed judicante. Præterea, illic vertebatur judicium coram eccleſia, non coràm judice laico.*

b] *d. c. de cætero. ibi. & in exceptis criminibus ut corroboretur juſtitia, & ſubjecti & fideles pace gaudeant & quiete. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet adhiberi remedium, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificii collidatur.*

Concluſio XXXVII.

58. MOdò † tamen delictum eo in loco, quo patratum dicitur, non poſſit aliquatenùs probari per laicos. tunc enim, niſi ex judicio criminali, imponatur pœna ſanguinis, clericum in ſubſidium poſſe admitti ad teſtimonium contra laicum: Imò, eum non ſolum poſſe teſtificari, ſed etiam cogi, placuit.

Per text. in c. quanquam. 14. q. 2. c. dilectorum. ext. de cog. teſtib. & licet † *text. in d. c. quanquàm. in princ. videatur loqui de cau-*
59. *ſa civili, dum dicit, quòd clerici non ſint adhibendi confirmationi inſtrumentorum: in fin. tamen cùm permittit ipſos teſtificari, ſi fortè aliquid caſu viderint vel audierint, generaliter loquitur, & etiam*

ratio

ratio reſpicit accuſationem criminalem, dum dicitur, ne malus ut bonus putetur. &c.

Concluſio XXXVIII.

ET † licet laicus non poſſit teſtificari contra clericum, pro 60.
clerico tamen in teſtem recipitur in cauſa criminali: a Quomodo † & hæreticus produci à catholico poteſt in favorem i- 61.
pſius, quamvis contra catholicum teſtificari non poſſit. b

a] *gl. in c. clerici diſt. 81. tùm, quia adſtringitur teſtificari, tùm* † 62.
quia in teſte non conſideratur utrùm ejus interſit, imò ſi intereſt, non eſt idoneus teſtis, & ideò, quilibet laicus admittitur, ſivè ſit parrochianus, ſivè non. Sed † *prima ratio recipit inſtantiam, nam ſi teſtis ſpontè* 63.
teſtificatur productus à parte, non erit idoneus ſive ſit adſtrictus, ſivè non, & maximè ſi habeat privilegium, ne cogatur invitus teſtificari.

b] *Vt cenſuit gl. in c. ſi hæreticus. 2. q. 7. & fac. optimè quod tradit gl. &* Bart. *in l. lege julia. & in l. inviti. ff. de teſtib.*

Concluſio XXXIX.

EX quibus † vel hoc intelligere poſſumus, quòd, licèt injuria 64.
facta uni ex conſanguineis, verè ſit facta toti congregationi maximè, ubi eſt conſuetudo, quod omnes conſanguinei capiant arma, tanquàm offenſi: a propriè † tamen offenſa alicui non 65.
dicatur facta ejus conſanguineo, etiam fratri, ut maximè interſit fratris vel conſanguinei illam offenſam vindicare. b

a] *Vt dixit* Bart. *in l. 3. §. ſi inimicus. ff. de ſuſpect. tut. & probat l. 1. in fin. & l. 2. ff. de iner. ubi dicitur, quod* † *fratri, non competat* 66.
actio injuriarum vel conſanguineo pro injuria conſanguineo illata.

b] *l. 3. & l. 4. ff. de liberal cauſ.*

Digitized by Google

Concluſio XL.

67. UNdè, † ſi aliquis ſub pœna promittit aliquem non offendere, & offendat fratrem, non incidere eum in pœnam, non ineleganter placuit.

Cyn. *relato à* Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus. § Griſogonus. q. ult. ff. de verb. oblig. quod dictum reputat notabile & ſequitur* Bald. *in c. 1. §.*
68. *ſimiliter. Quib. mod. feud. amitt. dicitur † tamen frater vel conſanguineus offendi largo modo & injuriari. Et ideò in tali cauſa, licèt civili, repelleretur à teſtimonio, contra regulam in l. 4. C. de teſtib. & in c. literas. extr. de præſumpt. ut tradit ſingulariter* Bart. *in l. lex Cornelia. in princ. ff. de injur.*

DE VNIVERSITATE.

PARS VII.

1. *Collegiati poſſunt eſſe teſtes in cauſa univerſitatis. nu. 3. & 5. cujuscunq. num. 34. attamen limitativè. num. 4. 17. 30. 34. 31. 37. & 38. in ſubſidium quomodo recipiantur? num. 19. & 23. & quando? num. 34. admiſſi, an ſint teſtes omni exceptione majores? num. 20. & potiores cæteris teſtibus? num. 25. cur repellantur? num. 26. teſtificari quousq. poſſint in cauſa Concollegiati criminaliter mota? num. 34. 36. 37. 38. & 42. & an diſcriminatim? num. 43. ex quo nequeant in ſuum commodum? num. 16.*
2. *Inſtrumentum per quos reprobari poſſit?*
3. *Clerici produci ut teſtes poſſunt in cauſa eccleſia. nu. 6. & 23. fallit. nu. 17. in quo diſtinguantur à teſtibus ex univerſitate productis? num. 8.*
5. *Opinio* Joan. Andr. & Abbat. *in c. cùm nuncius. 11. extr. de teſtib. evertitur. num. 8.*
7. *Legatarius qualiter videatur conſequi ex teſtificatu teſtamentale commodum? nu. 13.*

8. Redi-

9. *Reditus perceptio in clericis quid ſit? unde fiat? num.10. & quomodo? num.18.*

11. *Teſtis propter ſperandum commodum, efficitur inhabilis: unius ficti teſtimonium, à quibus dicatur pendere? num.39.*

12. *Sententia in favorem univerſitatis prolata, quanti ſit effectus?*

14. *Commodum quando dicatur adquiri in conſequentiam?*

15. *Exponitur text. in l.1. in princ. ff. de auctorit. tut.*

16. *Vniverſitas quale jus habeat?*

21. *Vſufructuarius realiter agens, an poſſit nominare dominum in judicio: procurator qualis ſit? num. 22.*

24. *Probatio alioquin facilis, unde reddatur difficilis?*

27. *Domeſticus ubi ſit teſtis integer?*

28. *Domeſtici qui dicantur? ante teſtimonii cauſa torturæ ſupponi poſſint? num. 35.*

29. *Filius pro quibus poſſit alimenta à ſuo patre petere?*

32. *Cauſa civilis ardua, qualiter comparetur criminali?*

40. *Connexorum natura quæ?*

41. *Declaratur l. 1. §. ſervum. ff. de quæſt.*

Concluſio XLI.

POrrò, † quin in actibus, qui geruntur in capitulo ſivè in aliqua univerſitate, ſicq; in cauſa univerſitatis vel collegii, 1.
produci poſsint teſtes de univerſitate in favorem ipſius collegii, adeò, † ut &, ſi de his quæ geruntur in collegio in ejus favorem teſtificantur collegiati, valeat eorum teſtimonium, etiam, ut reprobent inſtrumentum, nulla eſt dubitatio. 2.

Vt ex illo text. concludit gloſ. in c. cùm nuncius. 11. in verb. repellendi. circa princip. extr. de teſtib. cui adſtipulatur & gloſ. tùm in l. in tantùm. 6. §. 1. ff. de rer. diviſ. tùm in §. univerſitatis. ubi Mynſing. *&* Scneid. *poſt* Joannem Fab. Angel.

 & alii

& alios. inſtit. eod. & probat præter omnes clarè text. in c. tertio loco. 5. de probat. & in c. veniens. 9. ext. de teſtib. Cùm id, quod univerſitati debetur, ſingulis non debeatur, nec quod ſingulis, debeatur univerſitati. Eapropter in cauſa univerſitatis & collegii ſinguli de univerſitate & Collegio poſſunt ferre teſtimonium: quod utiq; non poſſent, ſi inter ſingulos de univerſitate & ipſam univerſitatem nulla eſſet diſcrepantia. arg. l. ſi municeps. 2. ubi gl. in verb. haberi. ff. quòd cujusq; univerſit.

Concluſio XLII.

4. PRoindè, † & clericos poſſe in cauſa ſuæ eccleſiæ pro ea teſtificari, niſi alia repellantur ratione, palàm eſt, perindè atq; Monachi pro ſuo monaſterio teſtes eſſe poſſunt.

Ex d. c. cùm nuncius. 11. d. c. tertio loco. 5. & d. c. veniens. 9. c. tuis. c. inſuper. ext. de teſtib. l. 2. ff. quod cujusq; univerſit. nomi. dummodò alii deficiant teſtes. aliàs ſecus, juxta tradita in c. etſi Chriſtus. ext. de jurejurand. arg. c. 2. ext. de poſtul. c. monachi. 16. q. 1. & c. placuit. 2. q. 7. l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. maximè de jure canonico. c. ſuper prudentia. in fin. 4. q. 2. Nam de jure civili teſtimonium monachorum recipitur. Novell. conſtit. 5. collat. 1.

Concluſio XLIII.

4. DVmmodò † cauſa non reſpiciat principaliter ſingulorum de univerſitate vel collegio utilitatem: aliàs, homines villæ vel univerſitatis teſtificari non poterunt, ſi vertitur quæſtio cum univerſitate de paſcuis vel ſylvis, de quibus ſinguli percipiunt fructum & commodum gratis.

Vt declaravit gl in d. l. in tantum. 6. §. 1. & tradunt poſt eam ceteri in d. §. univerſitatis, & docuit præter omnes Joan. Andr. *in d. c. cùm nuncius. Quia in effectu deponerent ſuper facto proprio, & conſequun-*

Digitized by Google

ſequuntur commodum. Debemus autem attendere effectum rei, ut reſpondit Abb. *conſ, 17. col. 2. verſ. ſed his nonobſtantibus. part. 1. Imò,*
† *videtur illos de univerſitate in teſtes admittendos eſſe, etſi commodum aliquod ex re ſuper qua dant teſtimonium, ſint percepturi, triplici* 5.
ratione, quarum Prima *eſt,* † *quia clerici, qui vivunt de redditibus* 6.
eccleſiæ, poſſunt teſtificari in cauſa ſuæ eccleſiæ. d. c. cùm nuncius. 11. Ergo eadem ratione poterit teſtificari ille, qui percipit commodum ex
paſcuis publicis. Secunda † *ratio eſt, quia legatarius ferendo teſtimo-* 7.
nium in cauſa teſtamenti in conſequentiam conſequitur commodum, & tamen per hoc non repellitur à teſtimonio. §. legatariis. 6. Inſtit. de ord. teſtam. Tertia *depromitur ex l. 1. in princ. ff. de auctor. tut. Contrarium ob id viſum eſt* Abbat. *quem ſunt ſecuti quidam alii, in d. c. cùm nuncius. 11. Sed prior ſententia de jure eſt verior, quæ & mihi*
magis placet. Nam † *primæ rationi reſpondetur, quod inter clericum* 8.
& teſtem qui producitur ex univerſitate, eſt duplex differentia, quia clericus percipit reditus propter ſervitium. c. cùm ſecundum. ext. de
præbend. Vnde eſt, † *quodammodò locatio operæ pro pecunia. l. Mæ-* 9.
via, in princ. ff. de annu. legat. & ideò non recipit reditus immediatè
ex re, ſed ex ſua opera. Quod ſecus eſt in caſu noſtro. Secunda † *dif-* 10.
ferentia notabilior eſt, quia clericus percipit reditus de manu alterius, Vnde non poteſt dici, quòd habeat aliquod jus in re, de qua contenditur l. fundi Trebatiani. ubi Bart. *ff. de uſufr. legat. & gl. in l. ſi quis item. ff. de uſufr. & declarat prolixe* Bart. *in diſputat. quæ incip. publicanus. iſti autem percipiunt in caſu noſtro fructum propria auctoritate, ut inferiùs dicetur. Non obſtat quoq; altera ratio, Quia, ut eleganter*
reſpondit Bald. *in rub. ff. de rer. diviſ. quando* † *ex teſtificatu & ſen-* 11.
tentia ferenda, in hoc judicio immediatè adquiritur teſtificanti jus, tunc repellitur quis à teſtimonio, quia æquè principaliter ſua intereſt, ſicut illius, qui pro jure ſuo agit in judicio, & talis eſt caſus noſter. Nam
† *per ſententiam latam pro univerſitate, adquiritur immediatè facul-* 12.

Digitized by Google

tas utendi ſingulis de univerſitate, nec erit opus alia ſententia vel judicio: quod † non eſt in legatario, quia, licèt feratur ſententia pro
13. *herede: non tamen videbitur lata ſententia, pro ipſo contra heredem. Eſt ergò teſtimonium ſuum cauſa mediata conſequendi legatum, non immediata. Pari modo reſpondetur & ad tertiam rationem, dum adducitur l.1. in princ. ff. de auctor. tut. negando videlicèt, quòd hic teſtificanti quæratur commodum in conſequentiam: tunc † enim adquiritur*
14. *in conſequentia, quando ex illo actu non immediatè, ſed mediatè aliquid mihi adquiritur, ſicut eſt in d.l.1. in princ. Quia † cauſa imme-*
15. *diata, propter quam acquiritur actio tutori contra pupillum, fuit obligatio prima, per quam ille, cui ſucceſſit pupillus erat debitor tutoris. Cauſa autem mediata fuit aditio, per quam obligatio illa, quæ erat penes defunctum, adplicata eſt heredi. Et licèt † univerſitas ipſa habeat*
16. *principale jus in re, ſcilicèt proprietatem: non tamen per hoc tollitur, quin habentis uſumfructum vel aliquid ſimile uſufructui, non dicatur ita intereſſe, ut non dicatur teſtificari in propria cauſa, & hoc clarè ſenſère DD. in iſta quæſtione, ſequendo* Joan. And. *in l.4.C. de teſtib. ubi plenè per* Bal. & Sal. & *fac. gl. in l.2.C. ubi in rem act. de qua paulo poſt.*

Concluſio XLIV.

17. EX quo † videtur inferri, ſi litigatur ſuper poſſeſſione vel re, quæ pertinet ad titulum beneficii alicujus clerici inſtituti in eccleſia, de qua plenè percipit fructus, ut adminiſtrator, clericum tunc ſuper illo jure pro ſe non poſſe eſſe teſtem.

Vt probatur ex his, quæ docuit Bart. *in l. quoties. §.1. ff. de public. & ſenſit clarè gl. quam ſequuntur communiter omnes in l. ſicut. §.2. ff. quod cujusq. univerſitat. nomi. Quia † iſte clericus percipit fructus*
18. *propria auctoritate. Vndè, licèt non habeat uſumfructum formalem, habet tamen facultatem percipiendi fructum, quæ ſimilis eſt uſufructui. l. neceſſario. § fin. ff. de peric. & commo. rei vend. Vſufructuarius autem pro re ex qua uſumfructum habet, teſtis eſſe nequit.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XLV.

NIſi quod,† ubi veriſimile non eſt, rem ſatis clarè poſſe probari per alios, in ſubſidium credi debeat teſtibus de univerſitate, licèt ſentiant commodum in conſequentiam, non quidem, † quaſi ſint perſonæ non integræ & aliqualiter ſuſpectæ, *a* ſed ad plenam fidem. *b* 19. 20.

a] *Ut poſt* Abb. *opinati ſunt pleriq; in d. c. cùm nuncius. & cenſuit anteà* Archid *in c. de prudentia. 14. q. 2. ex eo, quia negari non poteſt, quòd commodū non perveniat ad eos in conſequentiam, & ſic videtur, quod ſint ſuſpecti, ut dicitur de legatario in c. Inſuper. 5. extr. de teſtib. & uſufructuario, per gl. in l. 2. C. ubi in rem act. nam † ſi agitur rei vendicatione contra uſufructuarium, non poteſt ipſe nominare dominum in judicio, reſpectu juris uſusfructus Quia cauſa eſt ſua propria. Unde, † dicitur procurator in rem ſuam. l. Julianus. 31. in fin. ff. de uſufr. & tunc eſt, quòd contumacia domini non noceat ſibi. l. 1. in fin. ff. de nov. oper. nunciat. l. hoc ampliùs. §. fin. cum l. ſeq. ff. de dam. infect. Verùm non ſatis feliciter hoc ſic opinatus eſt* Abb. *cum ſuis ſequacibus in d. c. cùm nuncius. quemadmodum ſuprà concluſ. 38. num. 22. Cent. 1. demonſtravimus.* 21. 22.

b] *Ut advertit* Abb. *in d. c. cùm nuncius. † quia ſi creditur in tali caſu capitulari de his, quæ geruntur in capitulo, ut traditur in c. tertio loco. 5. ext. de probat. & infra Cent. 3. concluſ. 6 ſnu.. 71. pariter credetur & in aliis caſibus, in quibus licèt potuerint intereſſe plures teſtes, ex † cauſa tamen contingentia, veriſimile eſt, quòd res non poſſit per alios probari.* 23. 24.

Concluſio XLVI.

QVinimò † ſunt meliores omnibus aliis illi de univerſitate ad ferendum teſtimonium, ubi maximè eſſemus in materia, in qua meliùs præſumuntur ſcire veritatem illi de univerſitate, quàm cæteri. 25.

Ut pro-

26. *Vt prolatur ex c. de prudentia. 14. q. 2. nam † illi de univerſitate*
27. *repelluntur ratione cujuſdam domeſticitatis. d. c. de prudentia. Sed † domeſticus vel familiaris in tali caſu non repellitur, nec eſt ſuſpectus, imò præfertur omnibus aliis. l. quotiens. C. de naufrag. lib. 11. ex qua conſtat, quòd alii non admittantur, niſi in ſubſidium. Ergo iſto caſu ſunt integri teſtes. Nec obſtat ſi dicatur, quod d. l. quotiens. loquatur de domeſticis, & familiaribus, qui in conſequentiam nullum conſequuntur commodum. Nam hoc falſum eſt, quia † domeſtici dicuntur liberti, filii & ſervi, inter alios, ad quos ſine dubio in conſequentiam, cum*
28.
29. *habitant in domo patris vel domini, pervenit commodum. Filius † quippè poteſt petere alimenta à patre, & ſervus à domino.* Roma. *conſ. 138. etiamſi filius habitet ſeorſim, & imò ut alat uxorem & filios ejus, ſi non habent unde commodè vivant.* Bald. *in l. ubi. verſ. iſta quæſtio. C. de jur. doti. & tradidit* Boer. ad Bald. *poſt* Alex. *in l. libertis. §. Lucius in verb. domi. in fin. ff. de alim. legat. Vndè ſunt aliquæ perſonæ domeſticæ, quæ in conſequentiam conſequuntur majus commodum ſeu emolumentum, quàm collegiatus ex rebus collegii.*

Concluſio XLVII.

30. QVatenùs † tamen cauſæ ſint civiles. nam in criminalibus collegiatæ nullo modo, uti & domeſtici, ad ferendum teſtimonium admittuntur.

l. 1. §. ad quæſtionem. ibiq. Bart. *ff. de quæſt. c. ſuper prudentia. 24. q. 2. ut infra Cent. 3. Concluſ. 75. diximus, quæ huc referri poſſunt.*

Concluſio XLVIII.

31. QVomodo † & ſi cauſa civilis fuerit multùm ardua, illi de univerſitate non ſunt teſtes omni exceptione maj- multò fortiùs, ubi veriſimiliter alii poſſent inver-

Digitized by Google

Vt animadvertit ſingulariter Bald. *in rub. ff. de rer. diviſ. nam* † 32
cauſa civilis ardua æquiparatur criminali. c. 1. De reſtit. ſpoliat. in 6. l. propter litem. 21. §. 1. ff. de excuſat. tut. licèt ſecundum quid & non ſimpliciter, ut de cauſis famoſis tradidit VVeſ. *in paratitl. ff. de procur. nu. 5. In cauſa † autem criminali illi, de univerſitate teſtificari* 33
non poßunt. Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid.*

Concluſio XLIX.

CAEterùm, † in ſubſidium admittentur illi, qui ſunt de uni- 34
verſitate, etiam in cauſa criminali: nec ſolum ſi ſunt de univerſitate civitatis vel oppidi, ſed etiam cujuslibet alterius corporis, & univerſitatis, adeóq; ſivè univerſitas ſit parva, ſivè diffuſa. nam eodem modo & teſtificantur & repelluntur.

Vt diſtinxit Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid. cujus diſtinctionem probârunt aliqui in d. c. cùm nuncius. 11. & in c. inſuper. 5. ext. de teſtib. & docuit* Dyn. *in l. 1. §. ſervum. ff. de quæſt. Nam* † 35
licèt domeſtici non ſint admittendi in criminalibus, etiam cum tortura. d. l. 1. §. ad quæſtionem: ſervus tamen univerſitatis ſeu municipii poteſt torqueri in ſingulos de municipio. d. l. 1. §. ſervum & probat l. in tantum. §. 1. ff. de rer. diviſ. Quia verò † hoc in teſtificatu non ſit 36
univerſale, ideò reſtringitur illud per Specul *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid. ut iſti de univerſitate in ſubſidium admittantur, etiam in cauſa criminali, quando nulli alii ſunt teſtes. Vbi autem poßunt haberi alii, non admittantur.*

Con[illegible]

ET ſiquidem † collegiat[illegible] [illegible]ur in teſtem ab extraneo 37
[illegible]ntra h[illegible] [illegible] ut teſtis a[illegible]ur, non
[illegible] in [illegible] Sin † verò [illegible]ato, ut 38
[illegible] repellitu[illegible] [illegible]pectus.
d. l. 1.

d. l. 1. §. ſervum. Nec poteſt dici reſpondendo ad d. l. 1. §. ſervum, quod illic JC. non loquitur, quando unus de univerſitate vult teſtificari contra alium, ſed quando ſervus ipſius univerſitatis. Quia iſta
39. *reſponſio non eſt ſufficiens, † cùm diſpoſitio unius perſonæ fictæ, ſcil. univerſitatis, pendeat tota ab omnibus, qui ſunt de univerſitate. Quâ*
40. *igitur ratione illi ſunt ſuſpecti, eadem † ratione ſunt ſuſpecti & illi, quibus ipſi poſſunt imperare. l. 1. C. ſi quacunq. præd. poteſt. l. 1. ubi* Bart. *C. ſi rect. provinc. & fac. l. ſi. quis officii. ff. de rit. nupt. Nam in dependentibus & connexis infertur de uno ad aliud: ſecùs in peni-*
41. *tùs ſeparatis. arg. c. cùm plures. De offic. deleg. in 6. Unde † dici poteſt, quod. in d. l. 1. § ſervum. non producitur ſervus univerſitatis in teſtem, ab homine univerſitatis, quo caſu non admitteretur & eſſet ſuſpectus, ſed ab extraneo contra hominem univerſitatis.*

Concluſio LI.

42. QVamvis † igitur pro collega ejuſdem univerſitatis quis non poſſit teſtificari in cauſa criminali ſi pro concollega ſuo producitur: poteſt tamen teſtificari contra ipſum, ſi producitur ab extraneo.

d. l. 1. §. ſervum. Quia tanta non eſt adfectionis præſumptio in teſte deponente contra producentem vel alium, quàm ſi deponat pro ipſo. Cùm ergo in Collegiato adfectionis præſumptio ceſſet, quando teſtificatur contra producentem ipſum: Ipſa quoq; ceſſat prohibitio, & ipſius teſtimonium ut idoneum recipitur. Quia ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat ipſa prohibitio. c. cùm ceſſante. ext. de appellat.

Concluſio LII.

43. SEd † tunc demùm nullus poteſt teſtificari pro altero de collegio in cauſa criminali, quando eſt univerſitas paucorum, ita, quod ex cohabitatione vel paucitate oriatur quædam domeſticitas, ſicut eſt in clericis unius eccleſiæ. Secùs ſi ſit univerſi-

Digitized by Google

verſitas conſiſtens ex multis. nam tunc quilibet de univerſitate in teſtem pro altero de univerſitate admittitur, & quidem ſimpliciter.

Vt ex communi ſententia retulit Joan. Andr. *in d.c. cum nuncius, qui ſic intelligit text. in c. ſuper prudentia. 14 q. 2. & in c. repellantur. extr. de accuſat. & in c. accuſationes. 3. q. 5. qui idem cenſuit & ad* Specul. *tit. de Syndic. §. 1. verſ. item, quod nomina monachorum. In gl. mag. ibi. Porrò, de decreto. & in c. licèt cauſam; verſ. communi faventia. extr. de probat.*

DE PROCVRATORE & Adminiſtratore.

PARS VIII.

1. Procurator omnis generis non minùs atq; adminiſtrator teſtis eſſe poteſt; etiam ad effectum ſe exonerandi ab obligatione. nu. 24. & 26. quomodo? num. 28. ubi eſſe non poſſit? num. 2. 3. 4. 11. & 29. ſine ullo diſcrimine? nu. 6. & 19. an perpetuò ſit ſuo caſu, à teſtimonio remotus? nu. 30. & 31. qualiter ſua ex atteſtatione intelligatur conſequi commodum? num. 12. quorum ſit particeps? num. 15. cui adſimuletur teſtificans? num. 20. & 23. ubi videatur fungi officio nudi miniſtri? num. 25.

2. Teſtis deponendo ſe exonerans, non probat. nu. 9. & an ſimpliciter? num. 10. etiam ritè productus, ubi non admittatur? num. 16.

5. Atteſtatio teſtis facta, per hæc verba: Se tradidiſſe Titio; *an relevet probantem? ſi ſic fit:* quod vidit Titium poſſidere: *quid probet? num. 11.*

6. Commodum quatenùs teſtem repellat à teſtimonio?

8. Legatarius poteſt in teſtamento teſtimonium ferre: heres non eſt. nu. 14.

9. Diſtinctio Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. ſuper teſtis exoneratione, improbatur. num 10. 14. Here-*

14. *Hereditas quid ſit?*
17. *Proxeneta teſtis eſſe nequit. nu. 19. & 21. an ut ſit teſtis cogi poſſit? nu. 18. & 19.*
19. *Text. in Novell. conſtit. 59. tit. de teſtib. §. ſi verò. in fin. Collat. 7. exponitur: nu. 21. & in l. deferre. §. iidem decreverunt. ff. de jur. fiſc. declaratur. num. 27.*
22. *Cauſa prohibitionis ſi verificari poteſt in teſte tàm recuſante, quàm volente, quid juris?*
29. *Turpitudo interdùm probatur, & modò improbatur. num. 30.*
32. *Advocatus an pro cliente ſuo teſtificari poſſit.*
33. *Veritatem qui faciunt perverti?*
34. *Veritas eſt odioſum quid: & juſtitia ſunt copulata. num. 37.*
35. *Sollicitator non eſt teſtis in cauſa idoneus.*
36. *Proverbium:* Amicus Plato, amicior mihi veritas.
38. *Mentiri eſt pejus morte.*

Concluſio LIII.

1. EXemplo † judicis receptum hoc videtur, quod etiam procurator pariter & adminiſtrator datus tàm ad judicia quàm ad negotia, teſtificari quidem, poſteaquàm procurator eſſe deſiit, poſſit ſuper contractu à ſe geſto: attamen diſſimiliter.
2. Et † ſiquidem ex ſuo teſtificatu conſequatur commodum, vel evitet damnum, ut quia liberatur ab obligatione, ſine dubio teſtis eſſe nequit.

Vt inter alias opiniones, quæ plenè circa hunc paſſum recitantur per CC. in c. inſuper 5. ext. de teſtib. concludit Barb. *in d. c. inſuper. & cenſuit antea gl. notabil. cui in his terminis adſentitur* Azo. & Bart. *in Novell. conſtit. 48. tit. 3. de fid. inſtrum. §. in his Collat. 6. à quibus non diſſentit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. quid ſi*
3. *adminiſtrator. dùm adſtruit, quòd † procurator repellitur à teſtimonio, ubi*

mio, ubi conſequeretur commodum. Et adducuntur jam citati in hanc ſententiam per text. in c. cùm à nobis. 27. ext. de teſtibus.

Concluſio LIV.

USq; adeo † quòd & procurator, ſi probat teſtificando, *pecuniam ſibi datam à domino ſuo, ut traderet etiam Titio, ſe tradidiſſe Titio,* per talem teſtificatum omninò nihil proficiat. 4.

Vt dixit Barb. *in d. c. inſuper. & ſenſit gl. in d. c. Novell. conſtit. 48. §. in his. Per † hoc enim quod dicit,* ſe tradidiſſe Titio, *relevat ſe procurator ab obligatione, quo eſſet obligatus domino ſuo, ſi non tradidiſſet pecuniam: & ideo atteſtatio ejus pro nulla habetur.* 5.

Concluſio L V.

NEc † diſtinguitur, ſivè procurator teſtificando deponat ad ſuum commodum principaliter, ſivè in conſequentiam, hoc eſt, non quidem principaliter, ſed in cauſa dicti ſui. Vtrobiq; enim atteſtationi ejus non ſtatur. 6.

Quia † licet teſtis ita admittatur, quod ex teſtificatu non conſequitur commodum principaliter, ſed in conſequentiam, non tamen teſtis, qui ex quacunq; parte teſtificatus conſequitur principaliter commodum, debet admitti: quia ex hoc repellitur, quod conſequitur commodum, undecunq; liqueat. Atqui, † legatario non eſt denegatum in eo teſtamento dare teſtimonium, in quo ei legatum eſt relictum. §. legatoriis, 7. inſtit. de ord. teſtam. l. diſtantia. C. de teſtam. Contrarium † ob id probavit Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. diſertè adſerens, hoc quod ſuperiùs dictum eſt, teſtem ubi ex dicto ſuo relevaret ſe ab obligatione ſua, ſemper repelli, limitandum eſſe ſimpliciter, ut non habeat locum, quando teſtis deponit ad commodum ſuum, non in dicto principali, ſed in cauſ. dicti. arg. d. §. legatariis. Sed † hoc dictum* Salic. *non videtur eſſe verum, & maximè, quia dictum teſtis principale*

(margin numbers: 7 at "Quia", 8 at "dum, undecunq;", 9 at "toriis", 10 at "principali")

pale & virtus ejus conſiſtit in cauſa. c. cùm cauſa. 39. extr. de teſtib. Ergò ſi in cauſa, quam reddit, ſe exonerat, videtur ſe exonerare per id, in quo principaliter teſtificatur, & per conſequens vix eſt, ut in hoc diſtinguamus, nec iſta Salic. *differentia, quam fecit in d. l. omnibus: probatur jure.*

Concluſio LVI.

11. QVantumvis † igitur procurator in hoc, dùm atteſtando dicit: *quod vidit Titium poſſidere*; nihil deponat ad commodum ſui: ſi tamen interrogatus de cauſa reſponderit, *quod ipſe fuit ejus laborator illo tempore, & ſingulis annis portavit ſibi tot fructus, quos collegit in articulato prædio*: teſtimonium ejus admitti non debet.

12. *Quia † teſtis iſte, hoc eſt, procurator conſequitur ex hoc ſuo teſtificatu commodum ex cauſa dicti, & ſic in conſequentiam. Ergò ut teſtis idoneus admitti non videtur, relata ratione. Nec in contrarium urget exemplum de legatario, quo movetur* Salic. *in d. l. omnibus. & cæteri, qui eum ſequuntur in c. Inſuper. 5. extr. de teſtib.*
13. *Cùm † ad legatarium non pertineat hereditatis damnum, nec emolumentum: quia juris ſucceſſor non eſt. d. § legatariis. 7.*
14. *Non † enim ſuccedit ut heres. l. heredem. 60. ff. de reg. jur. in univerſum jus, quod defunctus habuit tempore mortis, juxta l. hereditas. 63. ff. Eod. & ſine dubio damnoſum eſt. l. hereditatis. 119. ff. de verb. ſig.*
15. *Procurator † verò eſt & damni & emolumenti particeps, eiq; obnoxius.*

Concluſio LVII.

16. ETiam, † ſi procurator ſuaptè ſponté ſe in teſtem offerat, vel ab altera partium, hoc eſt à ſuo domino fuerit productus.

Digitized by Google

Ꝗus. Niſi enim & conſenſu partis diverſæ, ut teſtis, adprobetur, omninò, uti proxeneta, eſt repellendus.

Quia † de jure communi proxeneta ſine partium conſenſu teſtis eſſe non poteſt, ut not. in c. dilectorum. ext. de cog. teſtib. ſecus quàm de jure Saxonico, quo proxeneta & mediatores teſtes eſſe poſſunt ſuper contractibus, qui coram illis geruntur, etiam invitis partibus, ut colligunt Practici ex artic. 13. Landtr. lib. 1. & gl. Landtr. lib. 2. artic. 11. Fulcitur hæc concluſio autoritate Bart. *in l. deferre. §. iidem decreverunt. ff. de jur. fiſc. cui adſentitur* Bald. & Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. niſi quòd dixerint, contra* Bart. *facere text. quem allegat, nempe Novell. conſtit. 3. de fid. inſtrum. §. in his. Collat. 6. Nam, † ut cenſuit ibi gl. proxeneta non cogitur teſtificari, ſi producitur ab una partium; ſi tamen velit teſtificari admittitur. Et hanc gl. ſententiam veriorem credidit* Salic. *unà cum* Bald. *in d. l. omnibus. non alia motus ratione, quàm quod Imperator dum in Novell. conſtit. de teſtib. 4. §. ſi verò. in princ. Collat. 7. profeſſus eſt, ſe olim poſuiſſe legem; per quam diſpoſuerat, mediatores non cogi, ad ferendum teſtimonium: non prohibuit eos teſtificari, ſed cogi. Verum † non ſatis adpoſitè ſic argumentati ſunt* Bald. & Salic. *contra* Bart. *quando pro ipſo multùm urgeat text. in Novell. conſtit. 4. de teſtib. § ſi verò. in fin. in verb. prohibitione. ex quo clarè adparet; quòd Imperator noluit proxenetam admitti volentem teſtificari. Ergò proxeneta niſi utraq; parte volente in teſtem non admittitur, ut dixit gl. in Novell. conſtit. 3. de fid. inſtrum. §. in his. Collat. 6. & probat c. dilectorum. extr. de cog. teſtib. Sed † procurator æquiparatur proxenetæ. Ergò ſine conſenſu partium teſtis eſſe pro domino ſuo non poteſt. d. c. dilectorum. ut docuit* Bart. *in d. l. deferre. §. iidem decreverunt. Et † ſi dicatur, quod hoc ex illa Novell. conſtit. de teſtib. §. ſi verò. non pateat inductum: reſpondetur vel,*

17. 18. 19. 20. 21.

tas utendi ſingulis de univerſitate, nec erit opus alia ſententia vel judicio: quod † *non eſt in legatario, quia, licèt feratur ſententia pro he-*
13. *rede: non tamen videbitur lata ſententia, pro ipſo contra heredem. Eſt ergò teſtimonium ſuum cauſa mediata conſequendi legatum, non immediata. Pari modo reſpondetur & ad tertiam rationem, dùm adducitur l. 1. in princ. ff. de auctor. tut. negando videlicèt, quòd hìc teſtifi-*
14. *canti quæratur commodum in conſequentiam: tunc* † *enim adquiritur in conſequentia, quando ex illo actu non immediatè, ſed mediatè ali-*
15. *quid mihi adquiritur, ſicut eſt in d. l. 1. in princ. Quia* † *cauſa immediata, propter quam acquiritur actio tutori contra pupillum, fuit obligatio prima, per quam ille, cui ſucceſſit pupillus erat debitor tutoris. Cauſa autem mediata fuit aditio, per quam obligatio illa, quæ erat pe-*
16. *nes defunctum, adplicata eſt heredi. Et licèt* † *univerſitas ipſa habeat principale jus in re, ſcilicèt proprietatem: non tamen per hoc tollitur, quin habentis uſumfructum vel aliquid ſimile uſufructui, non dicatur ita intereſſe, ut non dicatur teſtificari in propria cauſa, & hoc clarè ſenſere DD. in iſta quæſtione, ſequendo* Joan. And. *in l. 4. C. de teſtib. ubi plenè per* Bal. & Sal. & *fac. gl. in l. 2. C. ubi in rem act. de qua paulò poſt.*

Concluſio XLIV.

17. EX quo † videtur inferri, ſi litigatur ſuper poſseſsione vel re, quæ pertinet ad titulum beneficii alicujus clerici inſtituti in eccleſia, de qua plenè percipit fructus, ut adminiſtrator, clericum tunc ſuper illo jure pro ſe non poſse eſse teſtem.

Vt probatur ex his, quæ docuit Bart. *in l. quoties. §. 1. ff. de public. & ſenſit clarè gl. quam ſequuntur communiter omnes in l. ſicut. §. 2. ff. quod cujusq. univerſitat. nomi. Quia* † *iſte clericus percipit fructus*
18. *propria auctoritate. Vndè, licèt non habeat uſumfructum formalem, habet tamen facultatem percipiendi fructum, quæ ſimilis eſt uſufructui. l. neceſſario. § fin. ff. de peric. & commo. rei vend. Vſufructuarius autem pro re ex qua uſumfructum habet, teſtis eſſe nequit.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XLV.

NIſi quod,† ubi veriſimile non eſt,rem ſatis clarè poſse pro- 19.
bari per alios, in ſubſidium credi debeat teſtibus de uni-
verſitate, licèt ſentiant commodum in conſequentiam, non
quidem,† quaſi ſint perſonæ non integræ & aliqualiter ſuſpe- 20.
ctæ, *a* ſed ad plenam fidem. *b*

a] *Vt poſt* Abb. *opinati ſunt plerique in d.c.cùm nuncius. & cenſuit*
anteà Archid *in c. de prudentia.14.q.2.ex eo,quia negari non poteſt,*
quòd commodū non perveniat ad eos in conſequentiam,& ſic videtur,
quod ſint ſuſpecti,ut dicitur de legatario in c. Inſuper.5.extr.de teſtib.
& uſufructuario,per gl. in l.2.C.ubi in rem act. nam † ſi agitur rei 21.
vendicatione contra uſufructuarium,non poteſt ipſe nominare domi-
num in judicio,reſpectu juris uſusfructus Quia cauſa eſt ſua propria.
*Vnde,† dicitur procurator in rem ſuam.l.*Julianus*.31.in fin.ff.de uſufr.* 22.
& tunc eſt,quòd contumacia domini non noceat ſibi. l.1.in fin.ff. de
nov.oper.nunciat. l. hoc amplius.§.fin. cum l.ſeq.ff. de dam. infect.
Verùm non ſatis feliciter hoc ſic opinatus eſt Abb. *cum ſuis ſequacibus*
in d.c.cùm nuncius. quemadmodum ſuprà concluſ.38.num.22.Cent.
1. demonſtravimus.

b] *Vt advertit* Abb. *in d.c.cùm nuncius.† quia ſi creditur in* 23.
tali caſu capitulari de his,quæ geruntur in capitulo,ut traditur in c.
tertio loco.5.ext.de probat. & infra Cent.3. concluſ.6 ſnu..71.pariter
credetur & in aliis caſibus,in quibus licèt potuerint intereſſe plures te-
ſtes, ex † cauſa tamen contingentia, veriſimile eſt,quod res non poſſit 24.
per alios probari.

Concluſio XLVI.

QVinimò † ſunt meliores omnibus aliis illi de univerſitate, 25.
ad ferendum teſtimonium,ubi maximè eſsemus in mate-
ria,in qua meliùs præſumuntur ſcire veritatem illi de univerſi-
tate,quàm cæteri.

Vt pro-

Digitized by Google

26. *Vt prolatur ex c. de prudentia. 14. q. 2. nam † illi de univerſitate*
27. *repelluntur ratione cujuſdam domeſticitatis. d. c. de prudentia. Sed †*
domeſticus vel familiaris in tali caſu non repellitur, nec eſt ſuſpectus,
imò præfertur omnibus aliis. l. quotiens. C. de naufrag. lib. 11. ex qua
conſtat, quòd alii non admittantur, niſi in ſubſidium. Ergo iſto caſu ſunt
integri teſtes. Nec obſtat ſi dicatur, quod d. l. quotiens. loquatur de
domeſticis, & familiaribus, qui in conſequentiam nullum conſequun-
28. *tur commodum. Nam hoc falſum eſt, quia † domeſtici dicuntur liber-*
ti, filii & ſervi, inter alios, ad quos ſine dubio in conſequentiam, cum
29. *habitant in domo patris vel domini, pervenit commodum. Filius †*
quippè poteſt petere alimenta à patre, & ſervus à domino. Roma.
conſ. 138. etiamſi filius habitet ſeorſim, & imò ut alat uxorem & filios
ejus, ſi non habent unde commodè vivant. Bald. *in l. ubi. verſ. iſta*
quæſtio. C. de jur. doti. & tradidit Boer. ad Bald. *poſt* Alex. *in l. li-*
bertis. §. Lucius in verb. domi. in fin. ff. de alim. legat. Vndè ſunt
aliquæ perſonæ domeſticæ, quæ in conſequentiam conſequuntur majus
commodum ſeu emolumentum, quàm collegiatus ex rebus collegii.

Concluſio XLVII.

30. QVatenùs † tamen cauſæ ſint civiles. nam in criminalibus collegiatæ nullo modo, uti & domeſtici, ad ferendum teſtimonium admittuntur.

l. 1. §. ad quæſtionem. ibiq; Bart. *ff. de quæſt. c. ſuper prudentia. 24. q. 2. ut infra Cent. 3. Concluſ. 75. diximus, quæ huc referri poſſunt.*

Concluſio XLVIII.

31. QVomodò † & ſi cauſa civilis fuerit multùm ardua, illi de univerſitate non ſunt teſtes omni exceptione majores: & multò fortiùs, ubi veriſimiliter alii poſſent inveniri.

Vt ani-

Digitized by Google

Vt animadvertit ſingulariter Bald. *in rub. ff. de rer. diviſ. nam* † 32.
cauſa civilis ardua æquiparatur criminali. c. 1. De reſtit. ſpoliat. in 6.
l. propter litem. 21. §. 1. ff. de excuſat. tut. licèt ſecundum quid & non
ſimpliciter, ut de cauſis famoſis tradidit VVeſ. *in paratit l. ff. de pro-*
cur, nu. 5. In cauſa † *autem criminali illi, de univerſitate teſtificari* 33.
non poſſunt. Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid.*

Concluſio XLIX.

CAEterùm, † in ſubſidium admittentur illi, qui ſunt de uni- 34.
verſitate, etiam in cauſa criminali: nec ſolum ſi ſunt de uni-
verſitate civitatis vel oppidi, ſed etiam cujuslibet alterius cor-
poris, & univerſitatis, adeoq; ſivè univerſitas ſit parva, ſivè diffu-
ſa. nam eodem modo & teſtificantur & repelluntur.

Vt diſtinxit Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid. cujus di-*
ſtinctionem probàrunt aliqui in d. c. cùm nuncius. 11. & in c. inſuper.
5. ext. de teſtib. & docuit Dyn. *in l. 1. §. ſervum. ff. de quæſt. Nam* † 35.
licèt domeſtici non ſint admittendi in criminalibus, etiam cum tortu-
ra. d. l. 1. §. ad quæſtionem; ſervus tamen univerſitatis ſeu municipii
poteſt torqueri in ſingulos de municipio. d. l. 1. §. ſervum & probat l.
in tantum. §. 1. ff. de rer. diviſ. Quia verò † *hoc in teſtificatu non ſit* 36.
univerſale, ideò reſtringitur illud per Specul *tit. de teſtib. §. 1. verſ.*
ſed nunquid. ut iſti de univerſitate in ſubſidium admittantur, etiam
in cauſa criminali, quando nulli alii ſunt teſtes. Vbi autem poſſunt ha-
beri alii, non admittantur.

Concluſio L.

ET ſiquidem † collegiatus producitur in teſtem ab extraneo 37.
contra hominem de univerſitate, ut teſtis admittitur, non
quidem in ſubſidium, ſed abſolutè. Sin † verò à collegiato, ut 38.
teſtificetur pro concollegiato ſuo, repellitur, quaſi ſuſpectus.

d. l. 1. §. ſervum. Nec poteſt dici reſpondendo ad d. l. 1. §. ſervum. quod illic JC. non loquitur, quando unus de univerſitate vult teſtificari contra alium, ſed quando ſervus ipſius univerſitatis. Quia iſta
39. *reſponſio non eſt ſufficiens, † cùm diſpoſitio unius perſonæ fictæ, ſcil. univerſitatis, pendeat tota ab omnibus, qui ſunt de univerſitate. Qua*
40. *igitur ratione illi ſunt ſuſpecti, eadem † ratione ſunt ſuſpecti & illi, quibus ipſi poſſunt imperare. l. 1. C. ſi quacunq. præd. poteſt. l. 1. ubi* Bart. *C. ſi rect. provinc. & fac. l. ſi quis officii. ff. de rit. nupt. Nam in dependentibus & connexis infertur de uno ad aliud: ſecùs in peni-*
41. *tùs ſeparatis. arg. c. cùm plures. De offic. deleg. in 6. Vnde † dici poteſt, quod. in d. l. 1. § ſervum. non producitur ſervus univerſitatis in teſtem, ab homine univerſitatis, quo caſu non admitteretur & eſſet ſuſpectus, ſed ab extraneo contra hominem univerſitatis.*

Concluſio LI.

42. QVamvis † igitur pro collega ejuſdem univerſitatis quis non poſſit teſtificari in cauſa criminali ſi pro concollega ſuo producitur: poteſt tamen teſtificari contra ipſum, ſi producitur ab extraneo.

d. l. 1. §. ſervum. Quia tanta non eſt adfectionis præſumptio in teſte deponente contra producentem vel alium, quàm ſi deponat pro ipſo. Cùm ergo in Collegiato adfectionis præſumptio ceſſet, quando teſtificatur contra producentem ipſum: Ipſa quoq; ceſſat prohibitio, & ipſius teſtimonium ut idoneum recipitur. Quia ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat ipſa prohibitio. c. cùm ceſſante. ext. de appellat.

Concluſio LII.

43. SEd † tunc demùm nullus poteſt teſtificari pro altero de collegio in cauſa criminali, quando eſt univerſitas paucorum, ita, quod ex cohabitatione vel paucitate oriatur quædam domeſticitas, ſicut eſt in clericis unius eccleſiæ. Secùs ſi ſit univerſi-

Digitized by Google

verſitas conſiſtens ex multis. nam tunc quilibet de univerſitate in teſtem pro altero de univerſitate admittitur, & quidem ſimpliciter.

Vt ex communi ſententia retulit Joan. Andr. *in d. c. cum nuncius, qui ſic intelligit text. in c. ſuper prudentia. 14 q. 2. & in c. repellantur. extr. de accuſat. & in c. accuſationes. 3. q. 5. qui idem cenſuit & ad* Specul. *tit. de Syndic. §. 1. verſ. item, quod nomina monachorum. in gl. mag. ibi. Porrò, de decreto. & in c. licèt cauſam, verſ. communi faventia. extr. de probat.*

DE PROCVRATORE & Adminiſtratore.

PARS VIII.

1. Procurator omnis generis non minùs atq; adminiſtrator teſtis eſſe poteſt; etiam ad effectum ſe exonerandi ab obligatione. nu. 24. & 26. quomodo? num. 28. ubi eſſe non poſſit? num. 2. 3. 4. 11. & 29. ſine ullo diſcrimine? nu. 6. & 19. an perpetuò ſit ſuo caſu, à teſtimonio remotus? nu. 30. & 31. qualiter ſua ex atteſtatione intelligatur conſequi commodum? num. 12. quorum ſit particeps? num. 15. cui adſimuletur teſtificans? num. 20. & 23. ubi videatur fungi officio nudi miniſtri? num. 25.

2. Teſtis deponendo ſe exonerans, non probat. nu. 9. & an ſimpliciter? num. 10. etiam ritè productus, ubi non admittatur? num. 16.

5. Atteſtatio teſtis facta, per hæc verba: Se tradidiſse Titio; *an relevet probantem? ſi ſic fit:* quod vidit Titium poſsidere: *quid probet? num. 11.*

6. Commodum quatenùs teſtem repellat à teſtimonio?

8. Legatarius poteſt in teſtamento teſtimonium ferre: heres non eſt. nu. 14.

9. Diſtinctio Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. ſuper teſtis exoneratione, improbatur. num 10. 14. Here-*

Digitized by Google

14. *Hereditas quid ſit?*
17. *Proxeneta teſtis eſſe nequit. nu. 19. & 21. an ut ſit teſtis cogi poſſit? nu. 18. & 19.*
19. *Text. in Novell. conſtit. 50. tit. de teſtib. §. ſi verò. in fin. Collat. 7. exponitur: nu. 21. & in l. deferre. §. iidem decreverunt. ff. de jur. fiſc. declaratur. num. 27.*
22. *Cauſa prohibitionis ſi verificari poteſt in teſte tàm recuſante, quàm volente, quid juris?*
29. *Turpitudo interdùm probatur, & modò improbatur. num. 30.*
32. *Advocatus an pro cliente ſuo teſtificari poßit.*
33. *Veritatem quæ faciunt perverti?*
34. *Veritas eſt odioſum quid: & juſtitia ſunt copulata. num. 37.*
35. *Sollicitator non eſt teſtis in cauſa idoneus.*
36. *Proverbium:* Amicus Plato, amicior mihi veritas.
38. *Mentiri eſt pejus morte.*

Concluſio LIII.

1. EXemplo † judicis receptum hoc videtur, quod etiam procurator pariter & adminiſtrator datus tàm ad judicia quàm ad negotia, teſtificari quidem, poſteaquàm procurator eſſe deſiit, poſsit ſuper contractu à ſe geſto: attamen diſsimiliter.
2. Et † ſiquidem ex ſuo teſtificatu conſequatur commodum, vel evitet damnum, ut quia liberatur ab obligatione, ſine dubio teſtis eſſe nequit.

Vt inter alias opiniones, quæ plenè circa hunc paſſum recitantur per CC. in c. inſuper 5. ext. de teſtib. concludit Barb. *in d. c. inſuper. & cenſuit antea gl. notabil. cui in his terminis adſentitur* Azo, & Bart. *in Novell. conſtit. 48. tit. 3. de fid. inſtrum. §. in his Collat. 6. à quibus non diſſentit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. quid ſi*
3. *adminiſtrator. dùm adſtruit, quòd † procurator repellitur à teſtimonio, ubi*

Digitized by Google

mio, ubi conſequeretur commodum. Et adducuntur jam citati in hanc ſententiam per text. in c. cùm à nobis. 27. ext. de teſtibus.

Concluſio LIV.

USq; adeo † quòd & procurator, ſi probat teſtificando, *pecuniam ſibi datam à domino ſuo, ut traderet etiam Titio, ſe tradidiſſe Titio,* per talem teſtificatum omninò nihil proficiat. 4.

Vt dixit Barb. *in d. c. inſuper. & ſenſit gl. in d. c. Novell. conſtit. 48. §. in his. Per † hoc enim quod dicit,* ſe tradidiſſe Titio, *relevat ſe procurator ab obligatione, quo eſſet obligatus domino ſuo, ſi non tradidiſſet pecuniam: & ideo atteſtatio ejus pro nulla habetur.* 5.

Concluſio LV.

NEc † diſtinguitur, ſivè procurator teſtificando deponat ad ſuum commodum principaliter, ſivè in conſequentiam, hoc eſt, non quidem principaliter, ſed in cauſa dicti ſui. Vtrobiq; enim atteſtationi ejus non ſtatur. 6.

Quia † licèt teſtis ita admittatur, quod ex teſtificatu non conſequitur commodum principaliter, ſed in conſequentiam, non tamen teſtis, qui ex quacunq; parte teſtificatus conſequitur principaliter commodum, debet admitti: quia ex hoc repellitur, quod conſequitur commodum, undecunq; liqueat. Atqui, † legatario non eſt denegatum in eo teſtamento dare teſtimonium, in quo ei legatum eſt relictum. §. legatoriis, 7. inſtit. de ord. teſtam. l. diſtantia. C. de teſtam. Contrarium † ob id probavit Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. disertè adſerens, hoc quod ſuperiùs dictum eſt, teſtem ubi ex dicto ſuo relevaret ſe ab obligatione ſua, ſemper repelli, limitandum eſſe ſimpliciter, ut non habeat locum, quando teſtis deponit ad commodum ſuum, non in dicto principali, ſed in cauſ. dicti. arg. d. §. legatarius. Sed † hoc dictum* Salic. *non videtur eſſe verum, & maximè, quia dictum teſtis principale* 7. 8. 9. 10.

Digitized by Google

pale & virtus ejus conſiſtit in cauſa. c. cùm cauſa. 39. extr. de teſtib. Ergò ſi in cauſa, quam reddit, ſe exonerat, videtur ſe exonerare per id, in quo principaliter teſtificatur, & per conſequens vix eſt, ut in hoc diſtinguamus, nec iſta Salic. *differentia, quam fecit in d. l. omnibus: probatur jure.*

Concluſio LVI.

11. QVantumvis † igitur procurator in hoc, dùm atteſtando dicit: *quod vidit Titium poſſidere*; nihil deponat ad commodum ſui: ſi tamen interrogatus de cauſa reſponderit, *quod ipſe fuit ejus laborator illo tempore, & ſingulis annis portavit ſibi tot fructus, quos collegit in articulato prædio*: teſtimonium ejus admitti non debet.

12. *Quia † teſtis iſte, hoc eſt, procurator conſequitur ex hoc ſuo teſtificatu commodum ex cauſa dicti, & ſic in conſequentiam. Ergò ut teſtis idoneus admitti non videtur, relata ratione. Nec in contrarium urget exemplum de legatario, quo movetur* Salic. *in d. l. omnibus. & cæteri, qui eum ſequuntur in c. Inſuper. 5. extr. de teſtib.*
13. *Cùm † ad legatarium non pertineat hereditatis damnum, nec emolumentum:*
14. *quia juris ſucceſſor non eſt. d. § legatariis. 7. Non † enim ſuccedit ut heres. l. heredem. 60. ff. de reg. jur. in univerſum jus, quod defunctus habuit tempore mortis, juxta l. hereditas. 63. ff. Eod. & ſine dubio damnoſum eſt. l. hereditatis. 119. ff. de verb. ſig.*
15. *Procurator † verò eſt & damni & emolumenti particeps, eiq; obnoxius.*

Concluſio LVII.

16. ETiam, † ſi procurator ſuaptè ſpontè ſe in teſtem offerat, vel ab altera partium, hoc eſt à ſuo domino fuerit productus.

Digitized by Google

ctus. Niſi enim & conſenſu partis diverſæ, ut teſtis, adprobetur, omninò, uti proxeneta, eſt repellendus.

Quia † de jure communi proxeneta ſine partium conſenſu teſtis eſſe non poteſt, ut not. in c. dilectorum. ext. de cog. teſtib. ſecus quàm de jure Saxonico, quo proxeneta & mediatores teſtes eſſe poſſunt ſuper contractibus, qui coràm illis geruntur, etiam invitis partibus, ut colligunt Practici ex artic. 13. Landtr. lib. 1. & gl. Landtr. lib. 2. artic. 11. Fulcitur hæc concluſio autoritate Bart. *in l. deferre. §. iidem decreverunt. ff. de jur. fiſc. cui adſentitur* Bald. *&* Salic. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. niſi quòd dixerint, contra* Bart. *facere text. quem allegat, nempe Novell. conſtit. 3. de fid. inſtrum. §. in his. Collat. 6. Nam, † ut cenſuit ibi gl. proxeneta non cogitur teſtificari, ſi producitur ab una partium; ſi tamen velit teſtificari admittitur. Et hanc gl. ſententiam veriorem credidit* Salic. *unà cum* Bald. *in d. l. omnibus. non alia motus ratione, quàm quod Imperator dum in Novell. conſtit. de teſtib. 4. §. ſi verò. in princ. Collat. 7. profeſſus eſt, ſe olim poſuiſſe legem; per quam diſpoſuerat, mediatores non cogi, ad ferendum teſtimonium: non prohibuit eos teſtificari, ſed cogi. Verum † non ſatis adpoſitè ſic argumentati ſunt* Bald. *&* Salic. *contra* Bart. *quando pro ipſo multùm urgeat text. in Novell. conſtit. 4. de teſtib. § ſi verò. in fin. in verb. prohibitione. ex quo clarè adparet; quòd Imperator noluit proxenetam admitti volentem teſtificari. Ergò proxeneta niſi utraq; parte volente in teſtem non admittitur, ut dixit gl. in Novell. conſtit. 3. de fid. inſtrum. §. in his. Collat. 6. & probat c. dilectorum. extr. de cog. teſtib. Sed † procurator æquiparatur proxenetæ. Ergò ſine conſenſu partium teſtis eſſe pro domino ſuo non poteſt. d. c. dilectorum. ut docuit* Bart. *in d. l. deferre. §. iidem decreverunt. Et † ſi dicatur, quod hoc ex illa Novell. conſtit. de teſtib. §. ſi verò. non pateat inductum: reſpondetur*

17. 18. 19. 20. 21.

vel, quod in d. §. ſi verò. erat aliud caput hoc exprimens, de quo non fit mentio in princ. ſed in fin. d. §. ſi verò. vel quod, cùm proxeneta non cogatur teſtificari, ea ratione, quia præſumitur nimis adfectus ad contractum immediatè factum, & multò fortiùs non debeat admitti, ſi ſpontè vult teſtificari, ſatis videtur prohiberi à teſtimonio per hoc,
22. *quod ſanxit illa lex noviſſima, quod non deberet cogi. Nam † ſi cauſa, propter quam teſtis non cogitur teſtificari, æqualiter habeat locum in teſte, qui ſpontè vult teſtificari. tunc ſicut cogi non poteſt: ita volens quoq; non teſtificatur, ut tradit* Bart. *& eum ſecuti alii in l. in legibus.*
23. *ff. de teſtib. Vnde, † quod ſtatutum eſt in proxeneta, extenditur ad procuratorem, cujuſcunq; etiam ſit generis. Quando ratio differentiæ ſatis idonea inter procuratorem ad judicia, qui deſiit eſſe procurator, & procuratorem ad negotia, adſignari non poſſit. Vterq; enim teſtificari nequit.*

Concluſio LVIII.

24. PLacuit † tamen non ſemper repelli procuratorem, licèt, ut teſtis, ex dicto ſuo ſe relevet ab obligatione. Vtiq; enim quando præſentibus partibus tertius ſit adhibitus ab una partium, ad numerandam alteri pecuniam, procuratorem in teſtem produci, toleratur.

Salic. *in d. l. omnibus. per Novell. conſtit. 48. de fid. inſtru. § in*
25. *his. Collat. 6. & arg. l. ſi procuratori. ff. de verb. oblig. quia † procurator functus eſt in hoc officio nudi miniſtri. d. Novell. conſtit. de fid. inſtru. §. in his. & arg. d. l. ſi procuratori.*

Concluſio LIX.

26. QVin † & procurator de his, quæ geſſit de utriuſq; partium adſenſu teſtis eſſe poſſit, ut tamen per ſuum teſtimonium ſe non exoneret ab obligatione ſui principalis, nec aliquod ex eo conſequatur commodum, nulli eſt dubium.

Vt ani-

Digitized by Google

Vt animadvertit Bart. *in d. Novell. conſtit. de ſid. inſtru.* §. *in his.* † *& in l. deferre.* §. *iidem decreverunt. ff. de jur. fiſc. qui tamen text. parum facit pro ipſo. Loquitur enim* JC. *in d. l. deferre.* §. *iidem decreverunt, de tutore & procuratore, qui dominum ſuum deferre non poſſunt: non verò quaſi prohibitum ſit, eos interrogare ut teſtes. Quapropter ut caſus teſtimonii, quo de loquitur. d. l. deferre.* §. *iidem. diverſificetur à caſu accuſationis, oportet text. illum intelligi in procuratore: prout Concluſ. ſeq. ſubjiciam. Hanc pariter Concluſionem probavit &* Cyn. *cum* Dyn. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. per Novell. conſtit. 4. de teſtib.* §. *ſi vero. in fin. Collat. 7. quibus ſubſcripſère* Bald. *&* Salic. *in d. l. omnibus.* 27.

Concluſio LX.

NIſi † procurator in teſtem producatur ab una partium contra ſuum dominum, nam ita demùm ejus atteſtatio, etiam invita altera parte recipitur; non verò cum à domino ſuo ut teſtis inductus, pro ipſo velit teſtimonium dare. 28.

Vt poſt Azo. *diſtinxit* Bart. *in d. Novell. conſt. 3. tit. de fid. inſtru.* §. *in his, quem eſt ſecutus* Anto. de Butr. *in c. inſuper 5. extr. de teſtib. referens* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſt.* §. *1. verſ. quid ſi adminiſtrator. per c. cùm à nobis 27, ext. de teſtib. & probat gl. in c. dilecta. ext. de elect.*

Concluſio LXI.

SEd † &, ſi procuratori ex geſtu vel non geſto poteſt laus vel vituperium adſcribi, ut teſtis ſit, non eſt admittendus. 29.

Vt aperuit gl. cui ſubſcribit Azo. *& cum ſecutus* Bart. *in d. Novell. conſtit. de fid. inſtru.* §. *in his. per text. & tradita in d. c. cùm à nobis, 27.*

Concluſio LXII.

50. NIſi † in ſubſidium, hoc eſt, ubi per alios veritas ſaltem præſumptivè probari nequit. nam tunc procurator in teſtem recipitur, etiam in illis, quibus poteſt ei adſcribi laus vel vituperium.

Vt cenſuit Ant. de Butr. *in d. c. Inſuper. adductus text. in c. dilecta. ubi gl. extr. de elect. & quod traditur in c. tertio loco. 5. extr. de probat.*

Concluſio LXIII.

51. UT proindè † ex diverſò, in his, in quibus non poteſt adſcribi laus vel vituperium, procurator in teſtem admitti debeat, etiam ſi producatur ab una partium.

Vt ſenſit Ant. de Butr. *in d. c. Inſuper. & ante eum* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſt.* §. *1. verſ. quid ſi adminiſtrator. cujus opinionem probavit in effectu* Abb. *in d. c. Inſuper.*

Concluſio LXIV.

52. HOc amplius, † licet patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterint, teſtimonium non dicant: *a* in ſubſidium tamen recipiuntur; non quidem ad plenum probandi finem, ſed pro judicis arbitrio fidem faciendam. *b*

a] *l. fin. ff. de teſtib. c. Romana. Eod. tit. in 6. Quia adſectionis ſuæ vel advocationis memor incorrupti teſtis non poteſt teſtimonium proferre. l. fin. in fin. C. de adſeſſ. & dicetur paulò poſt latiùs.*

b] *Vt tradit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſtib.* §. *1. verſ. item, quod ſuit. quem eſt ſecutus in alio caſu* Ant. de Butr. *in d. c. cùm à nobis. 27. extr. de teſtib. Nimis enim præſumitur eſſe adſectionatus ergà ſuum clientulum.*
53. *Amor † autem & odium & proprium commo-*

commodum, ſæpè faciunt teſtem non dicere & judicem non cognoſce-re verùm, ut inquit Ariſtotel. *lib. 1. Rethor. Cui* † *adſentitur &* Cicer. *de Amicit. Moleſta, inquiens, eſt veritas. Siquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ: quod videtur quoq́ intellexiſſe* Terent. *dum in Andr. Scen. 1. act. 1. adfirmavit:* 34.

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Concluſio LXV.

PAri † ratione & ſollicitator in cauſa in qua ſollicitat, quò ad ea finita fuerit, à facultate ferendi teſtimonii removetur. 35.

Vt cum Ant. de Butr. *in c. Inſuper. 5. extr. de teſtib. & in d. c. Romana. & in l. fin. ff. de teſtib. reſpondit* Alex. *conſ. 78. part. 1. poſt* Roſat. *deciſ. 362. Cùm enim* † *veriſſimum ſit* Ariſtotel. *dictum, quod etiam jamdudum in proverbium abiit:* Amicus Plato, *(cui ipſe ſoleo addi ait Philoſophus)* ſed magis amica veritas: *manifeſtè patet, Juſtitiam,* † *quæ ſemper eſt cum veritate conjuncta, omni amicitiæ, omni ſanguini præferendam eſſe. Satius* † *enim eſt, omne genus mortis perpeti, quàm mentiri. Et hinc planè conſtat, nec pro amico, nec pro quavis propinquitate neceſſitudinis, in teſtem recipiendum eſſe eum, qui erga aliquem præſumitur valdè adfectus, ut contra veritatem freti mendacio adſiſtamus.* 36. 37. 38.

DE VENDITORE.

PARS IX.

1. Venditor an & ubi pro emtore ſuo teſtis eſſe poſſit? numer. 3, 5. 11. 12. 17. 25. & 35. inter quos teſtificetur? num. 28. an tunc ſit teſtis omninò idoneus? nu. 4. 16. 25. & 35. in

jure per ſe in alium tranſlato, cujus vicem ſuſtineat nu. 10. de eo jure, quando teſtificari dicatur? nu. 18.

2. *Venditori in cauſa ſui emtoris teſtimonium danti; qualis fides habeatur? nu. 16.*

6. *Auctor inveſtituræ, utrùm teſtificari queat in favorem ſui? nu. 14.*

7. *Probationum ex paritate, quorum prævaleat probatio?*

8. *Inductio text. in l. filius §. maritus. ff. de quæſt.*

9. *Teſtificari qui pro ſe nequit, an poſſit pro jure à ſe in alium tranſlato? nu. 10. venditor an impediatur? nu. 19.*

12. *Evictio an per omnia repellat à teſtificando venditorem? num. 1. & 3. pariter ac donatorem? nu. 29. cujuscunq; etiam ſit generis? nu. 13. & 28.*

14. *Intellectus text. in c. 1. §. ſi duo. De pac. conſtant. exploſus. num. 15.*

20. *Proxeneta à teſtimonio dicundo quatenus & cur removeatur? nu. 21.*

22. *Adfectio præſumptiva an ſemper perſonam teſtis inhabilem faciat? prædominatur in teſtimonio proprio. nu. 23.*

24. *Formitas contractus, ad quæ reſpiciat?*

26. *Factum venditoris an ſit connexum quid cum re vendita?*

27. *Diſtinctio* Bart. *quæ ſit circa venditorem teſtem?*

29. *Donator an in judicio eſſe teſtis poſſit, de re per ſe donata alteri? num. 30. & 35. in dicendis teſtimoniis quomodo diſtet à venditore? nu. 31. & 32.*

33. *Legatarius ratione lucri teſtis in teſtamento eſſe non prohibetur.*

34. *Obligatio ad antidora eſt generalis & impropria.*

Concluſio LXVI.

1. UTrùm † venditor in cauſa emtoris eſſe teſtis poſſit? variatum eſt. *a* Et poſt multam ambiguitatem placuit media ſenten-

ſententia exiſtimantium, quòd venditor ſi contra eum emtor de evictione non habet regreſſum, teſtificari non impediatur. Sin verò emtori teneatur de evictione, à teſtificando ſit repellendus. *b*

a] *per* Joan. Andr. *ad* Spec. *tit. de teſt.* §. *1. verſ. quid de venditore. qui cenſuit, venditorem modò in totum non admitti. modo eum admitti cumquo conſentit* Abb. *in d. c. inſuper. 5. niſi quod dixerit* † *quanta fides ſit venditori adhibenda eſſe in arbitrio judicis, utrum plena vel major. arg. c. in literis. 23. ext. de teſtib. At verò* Cyn. & Jacob. de Are. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. exiſtimant, venditorem* † *ſimpliciter repellendum eſſe, etiamſi non teneatur de evictione: & ob id varius fuit in hoc* Ant. *de* Butr. *in d. c. inſuper. 5.* 2. 3.

b] *Vt placuit gl. in l. nullus. 10. ff. de teſtib. cujus diſtinctionem probavit & eſt ſecutus* Specul. *tit. de teſt.* §. *1. verſ. quid de venditore. & ſequuntur cæteri omnes in d. c. inſuper. 5. caſu* † *tamen quò ad teſtimonium admittitur, non eſt integra perſona, ut dixit* Ant. de Butr. *in d. c. inſuper. 5.* 4.

Concluſio LXVII.

SEd † mihi melior reſedit ſententia, ut venditor aliquando teſtimonium in cauſa emtoris ſui ferre, aliquando verò totaliter repelli à teſtificando poſſit. Vtiq; enim venditor teſtificatur juſtè, ſi dat teſtimonium de titulo contractus. Sin autem de jure tranſfuſo per ſe in ſucceſſorem ſuum, in totum expellitur. 5.

Ex doctrina Cyn. & Jacob. de Are. *in d. l. omnibus. 10. quæ mihi verior viſa eſt, quia Primum videtur probari in c. 1. §. ſi duo. De pac. tenend. nam* † *auctor inveſtituræ licèt non eſt idoneus teſtis ad probandam inveſtituram: facit tamen teſtimonium ejus, quòd probationes producentis eum in teſtem primò debeant recipi, tanquàm veriſimi-* 6.

7. *riſimiliores. Ex quo † infert ſingulariter* Bald. *in d. c. 1. §. ſi duo quòd ubi probationes eſſent pares, hinc inde, prævalerent probationes*
8. *illius, qui haberet teſtimonium auctoris ſui. Secundum † videtur probari per l, filius. §. maritus. ff. de falſ. quem textum induco ſic ſubtiliter; nullus poteſt ſibi adſcribere legatum in teſtamento, quia eſt ſuſpectus in cauſa propria, & imò ſcriptura præſumitur falſa præſumptione juris & de jure. l. 1. & tot. tit. C. de his, qui ſib. adſcrib. Modò quæritur in d. §. maritus. utrùm aliquis poſſit adſcribere legatum, cujus emolumentum ſit omninò perventurum ad alterum ex perſona ſua? Et videtur dicendum quod ſit: quia videtur ceſſare cauſa præſumptionis falſitatis. Contrarium determinat* JC. *in d. l. filius. §. maritus. quòd legatum habeatur pro non ſcripto. Ex*
9. *quo † datur intelligi, quod ille qui non poteſt teſtificari in cauſa propria, non poteſt teſtificari in cauſa, vel in jure quod fundatur in per-*
10. *ſona teſtificantis, licèt tranſeat ad alium. Cùm ergò † emtor in ſure transfuſo in ſe à venditore repræſentet perſonam venditoris, videtur venditor teſtificari in cauſa propria, quia in illo jure emtor non repræſentat perſonam ſuam, ſed habet fundamentum in perſona venditoris.*

Concluſio LXVIII.

11. QVousq; † tamen venditor non fuerit nominatus in teſtem pro dicendo teſtimonio judicialiter; aliàs teſtis eſse poterit: *a*
12. diſsimiliter, † quàm ſi, ut teſtimonium dicat, extrajudicialiter nominetur teſtis. nam tunc ita demùm teſtificatur venditor, quatenùs emtor contra eum non habeat regreſsum ad evictionem. *b*

a] *Juxta d. l, filius. §. maritus. quo ſenſu accipienda eſt traditio* Cyn. & Jaco. de Are. *in d. l. omnibus. 10.*

b] *Vt*

Digitized by Google

b] *Vt ex ſententia gl. in l. nullus. 10. ff. de teſtib. quam ut communem probant pleriq; in d. c. Inſuper. 5. tradidit* Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. quid de venditore. Communis † ergò ſententia* 13. *loquitur in teſtimonio extrajudiciali, pro quo non tantùm præſumitur propter defectum juramenti. Nos autem loquimur in teſtimonio judiciali, pro quo plus præſumitur, propter auctoritatem judicis examinantis. Et † ad text. in d. c. 1. §. ſi duo. quamvis dici poſ-* 14. *ſit, quod auctor illic non depoſuit in forma teſtis, vel licèt probatio fieri debeat per idoneos teſtes: per hoc tamen non negatur, quin auctor iſte admittatur, licèt non ut teſtis integer. Hæc † tamen ſo-* 15. *lutio contradicit textui aliqualiter, quia ſi admitteretur & faceret aliquam fidem, viderentur ſufficere, teſtes alii conjuncto ipſo, qui non eſſent omninò idonei, ad minus, ſi ex duobus aliis unus eſſet omninò idoneus, cujus contrarium dicitur in d. c. 1. §. ſi duo.*

Concluſio LXIX.

Niſi † quòd tunc perſona venditoris non ſit omninò inte- 16. gra, eoq; quanta fides eſt adhibenda venditori, in judicis ſit arbitrio, utrùm plena, an major.

Vt dixit Abb. *in d. c. Inſuper. 5. arg. c. in literis. 23. extr. de teſtibus.*

Concluſio LXX.

QVocirca † venditor omnimodò excluditur à teſtimonio, 17. ſivè teſtificetur de ipſo contractu, vel de deſcendentibus à contractu: *a* ſivè de jure transfuſo per ſe in ſucceſſorem ſuum, *b* adeoq; † de poſſeſſione ſua, vel majorum, ſivè de ali- 18. quo alio jure, quod ſibi competebat ante contractum. *c*

a] *Vt poſt* Cyn. *&* Jacob. de Are. *cenſuit* Bart. *in d. l. omnibus.*
19. *quia † licet non teneatur de evictione: præſumitur tamen eſſe adfe-*
20. *ctus pro emtore, ut actus quem fecit valeat. Vnde † ſicut iſta ratione proxeneta repellitur niſi producatur ab utraq; parte. Novell. conſtit. 4. de teſtib. §. ſi vero dicatur. Collat. 7. & c. 1. eod. tit. in 6. ita &*
21. *venditor videtur eſſe repellendus. Nec † obſtat id, quod dixit* Abb. *in d. c. inſuper. 5. iſtud eſſe in proxenetis ideo, quia ſunt viles perſonæ & abjectæ ut plurimum. Quia hæc non videtur eſſe ratio illorum jurium, ſed præmiſſa, ſcilicet adfectio ad contractum, niſi dicas, quòd ratio re-*
22. *ſtringitur ad perſonas illius qualitatis: quia † in multis aliis perſonis adparet, quod præſumptio adfectionis eas non excludat totaliter à teſtimonio, ut patet in conſanguineo domeſtico & ſimilibus.*

b] *l. filius. §. maritus. ff. de falſ. quem text. induxi ſuprà Concluſio. 65. nu. 10. videtur enim tunc cauſa eſſe quodammodo venditoris*
23. *propria. Nullus † autem teſtis eſſe poteſt in cauſa propria. l. nullus. 10. ff. de teſtib.*

24. c] *Quia adhuc ſupereſt cauſa adfectionis. nam † quod jus, quod ipſe habuit ante venditionem, transſtulerit in emtorem, hoc non poteſt pertinere niſi ad formitatem contractus in effectu, cùm per hoc non auferatur res ab emtore. Et hac ratione ipſe hanc ſententiam veriorem credo, cùm viderim ſic ſenſiſſe &* Bart. *in d. l. omnibus. 10. aliàs ſi intellexiſſet, quòd tunc teſtimonium venditoris eſſet admittendum, malè ſenſiſſe mihi videretur.*

Concluſio LXXI.

25. UT † ſic per contrarium, idoneus eſſe quiverit teſtis, ſi eſt teſtificaturus ſuper aliis, & quidem de his, quæ habent originem poſt contractum à ſe factum, & quæ emtor non adquiſivit ab illo.

Vt cen-

Digitized by Google

Vt cenſuit Bart. *in d. l. omnibus. quia tunc ceſsat ratio adfectionis. Et licèt † res auferatur emtori: per hoc tamen non infringitur factum* 26. *venditoris, imò eſt firmum, niſi nova cauſa ſupervéniſſet. Sicq; † proce-* 27. *dit diſtinctio quam fecit* Bart. *in d. l. omnibus. 10. in hunc modum: aut venditor teſtificatur de contractu vel de deſcendentibus ex contractu, & procedit opinio* Cyn. *&* Jacob. de Aren. *ſupra Concluſ. 65. relata quòd venditor nullo modo teſtis eſſe poſſit: aut teſtificatur ſuper aliis, & poteſt admitti venditor, ſed, quomodò diximus, diverſimodè.*

Concluſio LXXII.

SEd † &, quandò eſt controverſia inter duos emtores, qui habent cauſam ab eodem venditore, & unicuiq; ipſorum tenetur de evictione vel ad intereſſe, teſtificari venditor poteſt. 28.

Vt retulit Bald. *in d. l. omnibus. 10. quia tunc adfectio ſuſpicionem tollit, quia par adfectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amovet. l. non ſolum. 67. § 1. ff. de rit. nupt. gl. in c. poſtremò. ext. de appell. & tradunt* DD. *in l. teſtis idoneus. 13. ff. de teſtib. &* Bald. *in l. Eos. C. eod. judex tamen arbitrari debet, quanta fides cuiq; ſit adhibenda. l. ob carmen. 25. §. 1. ff. eod.*

Concluſio LXXIII.

EAdem † hæc obſervantur in donatore. nam & venditori in cauſa ſui emtoris: ſic & donatario dicendi teſtimonii jus eſt & poteſtas, ſi de evictione non tenetur donator, aliàs teſtimonium pro donatario dicere nequit. 29.

Vt expreſſè adfirmavit Joan. And. *referens quendam Doctorem antiquum, ad* Specul. *tit. de teſte. §. verſ. ſed pone mutuam. Quare † malè & ſine ratione, de donatore, qui non tenetur de evictione,* 30. *videtur opinionem* Cyn. *&* Jacob. de Arc. *quod ſcil. ut venditor, ita & donator in totum non admittatur, tenere* Ant. de Butr. *in d. c.*

inſuper. 5. cùm iſtarum quæſtionum, utrùm nimirùm venditor poſſit teſtificari in cauſa emtoris? & an donator in cauſa donatarii? ſint idem termini, ut fatetur Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſt.* §. *1. verſ. quid ſi venditor. &* Abb. *in d. c. inſuper. 5. diſtinguens eodem modo in utraq;:*
31. *niſi † fortè dicas, quòd plus præſumitur contra donatorem, quàm contra venditorem, quia donatarius ex donatione eſt ei obligatus ad antidora, ſi donatio valet. Vnde videtur eſſe major adfectio, quàm in venditore.*
32. *Sed † non credo, quod propter hanc ſolam rationem debeat fieri tanta differentia, ut in uno caſu repellatur teſtis omninò, in altero non.*
33. *Quia † lucrum proveniens in conſequentiam, in ſpecie non repellit legatarium omninò à teſtimonio, ut tradunt communiter omnes in d. c. inſuper. 5.*
34. *multò minùs † videtur repellere generalis obligatio ad antidora in genere, quæ non ponitur pro obligatione efficaci à jure regulariter, ut traditur in l. ſi teſtamento, 50. §. 1. ff. de fidejuſſ. & in l. ex hoc jure. 4. ff. de juſtit. & jur.*
35. *Videtur † ergò in utraq; quæſtione, quod opinio* Cyn. & Jacob. de Are. *in d. l. omnibus, 10. ſit verior, de qua Concl. 33. & 36. diximus.*

DE CESSIONARIO.

PARS X.

1. *Ceſſionarius teſtis eſſe poteſt pro cedente. nu. 2. an perſonam ſuſtinere dicatur cedentis? nu. 5. cujus nomine experiatur? nu. 6.*
3. *Diſtinct:* Bald. *in l. omnibus. 10. C. de teſtib. rejicitur.*
4. *Litis conteſtationis in ceſſionario cujus ſit effectus?*

Concluſio LXXIV.

1. QVomodo † idem quoq; placuit in ceſſionario & cedente, ut, ſi cedens non tenetur de evictione & ceſſio non eſt facta in fraudem, ſed propter hoc ſolùm, ut poſſit teſtificari, admitti

mitti in teſtem debeat ceſſionarius, perindè atq; venditor in cauſa ſui emtoris, & donator in cauſa donatarii.

Vt cenſuit Specul. *tit. de procurat. §. fin. juxta fin. quem ſunt ſecuti cæteri in l. omnibus. 10. C. de teſtib. & in d. c. Inſuper. 5.*

Concluſio LXXV.

NVlla † planè habita conſideratione, utrùm jus directum 2.
remanſerit penes cedentem, an non. Cùm priori caſu fortiùs, atq; poſteriori repellatur à teſtimonio ceſſionarius.

Vt tradunt omnes prolixè in d. c. inſuper. 5. & in d. l. omnibus. 3.
10. Non † autem placet mihi illa diſtinctio, quam fecit Bald. *in d. l. omnibus. 10. aut jus directum remanſit penes cedentem, aut nihil remanſit, ut hoc caſu admittatur ad teſtimonium, illo verò repellatur à*
teſtimonio. Nam † ex quo lis eſt conteſtata cum ceſſionario, illud jus 4.
directum eſt effectum penitùs inutile. l. 3. C. de novat. perindè ergò eſt, ac ſi non eſſet. arg. leg. 2. §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad Tertyll. & etiam in primo caſu aliquid remanſit, ſi ceſſionarius intentat utiles
nomine ſuo: non † magis tamen repræſentat perſonam ſui auctoris, quàm 5.
emtor venditoris. Agit † enim non nomine proprio, ut traditur in l. ſi 6.
duo. in princ. ff. de ſolut. & in l. qui ſtipulatur. C. de procur. ſed ex jure transfuſo in ſe à ſuo auctore: ut etiam facit emtor. Vnde non poteſt adſignari bona diverſitatis ratio, licèt Bald. *in d. l. omnibus. in venditore teneat opinionem gl. &* Spec. *& in ceſſionario opinionem* Petr. *&* Cyn.

DE FIDEIVSSORE.

PARS XI.

1. Fidejuſſor qualiter habeat jus teſtificandi pro ſuo principali? nu. 4. & 8. quando habere incipiat pro principali? nu. 2.

3. *Teſtis an quis ſit pro ſe idoneus?*
4. *Dictionis, maximè vis & poteſtas quæ ſit? nu.* 6.
7. *Fidejuſſoris quodnàm dicatur potiſſimùm intereſſe.*
9. *Diſtinctio* Bald, *circa teſtificatum Fidejuſſoris, reprobatur. nu.* 10.
11. *Liberatio quemadmodum poſſit contingere ei, qui tenetur ex alterutro non ſoluente?*

Concluſio LXXVI.

1. CONtra, † quam in fidejuſſore, nam eatenus fidejuſſor in cauſa ſui principalis in teſtem eſt admittendus, quatenùs principalis eſt ſolvendo: ſecùs, ſi ſolvendo non fuerit, tunc enim ad teſtimonium ferendum nullatenus debet admitti.

Vt diſtinxit Specul. *tit. de teſtib.* §. *1. verſ. quid de fidejuſſore. & eum ſecutus* Joan. Andr. & Felin. *in d. c. inſuper. verſ. quintò*
2. *quæritur. quia* † *quando principalis non eſt ſolvendo, cauſa videtur*
3. *principaliter pertinere ad fidejuſſorem. In cauſa* † *autem ſua propria, quis idoneus teſtis non eſt. l. nullus. 10. ff. de teſtib.*

Concluſio LXXVII.

4. NEc † intereſt, ſivè fidejuſſor renunciaverit beneficio ordinis, ſivè non fuerit illi beneficio renunciatum. Semper enim fidejuſſor teſtis eſſe nequit, principali non exiſtente ſolvendo.

Vt viſus eſt ſentire Joan. Andr. *ad* Specul. *de teſtib.* §. *1. verſ.*
5. *quid de fidejuſſore. per* † *dictionem maximè quæ in utroq; caſu idem jus importat, ut cenſuit gl. notabil. in l. illud. 32. in verb. æſtimari. ff. ad L. Aquil. & in l. quod ſi minor.* §. *reſtitutio. in verb. in venditione. in fin. ff. de minor.* Everh. à Midelb. *in loc. à contrar. ſenſ. nu. 12. ſivè ſit poſita in lege, ſivè in Canone, ſivè alia diſpoſitione. Semper*
6. † *enim, ſecundum propriam ejus naturam, ſtat implicativè, & includit ca-*

dit caſum magis dubitabilem, juxta doctrinam Jaſ. *in l. qui ſe patris. nu. 34. & 35. C. und. lib.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. part. 1. §. 2. gl. 4. nu. 37. Hanc pariter concluſionem probavit* Angel. *in l. ſi cui. §. fin. ff. delegat. 1. quia † intereſt ſua potius non ſoluere, quàm ſolutum* 7.
repetere. d. l. ſi cui. §. fin. ff. de legat. 1.

Concluſio LXXVIII.

SI ergò † principalis extiterit ſolvendo, poteſt fidejuſſor pro 8.
ipſore teſtimonium. non diſtinguendo utrùm fidejuſſor poſſit conveniri priùs, quàm principalis, an non ante, quam excuſſo principali, adeoq; ſivè renunciaverit beneficio excuſſionis ſeu ordinis, an minus.

Vt placuit † Joan. de Imol. *in d. c. inſuper. 5. rejecta diſtinctione* 9.
Bald. *in d. l. ſi cui. §. fin. ut ſiquidem fidejuſſor poterat conveniri prius quàm principalis, non poſſe eſſe teſtis per rationem prædictam, aut non poterat conveniri; quia non renunciaverat beneficio excuſſionis, & tunc ſi principalis eſt ſolvendo, poſſit eſſe teſtis, quia hoc caſu ipſe non poterit conveniri, ut ceſſat relata ratio. Sed † hæc* Bald. *conſide-* 10.
ratio jure non probatur. Quia licèt tempore teſtificatus principalis eſſet ſolvendo, poſſet tamen effici non ſolvendo, & ſic non poſſet conveniri fidejuſſor: quia ille, † qui tenetur ex altero exiſtente non ſoluendo, 11.
non liberatur ab obligatione per ſolam petitionem factam à principali, ſed per ſolutionem. l. fin. in princ. ff. ſi cert. pet. & eſt in fidejuſſore caſus in Novell. conſtit. 4. de fidejuſſ. §. 1. circa medium, usq; ad fin. Collat. 1.

DE MVLIERE.

PARS XII.

1. Mulier utrùm teſtis in judicio eſſe poſſit; nu. 2. 4. 5, 6. 13. & 42. contra quos? nu. 8. & quando? nu. 3. 12. 15. & 66. quale di-

eatur habere corpus? nu. 18. eſt deterior maſculo. num. 21. an teſtificari poſſit in teſtamento? nu. 22. principiſſa cur eſſe teſtis in teſtamento non poſſit? num. 24. 25. & 26. quo in teſtamento teſtis adhibeatur? nu. 27. 28. & 29. ubi dicatur in teſtamento teſtis legitimus? nu. 31. an ſuper probandæ inveſtitura feudi teſtificetur? nu. 37. an & quando tutrix eſſe queat? nu. 41. quando à contractus ratificatione intelligatur excluſa? nu. 40. de contractu matrimonii quando dicat teſtimonium. nu. 42.

9. Inquiſitio in perſona clerici, qualis ſit judicii ſpecies? qualiter locum ſibi vindicet? nu. 10. & 11.

13. Infames ubi ſint teſtes idonei?

14. Dictio, etiam, qualis ſit?

15. Honeſtas vitæ teſtem an legitimare ſoleat?

16. Fœmina infamis an in criminalibus poſſit teſtis eſſe? nu. 12.

17. Maſculi in quo præſtant fœminis? nu. 35. & 65. quando pari cum muliere paſſu ambulent? nu. 20.

19. Præſentati à duobus patronis, qui ſunt diſparis ſexus, quis habeatur potior? num. 67.

23. Muliebris ſexus quodnam eſſe ſoleat proprium?

24. Verecundia in ſexu muliebri, ubi præ cæteris debeat eſſe illuſtrior? ab omni excipitur generalitate? nu. 25.

26. Solennibus qui à veteribus fuerint excluſi?

27. Teſtamentum tempore peſtis coràm quibus conditum valeat? adhibitis fœminis factum, quando ſubſiſtat? nu. 33. ad pias cauſas & inter liberos quos teſtes deſideret? nu. 22. 27. & 29.

34. Teſtes quales in teſtamentis adhibere debeant?

35. Mulieres ubi ſunt perſonæ indignæ fide? communiter eſſe ſolent perfidæ, nu. 68. & garrulæ. nu. 23. cujusmodi habeant judicium? nu 38. & conſilium? nu. 39. quo jure teſtimonio expellantur in criminalibus? nu. 2. & 60. & an indiſtincte? nu. 8. 12. 13. 60. & 66.

43. Mulieri ſuper contractu matrimonii atteſtanti, an perpetuò credatur? num. 51. 52. 58. & 61.

44. Do

44. *Domeſtici qui dicantur? quantum in teſtamentis producti, probare dicantur? nu. 45.*
46. *Indicium an ſemper faciat adſertio teſtis.*
47. *Affines ubi teſtes eſſe nequeant? nu. 57.*
48. *Cauſa matrimonii cui adſimiletur? utri ſubjaceat juri? num. 59.*
49. *Conjunctus an pro conjuncto teſtis ſit legitimus?*
50. *Injuria uni irrogata, ad quos reſpiciat?*
53. *Converſatio domeſtica quid ſoleat præſupponere?*
54. *Exoneratio in teſte, irritat dictum ipſius.*
55. *Domeſticitatis ſuſpicio quomodo in teſtibus purgetur. num. 63.*
62. *Tractatus alicujus negotii an protinùs inducat perfectionem?*
64. *Concluſio contractus quid producat?*

Concluſio LXXIX.

MVlier† quin omnibus actibus tam ſecularibus, quàm ſpiritualibus adhiberi teſtis poſſit non ambigitur, ut nedùm in cauſa civili, ſed etiam in criminali & quæ huic adſimilatur, matrimoniali, teſtificari ritè queat, jure non tàm Canonico quàm civili. 1

c. quoniam, 30. tàm literis. 31. ext. de teſtib. ut & cenſuit gl. in c. ex eo. 15. q. 3. & in c. forus, ext. de verb. ſignif. & in d. c. quoniam, 3. in verb. mulieres. Et hanc ſententiam amplexus eſt Specul. *de teſtib.* §. *1. verſ. item, quod eſt mulier. Contrarium tamen probavit* Joan. Andr *ad* Specul. *de teſtib.* §. *1. verſ. item, quod eſt mulier. prout retulit* Abb. *in d. c. quoniam 3. quòd † etiam de jure civili* 2.
mulier non admittatur in cauſa criminali, ſecundum Jacob. de Are. *quia ſi mulier non admittitur ut teſtis in teſtamento.* § *teſtes. 3. Inſtit. de ord. teſtam. multò minus videtur admittenda in cauſa criminali, quæ eſt majoris præjudicii. Verùm † contraria ſententia communis eſt* 3.
& ha-

& habet æquitatem; ubi præſertim per teſtes mares non poſſet probari crimen, ut retulit Joan. Andr. *ad* Specul. *de teſtib.* §. *1. verſ. item, quod eſt mulier.*

Concluſio LXXX.

4. NEc † diſtinguitur, utrùm cauſa ſit capitalis, an ſimpliciter criminalis. nam utraq; in cauſa mulier in teſtem admittitur.

5. *d. c. quoniam. 3. & d. c. ex eo. quamvis* † Joan. de Imol. *in l. qui teſtamento. 20.* §. *mulier ff. qui teſtam. fac. poſſ. dixerit, quòd* Jacob. de Arc. *loquatur in cauſa merè capitali, ſicq; aliud eſſe, in aliis cauſis criminalibus; qui tamen ſequitur communem opinionem, per*
6. *text. in d. l. qui teſtamento. 20.* §. *mulier. & in d. c. ex eo. Nec † obſtat ſi dicatur, ad illa jura poſſe reſponderi, quod quamvis dicant ſimpliciter mulierem poſſe teſtificari: debeant tamen reſtringi, niſi in cauſa criminali, ſicut èconträ, text. in c. mulierem, 33. q. 5. & in c. forus. ext. de verb. ſig. qui dicunt, mulierem non poſſe teſtificari in criminalibus, eſt reſtringendus, ut videtur probari in l. in quæſtionibus. 8. ff. ad L. jul. majeſt. quæ eſt canonicata in c. in quæſtionibus. 15. q. 3. Quia*
7. *† replicabitur, in contrarium eſſe, pro communi ſententia, text. in l. 3.* §. *lege julia. ff. de teſtib. & dicetur Concluſ. 85. & 86. ſeq. inferius. Et ad text. in d. l. in quæſtionibus. dici poteſt, quod loquitur de muliere infami, prout oſtendit exemplum ibi poſitum.*

Concluſio LXXXI.

8. IN tantùm, † quod &jure Pontificio ubicunq; agitur de crimine civiliter, mulieres indiſtinctè, ut & laici, admittantur contra clericos, ad ferendum teſtimonium, *a* ſivè agatur, etiam ad beneficii privationem, per viam inquiſitionis, *b* ſivè per viam denunciationis vel exceptionis. *c*

a] *d. c.*

Digitized by Google

[a]] *d. c. quoniam. 3. c. ex parte. 7. ext. de teſtib. c. cùm P. ext. de accuſat. & c. de cætero. 14. ext. de teſtib. c. tàm literis. 33. ext. eod. tit.*

[b]] *d. c. quoniam. 3. inquiſitio † enim quæ fit contra clericum eſt judicium civile de jure canonico. d. c. ex parte. & c. per tuas. extr. de Simo.* 9.

[c]] *d. c. quoniam. 3. & d. c. cùm P.* Frid. de Sen. *conſ. 23. & † ad ſolam denunciationem criminis, poteſt judex procedere per inquiſitionem. d. c. quoniam. 3. ſi modò præcedat fama, vel alia, quæ traduntur in c. qualiter. ext. de accuſat: præterquàm † in denunciatore publico, ad cujus dictum formatur inquiſitio. c. præterea, ext. de cogend. teſtib. l. Divus. ff. de cuſtod. reor.* 10. 11.

Concluſio LXXXII.

DVmmodò † mulier ſit honeſtæ vitæ & famæ: aliàs, & ſi utiq; quæſtum fecit corpore ſuo, palàm & ſine dilectu, repelletur à teſtimonio in cauſa criminali. 12.

c. forus. ext. de verb. ſignif. c. mulierem. 33. q. 5. l. 3. §. lege Julia. ff. de teſtib. niſi ex juris conſenſu. quia mulier viro ſubjecta eſt, ſaltem de jure Canonico: c. mulierem 23. q. 5. gl. in d. c. forus. §. fin. & tradit Abb. *in d. c. quoniam. 3. Maritus enim uxoris lex eſt, ut multis probavit* Leopold. Dick. *in œconom. conſtit. judic. tit. de teſtib. §. non videtur.*

Concluſio LXXXIII.

EXcepto † crimine læſæ majeſtatis. nam tunc non ſolùm maſculi infames, ſed etiam mulieres, licèt infames, admittuntur in teſtes. 13.

l. mulierem. 13. ff. de accuſat. l. in quæſtionibus. 8. ff. ad L. jul. majeſt. & c. in quæſtionibus. 15. q. 3. ut † oſtendit dictio, etiam, *quæ ſtat implicativè. Et hoc ſpeciale eſt in illo crimine, aliàs quare* JC. *in* 14.

Digitized by Google

d. l. in quæſtionibus. 8. dixiſſet etiam, nulla ratio eſt, niſi quia implicat hoc modo, quòd non ſolùm habiles, ſed etiam aliàs inhabiles admittentur in teſtes.

Concluſio LXXXIV.

15\. EX † quo datur clariſſimè intelligi, quod mulier, quæ non eſt infamis nunquam in cauſa criminali poſſit à teſtificando expelli; *a* ſicut & infamis mulier non excluditur, ubi per teſtes maſculos non poſset probari crimen.

16\. a] *d. l. 3. § lege* Julia. *nam † ſi excipiatur dumtaxat mulier infamis, ut teſtis eſſe non poſſit. d. l. 3. §. lege* Julia. *Ergò regulare eſt, quod mulier integra fama teſtificari poſſit in cauſa criminali. d. c. quoniam 3. d. c. ex eo. 15. q. 3. aliàs, ſi repelleretur, non eſſet neceſſe, quod haberet illam qualitatem, de qua in d. l. 3. §. lege* Julia. *per quam efficitur infamis ipſo jure. l. 1. ff. de his, qui not. infa.*

b] *Vt ex communi ſententia, quam probavit, advertit* Joan. And. *ad* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod eſt mulier. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam à qua fertur, quod honeſta ſit, vel propter cauſam, admittendus eſt teſtis. l. 3. in fin. princ. ff. de teſtib.*

Concluſio LXXXV.

17\. UTcunq; † autem mulier pro ſuæ perſonæ integritate in teſtem in cauſa recipiatur criminali: utrobiq; tamen majoris fidei ſunt teſtes maſculi, quàm fœminæ, ut & data paritate virorum & mulierum, plus creditur maſculis quàm fœminis.

d. l. 3. §. lege Julia. *& probat text. in ratione ſui in c. forus. ext. de verb. ſignif. & arg. l. 1. ff. de ſenator. & l. filiam. C. de inofficioſ. teſta. nam in multis juris articulis deterior eſt conditio fœminarum, conditione maſculorum. l. in multis. ff. de ſtat. homi. Mulier † namq;*
18\. *habet corpus momentaneum & mobile. d. l. filiam, l. differente. in prin. ff. de*

ff. de jur. fiſc. & quatuor in eo vitia. Quia medio caret, modò hoc, modò aliud cupit: contra propria laborat commoda. l. ſi pater. 4. C. de ſponſal. animal eſt avariſſimum, recipere vult, dare nihil: liberalis in accipiendo, & in dando avara. l. ſi à ſponſo. C. de donat. ant. nupt. l. ſed ſi ego. ff. ad Velleja. & ſimul loqui vult. Hely. *in c. pen. De ſent. & re jud. in 6.*

Concluſio LXXXVI.

HInc eſt, † ſi ſint duo patroni eccleſiæ unius maſculus & alter fœmina & diſcordent in præſentando, ut quia maſculus præſentat unum & fœmina alium, præferatur præſentatus à maſculo. 19.

Ut dixit Bald. *in l. 1. ff. de ſenator. & reſpondit* Abb. *conſ. 54. in fin. part. 1. & retulit* Areti. *in d. c. quoniam. 1. 3. Nec enim in hoc eſſe debet, ut regulariter aliàs, cum maſculo ejuſdem conditionis. Quia † hoc verum intelligitur, quando conjunctio & prioritas gradus ſimpliciter conſideratur. Secùs in iſto caſu, ubi alia ratio à jure conſideratur, quæ in maſculo patrono militat, & ceſſat in fœmina propter qualitatem & diſparitatem ſexus. Et † non eſt novum, quòd mulier ſit deterioris conditionis, quàm maſculus. l. in multis. ff. de ſtat. homi. l. 2. ff. de reg. jur.* 20. 21.

Concluſio LXXXVII.

SAnè † mulier in teſtamento, quamlibet omnium honeſtiſſima, & imò illuſtri dignitate præfulgens, teſtis adhiberi non poteſt: *a* præterquàm, in teſtamento facto inter liberos, nam in eo mulierem teſtificari poſſe, palàm eſt. *b* 22.

a] §. *teſtes. 3. Inſti. de ord. teſtam. l. qui teſtamento. 20. §. mulier. ff. qui teſt. fac. poſſ. quia mulieres fortè ſibi invicem opprobria & convitia inferrent, revelarentq; ſecreta. Mulierum † enim genus eſt garrulum, & ſolum id poteſt tacere quod neſcit, ut advertit* Petr. de Anch. 23.

Digitized by Google

24. *in c. indemnitatibus, in fin. De elect. in 6. illuſtris † autem fœmina arceatur à teſtimonio in teſtamento ferendo, tùm propter verecundiam, quæ ſolidior & magis ſplendere in illuſtri debet, quàm in alia fœmina. Nam*
25. *quæ † lædunt pietatem, verecundiam noſtram, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt, nec nos facere poſſe credendum eſt. l. filius. ff. de condit. inſtit. tùm quia illuſtris fæmina lege non excipitur, & ſine lege loqui pudor eſt cauſas oranti. Novell. conſtit. 5. tit. 5. §. conſide-*
26. *remus. Collat. 3. tùm † etiam, quia veteres ad ſolennia nec ſervum nec mulierem, nec peregrinum, nec impuberem admittebant. l. qui teſtamento. 20. §. ſervus ff. qui teſta. fac. poſ. Antiquiſsimo autem jure nullius teſtimonii jus mulieribus fuiſſe adparet ex Gelli. lib. 6. c. 7. Scribit enim, lege Horatia Caja Tarratia Virgini veſtali jus teſtimonii dicendi tributum, teſtabilisq; una omnium fæminarum ut eſſet datum.*

b] *per text. & gl. in l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto. 3. de teſtam. & traditur per* Joan. de Imol. *in d. l. qui teſtamento §. mulier &* Bart. *in d. l. hac conſultiſsima. 21. § ex imperfecto. ubi conclu-*
27. *dit † teſtamenta inter liberos cum duobus teſtibus, etiam fæminis valere, propterea, quod in teſtamento inter liberos ſolennitas juris poſitivi remiſſa eſt, quam concluſionem* Bart. *refert & ſequitur* Boer. *deciſ. 228. nu. 4.*

Concluſio LXXXVIII.

28. SEd † & teſtamentum peſtis tempore coram duobus aut tri-
29. bus mulieribus factum valere, imò, † mulierem generaliter admitti in iis teſtamentis, quæ citra ſolennitatem fiunt, placuit, cujus generis ſunt teſtamentum ad pias cauſas, militare, inter liberos, & pontificium vel municipale, id eſt, cum aliqua lege, vel conſtitutione abrogantur juris ſolennia.

Ut eſt

Digitized by Google

Vt eſt apud Jaſ. *in l. fin. nu. 4. verſ. in contrarium facit. C. de teſtam. Covar. in c. relatum. 11. nu. 5. ext. de teſtam, &* Vigl. *in d. §. teſtes. nu. 4. quod ante omnes probavit &* Bart. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & tanquàm commune dogma exclamavit* Vivi. *in com. opinio. lit. T. verſ. teſtis eſſe non poteſt mulier. in 1. 2. 3. & 4. limit. & docuit* Crot. *de teſtib. rub. qui teſtes eſſe prohibeant in teſtam. nu. 21. ubi ſe ita conſuluiſſe dicit. Quare † contra excipienti: Teſtamentum ad pias cauſas probari duobus aut tribus teſtibus legitimis.* 30.
Roma. *in auth. ſi mulier. in 15. ſpeciali. C. ad L. Falcid. Sed mulier non eſt legitimus teſtis in teſtamento. §. teſtes. inſtit. de ord. teſta. Ergo mulier nequidem in teſtamento ad pias cauſas poteſt teſtificari. Reſpondebitur, † mulierem quidem legitimum teſtem eſſe non poſſe in* 31.
teſtamento, nequidem ad pias cauſas, ad jus civile quod attinet. d. §. teſtes 3. At vero ſecundum jus Canonicum eſt legitimus teſtis. c. relatum. ext. de teſtam. quod innititur juri divino, ex quo in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Nam † de jure Pontificio teſtes in teſtamento non debent ita legitimi, ſicut requiritur de jure Civili. 32.

Concluſio LXXXIX.

SI † præcipuè maſculorum copia ſivè actu ſivè potentia haberi nequiverit, aliàs teſtamentum & utiq; peſtis tempore niſi coram duobus vel tribus teſtibus maſculis conditum, non valebit. 33.

Ex doctrina Proſper. Farinac. *de teſtib. lib. 2. tit. 6. q. 59. num. 72. verſ. limita quintò. In † teſtamentis enim debent adhiberi teſtes* 34.
fide digni, ut patet ex conſtit. Saxo. part. 1. conſtit. 4. ut ita jura communia in hoc teſtamenti genere tantùm quò ad numerum teſtium ſint interpolata, non etiam quò ad illorum qualitatem. Fide † digna autem 35.
& idonea, mulieres hoc in caſu, tàm jure Canonico quàm civili non ſunt ſecundum communem & magis veriorem opinionem, quam ſequitur

Digitized by Google

Alex. *conſ. 177. num. 5. lib. 2.* Clar. *lib. 3. Sent. §. teſtamentum. q. 55.* Rip. *de peſt. rub. de privileg. & cauſ. peſt. num. 18. & ſeqq. lib. ult.* Graſs. *§. teſtamentum. q. 57. num. 3. & 8.* Rui. *conſ. 120. col. fin. lib. 5.* Noni. *in §. teſtes. num. 1. Inſtit. de ord. teſtam.* Bello. *conſ. 14. num. 8.* Dilect. *de art. teſtand. tit. de ord. teſtam. cautel. 2. num. 7. & 8. qui & ipſe hanc dicit communem, & ſecundum eam in multis locis conſuluiſſe* Alex. *idem placuit* Modeſt. Piſtor. *conſ. 1. 1. num. 5. & 17. lib. 1.* Gallin. *de verb. ſignif. lib. 10. c. 27. num. 12.*
36. *& ſeq. quemadmodum † & in conſtitutione Divi Maximiliani I. de notar. in Comitiis Imperii Coloniæ Agrippinæ habitis, Anno 1512. edita, tit.* Von Teſtamenten. *verſ.* Die Notarien/ſo zu Teſtamenten. *inter illos, qui teſtes in teſtamento eſſe prohibentur, mulieres referuntur.*

Concluſio XC.

37. QVemadmodum † nec in probanda feudi inveſtitura mulieri ulla poteſt eſſe teſtimonii dictio.

Vt eo text. adductus probavit Bald. *in c. 1. in fin. Qui teſt. ſint neceſſ.*
38. *Noluit † enim Feudorum conditor confidere de judicio fœminæ, cujus judicium fragile eſt & ex toto integrum non reputatur. c. forus. §. fin. ext. de verb. ſignif. l. ſi pater. C. de ſponſal. & dixit* Bald. *in c. 1. col. 9. verſ. ultimò quæro. ext. de judic. quòd †*
39. *mulieres habeant conſilium invalidum, ut retulit idem* Bald. *in c. ſignificavit. col. 1. ext. de reſcript. & ideò, † ſi ſtatutum in contractu alicujus requi-*
40. *rit auctoritatem vel conſilium propinquorum, non intelligitur de fœmina.* Bald. *in l. 1. col. fin. verſ. ſed quid ſi ſtatutum. C. qui admitt. & † hac ratione mulier non poteſt regulariter eſſe tutrix, niſi impetret à*
41. *principe. l. fin. ff. de tutel. l. 1. & 2. C. quand. mulie. tutel. offic. l. jure noſtro. ff. de teſtam. tutel. vel niſi mater vel avia fuerit. auth. matri & avia. C. quand. mulie. tutel. offic. fung. poſſ.*

Con-

Concluſio XCI.

AD † probandum tamen vinculum matrimonii, fœminæ teſtimonium dicere poſsunt, quamvis ſit res magni præjudicii. 42.

c. ſuper eo. 13. c. licèt ex quadam. 47. ext. de teſtib. & hoc ſpeciale eſt propter favorem matrimonii, ut traditur in c. mulieri. ext. de jurejur.

Concluſio XCII.

EXcepto, † quòd, quando mulier eſt domeſtica & familiaris cum ipſa actrice: vel adfinis: vel cauſa concernit proprium ejus intereſse: tunc ſimpliciter expelli debeat, ratione domeſticitatis *a* & ratione adfinitatis *b* & propter proprium intereſse, ut quia dixit: quòd talis injuria, cùm actrix ſit carniliter cognita per ſponſum, cedat in dedecus totius domus & familiæ. *c* 43.

a] *l. 2. C. de teſtib. c. in literis. ext. eod.* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod eſt domeſticus.* Angel. *conſ. 128. Nam † domeſtici dicuntur illi, qui vivunt ad unum panem & vinum. ut dixit* Bald. *in d. c. in literis. col. 1. verſ. & dic latiùs. & refertur infra. qui ob † id examinati in teſtes ne inditium quidem faciant, nec aliquam præſumptionem, ut docuit* Abb. *in d. c. in literis. in 3. notab. per text. in c. teſtes. 4. q. 3. ubi talis teſtis non debet interrogari. Ergò non facit indicium. Quia † quando teſtis interrogari prohibetur, indicium non facit, ex doctrina* Bald. *in l. ſervos. in princ. C. de teſtib.* 44. 45. 46.

b] *Adfines † enim & conſanguinei ſaltem in cauſa criminali non admittuntur, ut retulit* Bart. *in l. qui teſtamento. 20 §. quæcunq. col. fin. verſ. ſed quæro, quid in criminalibus. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & probatur in c. accuſatores. 3. q. 5. Atqui † cauſa matrimonialis æquiparatur criminali.* Bald. *in c. ad noſtram. col. 1. ext. de probat. Ergo mulier adfinis ut teſtis repelli debet.* 47. 48.

c] *Nam*

Digitized by Google

49. a] *Nam tali † caſu conjunctus pro alio injuriato teſtificari nequit.* Bald. *in l. 1. in 5. notab. C. de rapt. virg. tum quia eſt teſtis in cauſa pro-*
50. *pria: cùm † injuria facta uni, omnibus facta videatur.* Bart. *in l. lex Cornelia. ff. de injur. & fac. d. l. 1. tùm etiam, quia agitur de proprio intereſſe, ex quo injuria communis eſſe videtur.*

Concluſio XCIII.

51. ET omnium † maximè inefficax eſt mulieris tunc atteſtatio, ſi ſimul cùm actrice cohabitat, prout ſepiùs contingit, in una
52. domo, licèt in diverſis conclavibus: *a* & quando † teſtificando dixerit, *Se omnia ſcire,* & niſi matrimonium hoc perficeretur, ſibi multùm deberet imputari ſi tacuiſset & paſsa fuiſset, quod ejus adfinis actrix, corrumperetur per reum conventum. *b*

53. a] *Quia † talis converſatio auget ſuſpicionem parentelæ. ut docuit* Bald. *in l. 4. col. 2. C. de teſtib.* Ant. de Butr. *&* Joan. de Ana. *in c. cùm oporteat. in princ. ext. de accuſat. & reſpondit* Anchor. *conſ. 257. col. 2. verſ. Et quia.*

54. b] *Nam † cùm ſic deponendo mulier tractet de exonerando ipſam actricem ſtante tali matrimonio, non eſt ipſi credendum, ex traditis à* Bart. *in l. deferre. ff. de jur. fiſc. & quidem nullo modo.*

Concluſio XCIV.

55. NIſi † inhabilitas illa, quæ domeſticitatis ratione teſtimonio mulieris refragatur, per alios plures teſtes, qui non ſunt adfines, ad probandum matrimonii vinculum inductos, purgetur. nam tunc per illos mulieris probatio perficitur.

56. *Vt cenſuit* Angel. *conſ. 1. col. 1. ubi inquit, quod † dictum teſtis do-*
57. *meſtici integratur per alios idoneos: ſicut & aliàs † dictum unius, qui non eſt integer teſtis, ſuppletur per alium, qui ſit valdè idoneus, ſi credimus*

Digitized by Google

dimus. Bald. *qui hoc ita retulit in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. & de teſtibus adſinibus, tradit* Roma. *conſ. 486. in fin.*

Concluſio XCV.

UBicunq; † igitur mulier non admittitur in cauſa criminali, 58. pariter non debet admitti ſuper cauſa matrimonii, *a* quæ gravis eſt & cauſæ criminali æquiparatur. *b*

a] *Quia † in matrimonio attenditur diſpoſitio* Juris Canonici. *c. fin.* 59. *ext. de ſecund. nupt. De jure autem Canonico mulieres non poſſunt in cauſa criminali teſtificari. c. forus. §. fin. ubi gl. in verb. mulieres. ext. de verb. ſignif. & gl. in c. mulierem in verb. nec teſtis. 33. q. 5. & tradit* Hoſt. *in Sum. de teſtib. §. quis teſtis eſſe poſſit in princ. & tradunt poſt gl. cæteri in c. quoniam 3. ext. de teſt. Iſta † tamen conclu-* 60. *ſio non eſt abſolutè vera, ut probat tex. in c. ſuper eo. el. ext. de teſtib. & gl. in d. c. forus. § fin. ſed procedit ſaltem quando mulier eſt perſona turpis & aliàs ſuſpecta; nam tunc repellitur à teſtimonio propter ſuſpicionem, per tradita inferius.*

Concluſio XCVI.

QVando † nec tunc quoq; ulla datur mulieri de matrimo- 61. niali conſenſu teſtificandi fides, cum depoſuerit de quodam tractatu futuri matrimonii, *a* exq; ejus dicto adpareat, quod concluſio facta non fuerit. *b*

a] *Ex † hoc enim tractatu nihil probatur. quia multa tractantur* 62. *quæ non perficiuntur, ut dixit* Bald. *in l. multùm intereſt. col. 2. C. ſi quis alter. vel ſib. & multa dicuntur, quæ non fiunt. Ideò † teſtes de-* 63. *ponentes de tractatu nihil probant.* Bald. *in l. cùm allegas. col. 3. C. de uſur. per. l. ſciendum. §. dictum ff. de ædilit. edict.*

b] *Nam † tota vis in concluſione conſiſtit. l. ſi voluntate. ubi* Bald. 64. *C. de reſcind. vendit. & modus agendi, qui ſemper inſpici debet.* Schurff. *conſ. 51. nu. 5. Cent. 2.*

Digitized by Google

Concluſio XCVII.

65. VErùm, † in omnibus cauſis quibus in fœmina, ut teſtificari poſsit, admittitur, minùs fides habetur illi, quàm maſculo: *a*

66. nec † aliter mulier in teſtimonium recipitur, niſi in ſubſidium. *b*

[a] *Vt probavit late* Felin. *in d. c. quoniam. 3. verſ. limita hoc, niſi mulieres. & retulit* Matſ. *in l. Vnius. §. in ea cauſa. col. 5. ff. de quaſtio, & tradit* Abb. *in d. c. forus. cum* Bald. *conſ. 121. lib. 2. & fac. l. fin. ff. de fid. inſtrum. Quia varium & mutabile ſemper fœmina.* [b] *Vt advertit* Joan. Andr. *ad* Spec. *tit. de teſt. §. 1. verſ. item, quod eſt mulier.*

Concluſio XCVIII.

QVa † de cauſa, duos teſtes maſculos præferri ratione inteſtabilitatis, quam pro ſe habent, duabus mulieribus, non 67. inconvenienter eſt dicendum.

Ex doctrina Bald. *in d. l. fin. & fac. l. 1. ff. de ſenat. & quod tradit idem* Bald. *in l. in multis. ff. de ſtat. homi. In † mulieribus enim fidem non licet facilè videre. Niſi fœminæ deponant pro reo & viri pro acto-* 68. *re. ut reſpondit* Bald. *conſ. 121. lib. 2.*

DE PARENTIBVS.

PARS XIII.

1. Parentes an in cauſis ſuorum liberorum teſtes eſſe poſſint? num. 30. vel ſaltem pro ſe? num. 3. & 7. ubi poſſint? num. 4. 21. 25. 31. & 32. an ſine diſcrimine nequeant? num. 9. & 18. adoptivi ex quo removeantur à dicendo teſtimonio? num. 17. in quibus ſint teſtes idonei? n. 52. & integri? nu. 27.

2. Verbum, nullatenùs *&* nullo modo, *cujus ſit importantia?*

4. Filius de quo teſtari poſſit? & ſit paterfamiliâs? nu. 6. eſt unum & idem cum patre corpus? n. 9. adoptivus pro quo habeatur? n. 11. 5.

7. Ætas filii per quos probetur? & qualiter à matre? num. 8.

10. Adoptio quid adferat?

12. Adoptivi dicuntur conſanguinei, & quomodo? num. 16. an ſint veri liberi? nu. 15.

13. Jus ſanguinis & conſanguinitas an

Digitized by Google

an ſint idem?

18. Compater an ſit teſtis in cauſa filii levati?

19. Probandi facultas coanguſtari non debet.

20. Pater & mater an recipi in teſtes poſſint ſuper fœdere matrimonii? vel ejus impedimento? nu.34. pariter & conſanguinei, ex quo non habeant facultatem teſtimonii ferendi ſuper matrimonio? nu.22. & 23. quando repellantur & admittantur ſuper matrimonio contrahendo? n.25. 31. & 32. vel ejus impedimento? n.34. & 35. an teſtificari poſſint in criminalibus? n.28. & in ſponſalibus de futuro? n.52. & 53. in quo dicantur eſſe pars probationis? nu.55.

24. Mulier quid appetere ſoleat naturaliter?

26. Veritatem contractus matrimonialis qui ſcire præſumantur?

29. Exponitur text. in c. conſanſanguinei. 3. q. 5.

31. Dives & Doctor non multùm locuples, an ſint ejuſdem gradus & ſtatus?

33. Doctor eſt multùm nobilis.

34. Matrimonii impedimentum à quibus probari poſſit? num.36.

35. Conſanguinitas per quos probetur? nu. 36 & 37.

38. Propinquorum appellatio quos comprehendat?

39. Conſanguineorum appellatione qui veniant? nu.40.

41. Matrimonio quomodo faveatur?

42. Exponitur text. in c. licèt ex quadam. 47. & in c. cùm in tua. 44. ext. de teſtib.

44. Conſanguinei quando præpolleant teſtificando cæteris teſtibus? & unde? num.45. & 47. & ſint exiguiores, quàm alii? nu.48. 51.

46. Domeſtici ubi ſunt majoris fidei & prærogativæ, quàm extranei?

49. Teſtis ſponte offerens ſe, quid juris? num. 51.

53. Juramentum patri ſuper ſponſalibus, delatum, cujus ſit effectus?

Concluſio XCIX.

PArentes † in cauſis ſuorum liberorum, ut & ècontrà, liberi in cauſis parentum, quamlibet volentes teſtimonium dicere nullatenùs poſse, juris eſt apertiſsimi. 1.

Digitized by Google

l.5.C.de teſtib. & cenſuit gl. in c.cùm nuncius.in verb.repellen-
di.ibi.ſedpone.& ibi.iſte filius.extr.de teſtib.Verba † autem illa, null.
2. *latenùs, vel nullo modo,* vnd keines wegs/ *ſunt negativæ omnis poten-*
tiæ, & excludentia omnem & quamcunq́; exceptionem, juxta gl. in
Clem.ne Romani.in verb.quovis modo.de elect.& in Clem.fin.in verb.
quovis modo. De ſent.excom. Soci.*conſ.242.col.1.in fin.& col. 3.poſt*
*med.verſ.confirmatur hæc.lib.7.*Cephal.*conſ.53.num.23.lib.1.*Marſ.
ſingul.675. Jaſ.*in l. in pecuniariis.num.26.& 27.ff. de fer.* Felin. *in c.*
cùm acceſſiſſent.num.8.extr.de conſtit. Tiraq.*in l.ſi unquam.in gl.re-*
vertatur.num 95. C.de revocand.donat. Genii.*conſ.35.num.3.* Hie-
ro. *in* Laurent. *deciſ.78.nu.11.verſ.reſponſionem hanc.* Simo. de
Prætor.*de Interpr.ulti.volunt.lib.2.interpr.3.dub.2.num.12.& 13.*

Concluſio C.

3. UT etiam, † licèt teſtificentur contra ſe, aut pro ſe, teſtimo-
nium ad invicem ferre non poſsint. *a* usq́; in infinitum. *b*
4. niſi † quod pater in teſtamento filii de peculio teſtantis caſtren-
ſis, rectè adhibeatur teſtis. *c*

a] *l. teſtis idoneus. 8. l. idonei. 5. l. pen. ff. de teſtib. l. 2. C. Eod. c.*
5. *in literis. ext. eod. quia † vox patris, filii vox eſſe intelligitur, & è*
converſo. §. Ei verò. 6. §. poſt mortem. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. fin. in
fin. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ubi eſt unus, alter eſſe videtur. l.
cùm ſcimus. §. fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 10.

b] *arg. l. quinq́;. ff. de poſtul.*

c] *§. in teſtibus. 6. Inſtit. de*
ord. teſtam. l. qui teſtamento. 20. §. per contrarium. ff. qui teſta. fac.
poſſ. quia pater tunc non reputatur ad idem §. Ei verò. 6. inſtit. de in-
6. *util. ſtipul. Cùm † filiusfamilias in caſtrenſi peculio pro patre habea-*
tur familias. l. 2. ff. ad maced.

F I N I S

Centuriæ Secundæ.

Digitized by Google

RUDOLPHI VOLCMARI HESS,

JurisConſulti,

Practicarum Concluſionum DE TESTIBVS.

Centuria III.

Concluſio I.

NOn † ſecùs, atq; matris profeſsio ſeu teſtificatio ſuper ætate & congerminatione filiorum, & aviæ quoq; eſt recipienda. quamvis non ut plenè probet, ſed præſumptivè dumtaxat, unà cum adſpectu corporis. 7.

l. Etiam. 6. ff. de probat. Salic. *in l. ſi minorem. C. de in Integ. reſtit. Profeſsio † namq; matris recipitur ſuper ætate filii, non ut teſtis, ſed ut judex ejus ex reſponſis quærat veritatem, & ſic non probat ut unus teſtis. l. fin. ff. de probat. ſed quandam minorem præſumptionem facit, ut retulit gl. in d. l. etiam. 16. & eſt apud* Bald. & Angel. *in l. cùm te. ff. de probat.* Alex. *conſ. 85. col. 2. lib. 2.* Anchor. Philipp. Franc. *& alios in c. ſi eo tempore. De reſcript. in 6.* Felin. & Deci. *in c. in præſentia. 7. ext. de probat. &* Luc. de Penn. *in l. 1. col. 3. C. de fid. inſtru. & jur. lib. 10.* 8.

Concluſio II.

NEc † diſtinguitur, utrùm pater, in teſtem producatur in cauſa filii vel deſcendentis naturalis? vel ècontrà, filius aut deſcendens in cauſa ſui parentis naturalis? an verò parentis vel filii civilis? nam etiam adoptione adquiſita filiatio vel paternitas à teſtimonio repellit parentes invicem & liberos. 9.

Digitized by Google

Vt declaravit gl. in d. l. 4. & in d. c. cùm nuncius. nam per eam allegatæ leges in utraq; paternitate & filiatione loquuntur, ut dixit Joan. And. *in d. c. cùm nuncius. Et hoc propter cognationem, quæ*
10. *videtur eſſe inter illos. Adoptio † quippè cognationem adfert. l. 1. §. 4. ff. Vnd. cognat. Ergò & jus ſanguinis. Cognatio enim jus ſanguinis eſt. §. Minùs ergò. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. deſer.*
11. *utiq; cognatione genericè accepta. Filius † namq; adoptivus eſt cognatus in genere, l. Inter. ff. und. legit. ſed non in ſpecie. l. qui in ado-*
12. *ptionem. ff. de adopt. Atqui, † adoptivi dicuntur conſanguinei, & jura habere conſanguinitatis, l. 1. §. fin. ff. de ſuis & legit. Ergo vi-*
13. *dentur habere & jus ſanguinis. Niſi † quod aliud eſt jus ſanguinis & aliud conſanguinitas. Sanguinis cognatio eſt naturalis. d. §. minùs ergò. l. 2. ff. Vnd. cog. l. vel ſi. ff. de manu. vindict. l. ſi adulterium.*
14. *§. 1. ff. de adult. l. dotem. § ult. ff. de caſtr. pecul. † conſanguinitas eſt ſpecies adgnationis. §. vulgò. Inſtit. de ſucceſſ. cog. Adoptivi ſunt*
15. *quidem adgnati, ſed non cognati. d. l. qui in adoptionem. & † liberi dicuntur non verè, ſed adſcititiè & commentitiè. l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr. & arte magis, quàm natura pro-*
16. *creati, nec † propriè conſanguinei dicuntur, ſed impropriè. §. 2. In-*
17. *ſtit. de legit. adgnat. ſucceſſ. Ideò † ergò prohibentur adoptivi adinvicem teſtificari, quod parentum & liberorum appellatione veniant. l. adoptivum. 8. ff. de in jus vocand.*

Concluſio III.

18. Diverſum † eſt in paternitate & filiatione ſpirituali. nam in cauſa levati de ſacro fonte compater, & è regione, levatus in cauſa compatris ſui, teſtis eſſe poteſt.

Vt cenſuit Bald. *in d. l. 4. col. ult. licèt ſibi parùm conſtans aliud probaverit in l. generaliter. ff. de in jus vocand. cùm ſit loco pa-*

tris &

tris & filii. Sed ſententia adſirmativa mihi verior viſa eſt. Nam leges adducta per gl. in d. c. cùm nuncius. procedunt duntaxat in filiatione & paternitate naturali, non etiam civili, ut ſingulariter docuit Joan. Andr. *in d. c. cùm nuncius. Cùm † enim non ſit coanguſtanda facultas probationis, ſed potiùs amplianda. l. quoniam. C. de haret. Novell. conſtit. 4. de teſtib. in princip. Collat. 7.* Marſ. *in rub. C. de probat. num. 36. & 4 4 3. odioſum eſt, quod aliquis repellatur à teſtimonio, & ideò ſtrictè debet fieri interpretatio. arg. l. patri. in princ. ff. de adult. & c. ſi verò. extr. de ſentent. excom.* 19.

Concluſio IV.

ETiam † quando quæſtio eſt de matrimonio ſpirituali. nam quin compater tunc ſuper eo teſtificari poſsit, non ambigitur. 20.

Per text. cum gl. in c. præſens. 20. q. 3. qui tamen eſt reſtringendus & declarandus, ut per Abb. *in c. ſuper eo. extr. de teſtib.*

Concluſio V.

ET † licèt parentes admittantur ad probandam conſanguinitatem *a*: ad fœdus tamen matrimonii, adeoq; matrimonium contractum eſse, pater & mater ſponſæ in teſtem non recipiuntur. *b* 21.

a] *c. ſuper eo. extr. de teſtib. l. quamvis. C. de adult. c. 1. 35. q. 6. nam † cum agitur de probanda conſanguinitate, duplex ratio adſignatur, cur conſanguinei & parentes, ut ſint teſtes, admittantur. Vna eſt, quia præſumuntur meliùs ſcire veritatem, ut eſt text. in c. conſanguineos. 35. q. 6. alia eſt favor matrimonii, cui hoc conceditur contra regulas juris, ut dicit text. in c. videtur. ext. qui matri. accuſar.* 22.

b] *d. c. ſuper eo. & hoc † fortè eſt propter adfectum, qui in utroq; parente tàm magnus eſt erga liberos, ut non facilè eum vincat* 23.

extra-

Digitized by Google

extraneus. l. fin. C. de curat. furioſ. eoq́; ſuſpicione non caret paternum
24. *teſtimonium: utiq; † verò matris pro filia. d. c. ſuper eo. & præſertim in matrimonio, quod mulieres naturaliter appetunt. l. quæritur. in princ. ff. de ædilit. edict. & l. 2. C. de indict. viduit. tollend.*

Concluſio VI.

25. SI † dumtaxat ſit inter ſponſum & ſponſam inæqualitas, ut, quia conditio ſponſi eſt ſuperior ſponſæ conditione. Cæterum, ubi eſt inter eos æqua conditio & ſtatus, æqualitas, vel modicus exceſsus, teſtimonium patris matriſvè recipietur.

d. c. ſuper eo. & reſpondit Deci. *conſ. 64. col. 8. verſ. ſecundò oppo-*
26. *nitur. Atqui, † nulli meliùs præſumuntur ſcire veritatem, quàm parentes. d. c. conſanguineos. Proindè, inconveniens non eſt, quod ubi aliàs eſsent ſuſpecti, tunc admittantur in favorem matrimonii, qui vult inducere ſpecialitatem quandam, in matrimonio contra regulas aliorum contractuum & negotiorum, ut clarè colligitur ex dictione adverſativa poſita in d. c. videtur. Sed ſi tenemus diſtinctionem d. c.*
27. *ſuper eo nulla eſſet ſpecialitas in matrimonio. Quia † etiam in aliis cauſis conſanguinei & parentes admittuntur, ubi ceſsat præſumptio adfectionis, ſicut & quilibet alius prohibitus ratione adfectionis vel intereſſe. De conſanguineis eſt gl. ord. in c. conſanguinei. 3. q. 5. quæ tamen*
28. *reſtringit ſe ad judicia civilia: ſed † iſtud etiam in criminalibus obtinere, ut, ubi eſt par ratio adfectionis, conſanguinei in criminalibus admittantur in teſtes, quemàdmodum ſervi torquentur inter dominos,*
29. *cenſuit* Bart. *in l. qui teſtamento. 20. §. 1. ff. de quæſt. De † parentibus videtur eſſe caſus ſingularis in d. c. conſanguinei. ibi. inter ſe. quæ verba ſic ſunt exponenda, quod poſsint eſſe teſtes inter ſervos, in quibus eſt æqualis adfectio, ſi volunt, licèt non cogantur. Et ſic limitatur text. in §. parentes. 4. q. 3. De aliis, qui prohibentur ratione intereſſe vel adfectio-*

Digitized by Google

fectionis, eſt text, cum gl. in l. pen. ff. fini. regund. & tradunt omnes in c. inſuper. 6. ext. de teſt. Sicut ergò iſta perſona non videntur prohibita teſtificari in aliis actibus, ubi par ratio adfectionis vel intereſſe excludit ſuſpicionem: Ita quoq; videtur dicendum, in probatione fœderis matrimonii, ſi in parentibus alia cauſa vel ratio ſuſpicionem excludit. Verùm † hic advertendum eſt, utrùm parentes ſint teſtificaturi 30. *ſuper conſanguinitate, an vero ſuper fide matrimonii? ut vel ſimpliciter, vel cæteris paribus illi ad teſtificandum ſint admittendi, juxta hanc concluſio. & tradita concluſio. 64. & 65.*

Concluſio VII.

UBicunq; † igitur puella eſt ditior, & vir eſt Doctor & hono- 31. rabilior, ut ita alter alterum aliquo excedat reſpectu, admittuntur in cauſa matrimoniali teſtificari pater & mater, & multò magis frater, etiamſi puella fuerit nobilior.

Vt poſt Ant. de Butr. & Imol. *animadvertit* Abb. *in d. c. ſuper eo. 13. quia † iſti in effectu reputantur paris conditionis, & in puella* 32. *nobilitate videtur eſſe modicus exceſſus. Cùm, † & Doctor ſit multum* 33. *nobilis, & ideò parvus exceſſus iſte non attenditur, ut cenſuit gl. in d. c. ſuper eo. 13. Eſt enim res ſanctiſſima civilis ſapientia, adeò ut precio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit. l. 1. §. proinde. 5. ff. de var. & extraord. cognit.*

Concluſio VIII.

EAdem † quoq; differentia ad probandum de matrimonii 34. vinculo, obſervanda eſt, quando parentes teſtificantur ſuper impedimento matrimonii.

c. videtur. ext. qui matri. accuſ. poſ. & cenſuit gl. cui adſentiuntur propemodum omnes in d. c. ſuper eo. 13.

Digitized by Google

jure divino. Cùm igitur ex parte matrimonii ſit duplex favor; ex parte autem probantis impedimentum de jure divino ſit unus duntaxat, ſequitur, quòd favor matrimonii vincat. Iſta concluſio confirmatur per text. in c. tua nos. extr. de conſang. & adfinitat. ubi dicitur, quòd conſanguinitas eſt probanda indiſtinctè, ut traditur. & per † text. in d. c. licèt ex quadam. propter favorem matrimonii. Unde niſi reſtringatur ille text. quando allegatur conſanguinitas in gradu prohibito de jure divino, favorabilius eſt matrimonium, quàm probatio impedimenti, quæ reſtringitur propter favorem ipſius matrimonii, ut videtur probari in d. c. licèt ex quadam. in verb. tolerabiliùs. Sed ego hoc non auderem adfirmare. Quia † iſte text. in d. c. licèt ex quadam. verſ. quia tolerabiliùs eſt. potuit habere reſpectum ad id quod frequentiùs contingit, videlicèt, quòd ſit quæſtio in gradibus remotioribus prohibitis de jure poſitivo. Sed prior ratio magis placet. 42. 43.

Concluſio XI.

QVinimò † conſanguinei in probanda conſanguinitate non ſolùm non ſunt ſuſpecti in teſtimonio, ſed etiam ſunt meliores & præferuntur cæteris teſtibus: *a* licèt teſtes conſanguinei ſint hinc indè & per omnia pares. *b* 44.

a] *d. c. videtur. & fac. c. cùm in tua. in fin. ext. de ſponſal. tanquàm meliùs informati, quia † ipſi meliùs præſumuntur ſcire impedimentum matrimonii, quàm extraneus. d. c. videtur. ſicut diximus in teſte domeſtico, de his, quæ ſiunt in domo vel navi, l. quotiens. ibiq;* Bart. *C. de naufrag. lib. 11. c. cùm* J. *& a. extr. de re judic. Non ſolùm † enim ſi concurrant teſtes domeſtici cum extraneis, videtur magis credendũ domeſticis, qui tali caſu admittuntur ad teſtimoniũ. l. conſenſu. §. ſervi. C. de repud. l. lex quæ. C. de admi. tut. & tradit* Bart. *in l. ſi quando. C. Vnd. vi ſed & alii non videntur admitti, iſtis extantibus.* b] *d. c. cùm in tua. ext. de teſtib. † non ſolùm, quia ſtarent pro matrimonio, quod eſt favorabile, ut dixit* Innoc. *in d. c. cùm in* 45. 46. 47.

Digitized by Google

Concluſio XIV.

QVamobrem † in aliis cauſis, præter matrimonium, pater 52.
vel mater non admittitur pro filia in teſtem, etiam ceſſante ſuſpicione: *a* ut nequidem pater poſſit eſſe teſtis ſuper ſponſalibus de futuro. *b*

a] *l. 4. C. de teſtib. c. conſanguineos. 35. q. 6. quod tamen mihi non videtur ſimpliciter verum, & ideò hoc intelligo, prout mox declarando illud ſubjiciam.*

b] *d. c. ſuper eo. 13. & videtur probari in c. 1. in prin. & in fin. 31 q. 2. Dicitur enim in princ. d. c. 1. ſi conſtiterit patrem hujus puellæ per metum: & poſtea in fin. concluditur, quòd hoc conſtito debeat deferri juramentum ipſi patri. Hinc † juramentum patris nihil prodeſt, ni-* 53.
ſi concurrant alia legitima probationes. Et ſecundum hunc ſenſum, verum erit ſimpliciter, quod dixit Hoſtienſ. *in d. c. ſuper eo. 13. quia text. iſte, habet locum & in ſponſalibus, ſicut in fœdere matrimonii. Verùm* Joan. Andr. *quem ſequuntur alii in d. c. ſuper eo. cenſuit, quòd*
† pater in ſponſalibus eſt minus ſuſpectus, quia ſponſalia poſſunt diſſol- 54.
vi multis modis, ut diximus in tractat. noſtro cauſar. nuptial. *lib. 1. part. 4. Et iſtud ego quidem fateor, ſed tamen videtur, quod ſit ſufficiens ſuſpicio ad repellendum ipſum: etſi non ignorem, quod gl. in*
d. c. 1. dixerit contrarium, quia † quando ſumus in cauſa matrimonii, 55.
pater poteſt eſſe pars probationis, licèt ſolus eam non perficiat ut dixit gl. ſequens poſt illam in d. c. 1. Et ſi ſic intelligamus illum text. oportet illum reſtringere, ubi non eſſet inæqualitas inter conjuges.

DE ADFINIBVS.

PARS XIV.

1. *Affines teſtes an, ut ſint, compelli debeant? quando ſint non integri? num. 5. & vel idonei? num. 7. adverſus quos eſſe prohibean-*

hibeantur in totum? num. 3.
2. Teſtimonia à quibus ſint requirenda?
6. Compromiſſum ex forma ſtatuti faciendum inter adſines, quamdiu duret?
8. Amoris vinculum quando dicatur ſolvi?
9. Affinitas an ſoluto matrimonio, in totum expiret?
10. Frater qualiter in cauſa fratris teſtificari poſſit? & an indefinite? num. 12. & 14.
11. Odium an inter fratres eſſe præſumatur?
13. Injuria fratris eſſe ſolet communis.
15. Cohabitatio quid operetur?

Concluſio XV.

SEd, quoniam quædam jura inter adfines quoq; verſantur, non alienum eſt hoc loco, de adfinibus quoq; breviter diſ-
1. ſerere. Et † lege quidem judiciorum publicorum, contra adfines & adgnatos teſtimonium inviti, dicere non cogimur.

l. fin. in princ. ff. de gradib. l. 3. in princ. ff. de teſtib. c. literas. ext.
2. *de præſumpt. quia † teſtimonia ab his præcipuè ſunt exigenda, quorum fides non vacillat. l. 1. in princ. ff. de teſtib. Adfinium autem teſtificatus non raro vacillare ſolent.*

Concluſio XVI.

3. SI † præſertim, adfinitatis cauſa inter ſe parentum loco liberorumq; habentur. Necq; enim adverſus ſocerum; generum: Vitricum: privignum privignam: necq; ſobrinum ſobrinam: necq; ſobrino ſobrinavè natum: eoſvè qui propiores gradu ſunt; teſtimonium dicere fas eſt.

4. *d. l. 3. in princ. Nam † illi omnes parentum liberorumvè reſpectum ad invicem obtinent. l. qui parentis. ff. de ſolut. matri. Parentes autem & liberi invicem adverſus ſe nec volentes ad teſtimonium ſunt admittendi. l. 5. C. de teſtib. l. teſtis. ff. Eod. Ergo nec ſocer pro genero. d. l. 3. in princ.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XVII.

QVin † tamen cæteri quoq; adfines ex tranſverſo, durante vel ſaltem adhuc adfinitate, non ſint teſtes integri, non ambigitur. 5.

Vt advertit Bart. *in l. aut adfinitate. ff. de procur.* Angel. *in l. cui eorum.* §. *adfinitatis. ff. de poſtul.* Alex. *conſ. 108. col. 3. lib. 2. tàm in cauſa civili, quàm criminali, ut eſt apud* Alex. *conſ. 179. col 2. verſ. tertius teſtis, lib. 2. ut † & ſi ſtatutum dicit*; quod quæſtiones compromittantur inter adfines: *ſtatutum hoc intelligitur durante adfinitate* Bart. *in d l. cui eorum.* §. *adfinitatis.* 6.

Concluſio XVIII.

CVi † conſequens eſt dicere, quòd, licèt quis pro uxore fratris viventis non poſsit teſtificari, valeat tamen teſtificatus ejus, ſi fuerit facta vidua. 7.

Vt dixit Bald. *in d. l. cui eorum.* §. *adfinitatis. per l. fin. C. de verb. ſignif. quia diſſoluta eſt adfinitas. Et † ideò dixit gl. ſingularis in l. ſed hoc ita. ff. de re judic. diſſoluta adfinitate, eſt diſſolutum amoris vinculum. Quò † ad quoſdam tamen effectus, per diſſolutionem matrimonii non diſſolvitur adfinitas. d. l. fin. ibiq.* Bald. & Paul. de Caſtr. 8. 9.

Concluſio XIX.

ALia † ſanè cauſa eſt, ſi frater pro fratre vel contra fratrem in teſtem producitur. nam licèt frater contra fratrem invitus cogi non poſsit eſse teſtis: tamen quando nominatur pro fratre poteſt cogi, etiam contra fratrem dicere teſtimonium. 10.

Vt cenſuit gl. quam probant communiter DD. in c. cùm nuncius. & in c fraternitatis. extr. de teſtib. & eſt elegans text. in c. quanto. extr. de judic. & in l. 3. in princ. ff. de legit. tut. ubi plenè Bart. & 11

probat

probat l. ſi ſororem. C. qui accuſ. non poſſ. §. parentes. 4. q. 3. Non
11. *† enim præſumitur odium inter fratres, ſed veriſimile potius eſt, quod alter alterum diligat. c. literas. extr. de præſumpt. ideoq; præſumptio iſta non impedit ad hoc, ut frater non poſſit eſſe idoneus teſtis in cauſa fratris, ut docuit* Bart. *in l. qui teſtamento. ff. qui teſta. fac. poſſ.*

Concluſio XX.

12. NIſi † quod frater pro idoneo non habeatur teſte, ſi in ea cauſa agitur de ſuo intereſse, ut quia litigatur ſuper bonis, quæ fratres inter ſe habent in communi: *a* vel tractatur de injuria fratri illata: *b* vel ſi cauſa ſit magna & ardua, hoc eſt, vel criminalis, vel civilis maximi momenti, cujusmodi eſt cauſa matrimonialis. *c*

a] *Quia cauſa tunc dicitur propria, & in re propria, id eſt ſua teſtificaretur frater, quod eſſe non debet. l. omnibus. 10. C. de teſtib. l. nullus. 10. ff. eod.*

13. b] *Quia † agitur de fratris intereſſe, ex quo injuria fratris ſui, ipſius quoq; perſtringit pudorem. l. lex Cornelia. 5. in princ. ff. de injur. Pro ſe autem teſtis eſſe nullus poteſt. d. l. omnibus. 10.*

c] *Vt traditur in d. c. literas. & per* Bald. *in l. parentes. col. 2. C. de teſtib. & in l. fin. col. 2. C. de probat. & tradit in cauſa matrimoniali latè* Soci. Seni. *conſ. 17. &* Deci. *conſ. 73. col. 9.*

Concluſio XXI.

14. QVando † nec tunc frater pro fratre teſtificari poteſt, ſi cohabitat cum fratre, *a* utcunq; aliàs in cauſis civilibus, & in certis cauſis, in criminalibus frater poſſit ferre teſtimonium. *b*

a] *Vt traditur in d. c. literas. & eſt elegans doctrina* Bald. *in l. pa-*
15. *rentes. C. de teſtib. eò † quòd cohabitatio nonnihil operetur, & ex ea adqui-*

adquiratur amicitia, dilectio & adſectio, quæ præſumptionem induxit, quod frater in cauſa fratris in commodum fratris ſemper teſtificaretur.

b] *Vt docuit* Bald. *in d. l. parentes. per l. cùm allegas. C. de Caſtr. pecul. milit. lib. 12. & retulit idem* Bald. *in l. 1. C. de epiſ. & cler. & in tract. de duob. fratrib. quem eſt ſecutus* Joan. de Imol. *conſ. 13. aliàs 133. & 2. q. 3. §. 1.*

DE TESTIBVS PERITIS in arte.

PARS XV.

1. *Artifici in ſua eſt credendum arte: ubi de arte atteſtatur ſua, an neceſſe ſit juratò deponere? nu. 6. & qualiter? num. 44. an ſoli credatur? nu. 9. an per omnia? nu. 12. & quando? num. 19. 20. 24. 26. & 40. imperito quando credatur? nu. 53.*

2. Experientia quid ſit? quid operetur? nu. 3. & faciat? nu. 4. & 5.

4. Juvenes ex quo non dicantur prudentes?

7. *Periti quot requirantur ſuper teſtificatu artis? nu. 9. 12. & 20. quando ſint accerſendi ex vicina provincia? nu. 12. & 16. quatenus ſint à judice requirendi? nu. 19. quales eſſe debeant in reprobando adſertionem artis adſertivam? nu. 29. quando non probent? nu. 30. & 32. à quo ſint eligendi? nu. 42. & 43. ſuper quo debeant jurare? nu. 44. & an ſimpliciter? nu. 46. 47. & 48. & quare? nu. 49. quales eſſe debeant? nu. 55. an ubiq; præferantur imperito? nu. 53. & 72.*

8. *Teſtium numerus quis dicatur ſufficiens? nu. 14.*

10. *Pactum an fieri poſſit ut credatur uni teſti ſoli? & ſcripturæ privatæ? nu. 11.*

13. *Epiſcopus ſi eſt deponendus & non ſit in provincia idoneus, quid juris?*

57. Qualitas teſtium in quibus verſetur?
58. Reprobari an poſſint teſtes periti, qui ſunt jàm ſuper actu examinati?
61. Judex quando poſſit ſupplere ex officio? num. 62.
63. Judicis quid interſit circa excommunicationem?
64. Sententia an ſit retractabilis lata vel prætextu artis peritiæ? & quando? num. 66. 67. 81. & 82. vel falſorum teſtium? numer. 65. & an ſemper? num. 70. vel præſumptivarum probationum? num. 71. 86. & 91. vel conſilii peritorum? num. 85. & 95. ubi non dicatur tranſire in judicatum? num. 83. ex quibus cauſis poſſit retractari? num. 89. & 90.
68. Purgatio an ſuper crimine refricari poſſit?
69. Intellectus ad c. cùm dilecti. in princ. extr. de purg. cano.
74. Extenſio in exorbitantibus, quando fieri non poſſit?
75. Comparatio litterarum an retractari poſſit?
77. Actio in factum ex qua cauſa competat contra menſorem? & quando? num. 78.
79. Appellari quando liceat à teſtificatu artificum?
80. Interlocutoria ex vi inſtrumenti lata, an & quando ſit revocabilis?
84. Juramentum in litem, ut revocetur, quid adeſſe oporteat?
87. Sapienti datur ſapientior.

Concluſio XXII.

UBicunq; † agitur de his quæ pendent à peritia artis, vel de pertinentibus ad artem, creditur peritis in arte. 1

c. propoſuiſti. 5. extr. de probat. & tradit Bart. *in l. Conſtit. ff. præfixa: & in l. 1. in princ. ff. de Vent. inſpiciend. Experientia † enim cùm ſit rerum magiſtra. c. quàm ſit. De elect. in 6. ideò, jura expertis viris credunt in arte ſua. l. 1. ff. de vent. inſpiciend. d. c. propoſuiſti. 5. c. fraternitatis. extr. de frigid. & malef. quando † ex-* 2. 3.

 perientia

perientia magis, quàm virtus homines eluceſcat. l. 4. §. quæ omnia. & ibi. omnes autem ſuæ virtutis. C. de veter. jur. enucl. Marſ. *in l.* 1. *§. præterea. col. 20. & in l. Divus. col. 3. ff. de quæſt. ut quæ artificem*
4. *facit,* Ariſtot. *1. Metaph. qui & 6. Ethic. dicit, quòd † juvenes non poſſunt eſſe prudentes, eò, quòd prudentia requirit experientiam, quæ tempore indiget. & 8. Politic. quòd impoſſibile ſit, aut difficile, ut qui*
5. *opera ipſa non tractat, peritè valeat judicare, ut † eſt apud Poetam. 2. de arte.*

Solus & artifices qui facit, uſus erit.

Et dixit gl. in c. ut veterum. diſt. 9. quòd plus credimus Auguſtino in moralibus: Gregorio in hiſtoriis & Hieronimo in tranſlationibus. Plura retulit Socin. *conſ. 164. col. 9. verſ. ex parte.*

Concluſio XXIII.

6. PRo † tantò, quod etiam artifices, qui deponunt, de peritia artis, ſint admittendi ſine juramento de dicenda veritate.

Ut poſt Joan. Andr. *tradunt cæteri in d. c. propoſuiſti. & in c. fraternitatis. Ext. de frigid. & malef.* Bart. *in 1. Conſtit. ff. & in l. 1. in princ. ff. de vent. inſpiciend. & cenſuit gl. in c. ſi quis acceperit. 33. q. 1. & traditur infra Concluſ. 39. nu. 44.*

Concluſio XXIV.

7. NOn † autem uni dumtaxat deponenti de peritia artis creditur, ſed duo ad minus ſunt neceſſarii: *a* ubi præſertim plures quàm unus in civitate poſſunt inveniri. *b*

8. a] *arg. l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. nam † ubi requiritur numerus teſtium, ſi certus non adjicitur, ſufficiunt duo. d. l. ubi numerus. 12. Cùm pluralis locutio, duorum numero ſit contenta, c. pluralis. 40. De reg. jur. in 6.*

b] *Aliàs*

Digitized by Google

b] *Aliàs unus ſufficiet, ut ex communi ſententia retulit* Bart. *in conſtit. 1. ff. & in l. 1. in princ. ff. de vent. inſpic. & probatur in §. quod autem. Novell. conſtit. de non alie. & docuit* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de verb. oblig. & in l. ſi in rixa. ff. de ſicar.*

Concluſio XXV.

NIſi † unus peritus deputetur à populo: vel eligatur à partibus: nam ex quo tunc populus & partes conſentiunt, ipſi ſoli indiſtinctè creditur. 9.

l. 1. ubi Bart. *C. de ponder. & aur. illat. lib. 12. l. ſi irruptione. in princ. C. fini. reg. c. quia indicante. Ext. de præſcript. quod etiam probatur tum auctoritate, tum ratione. Et auctoritate quidem gl. in c. cum dilectus. Ext. de ord. cog. &* Bald. *in l. de quibus. 31. col. 1. ff. de legib. Ratione verò; quia † regulariter verum eſt, quod ex conven-* 10.
tione partium poſſit induci, quod credatur uni teſti. l. Theopompus. ff. de dot. præleg. l. fin. C. de fideicom. quibus in hanc ſententiam adductus fuit & Spec. *tit. de teſte. §. reſtat. verſ. licèt autem. & fac. quod tradit* Bart. *in l. fin. ff. de prat. ſtipul. ſicut † & conventione* 11.
partium hoc induci poteſt, ut credatur ſcripturæ privatæ, quæ tamen de jure aliquando minus probat, quàm unus teſtis, ut eleganter dixit Bald *in d. l. de quibus. 31. col. 1. & ſemiplena probatio poteſt ex conventione partium effici plena.* Roma. *conſ. 204 col. 2. in princ.* Spec. *tit. de teſtib. §. reſtat. verſ. 24. &* Marſ. *in rub. C. de probation. num. 279.*

Concluſio XXVI.

EXceptis † cauſis criminalibus: vel: civilibus magni præjudicii. nam in his nunquàm ſufficit dictum unius. Imò, ſi non reperiuntur in civitate plures, tunc debent alii advocari ex loco vicino. 12.

Vt cenſuit in effectu à communi ſententia recedens Abb. *in d.*
c. propoſuiſti. 4. per ea, quæ traduntur in c. ſuggerit. q. 8. & in c. ſi
13. *fortè. diſtinct. 65. ubi dicitur, Si † debet deponi epiſcopus, & in*
provincia non ſit numerus ſufficiens, quòd debeant advocari epiſcopi
14. *vicini. Nec † huic concluſioni obſtat §. quod autem. Novell. conſtit.*
7. tit. 1. collat. 2. Quia loquitur in teſtimonio non præſtando in
figura judicii, ſed de quadam inſtructione extrajudiciali, in qua
non requiritur ita perfecta probatio. Si verò loquimur in cauſis le-
vioris præjudicii, ſufficit unus teſtis. c. quia indicante. Extr. de præ-
15. *ſcript. Etſi † autem* Abb. *in d. c. propoſuiſti. non explicet, quot te-*
ſtes in cauſis mediocribus requirantur: ſi tamen benè inſpiciatur
idem ſenſit in his, quod in cauſis gravioribus, ut nimirùm plures, quàm
unum in eis adeſſe peritum oporteat.

Concluſio XXVII.

16. DVmmodò † locus, undè debent vocari periti, non eſt mul-
tum remotus: *a* aliter, quàm ſi ſit magna locorum diſtan-
tia. nam tunc, ex communi ſententia, ſufficit unus. *b*

a] *Quemadmodum ſic intelligo & declaro ſententiam* Abb. *in*
d. c. propoſuiſti: 4. adductus l. 1. C. de canon. largitio. titulor. lib. 10.
17. *per quem text. dixit* Bart. *quòd † ſi Officialis deputatus in una pro-*
vincia deficit in provincia, Officialis vicinæ provinciæ debeat ſupplere
ejus miniſterium. Inſuper adducor etiam text. in c. 1. in fin. Ne ſed.
18. *vacant. in 6. ubi dicitur, quòd † ille, de cujus conſilio actus debet geri,*
debeat requiri, ſi eſt in loco vicino non multùm remoto, ſicut ſi eſſet in
loco: nam qui eſt vicinus loco, videtur eſſe in loco, quò ad commodita-
tem illius, qui ejus debet habere copiam. l. 4. § ſi ita vicinum ubi Bart.
ff. de dam. infect. b] *Per text. in d. c. 1. in fin. Ne ſed.*
vacant. in 6. & alia jura, allegata per Bart. *in d. l. 4. § ſi vicinum.*

Nam

Nam † & judex poteſt eligere unum peritum, cui credatur, l. ſi 19.
propter judicium. in princ. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. & utiq; altera parte contumace. l. 4. in fin. C. finit. reg. ſi vel ſaltem de modico agatur præjudicio, quamvis hoc ſit divinare ad illos text. vel alii non habeantur idonei, ut paulò inferiùs dicetur.

Concluſio XXVIII.

ET † omnium maximè, quando artifex, qui eſt in loco, ſit valdè excellens & multùm peritus. nam tunc in ſubſidium ſibi ſoli creditur.

l. ſeptimò. 12. ff. de ſtat. hom. ubi JC. *adprobat teſtimonium* 20.
etiam unius peritiſſimi in arte. Sic † gl. auctoritas eſt maxima:
prævalet enim aliis. Bart. *in l. ut vim. ff. de juſtit. & jur. adeò, quod* 21.
ubi cum opinione gloſſæ concordat aliquis Doctor, illa opinio ſit communis in judicando, ut dixit Jacob. de Butr. *in l. 1. C. qui pro ſua jurisd. Nam autoritas gl. omnes antecedit.* Bald. *in l. cùm hereditas. C. depoſit. Imò, gloſſa ſufficit pro textu, quando textus non reperitur.* Imol. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Concluſio XXIX.

UT † proindè, eum, qui credidit uni advocato peritiſſimo, 22.
vel opinioni alicujus Doctoris multùm excellentis, excuſari ab expenſis, non improbabiliter dicamus.

Sicut & cenſuit Joan. And. *in c. 1. De conſtit. in 6. quod retulit & eſt ſecutus* Abb. *in c. calumniam. in fin. Extr. de pœn. Quia juſtam credendi cauſam habuit. Vulgata † autem eſt regula, quæ ha-* 23.
bet: quòd qualibet cauſa, etiam injuſta, excuſet à dolo. l. igitur. §. poteſt potiſſimùm. ibi. Et generaliter. ff. de liberal. cauſ. l. Plagii. ibiq; gl. in verb. juſta. C. de plag. l. 1. §. fin. in fin. ff. de abig.

Imò,

Imò, omnis credulitas; quantumcunq; fatua excuſat aliquem à pœna doli, ut valdè eleganter dixit Angel. *in d. l. 1. in fin. princ. per d. l. plagii. ſicuti etiam quælibet cauſa, licet injuſta excuſat à mulcta. ut cenſuit gl. mag. in l. 1. in verb. hoc judicium. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. & in l. ex conſenſu. §. Eum, qui. in verb. non rectè, ante fin. ibi. quià non credebat. ff. de appell. Hinc pulchrè dixit* Bald. *in l. 1. C. ubi cauſ. ſtat: quòd bona fides poſſit cauſari etiam ex injuſtis & temerariis cauſis. Si igitur error etiam injuſtus excuſat à dolo & à contumacia & etiam à pœna mulcta; Quanto magis excuſabit juſta credulitas ab expenſis.*

Concluſio XXX.

24. CAEteroquin, † ſi non reperiatur in loco artifex tam valdè diſciplinatus, & inſigniter excellens in arte, unius periti dicto nullatenùs erit ſtandum.

Atq; hoc ſenſu concluſ. 26. vera eſſe poteſt, & quod tradidit Abb. *in d. c. propoſuiſti: 5. Niſi fortè res eſſet tàm facilis, ut bene poſſet di-*
25. *ſcerni per quemlibet mediocrem artificem. Ille † autem in dubio dicitur artifex benè peritus, qui diu benè ſe habuit in arte ſua, ut dixit eo text. adductus* Bart. *in l. 1. C. de Athlet. lib. 10.*

Concluſio XXXI.

26. QVemàdmodum † etiam nec tunc uni ſoli creditur, ſi pars producit peritum in forma teſtium: vel, unus eligitur à judice, vel producitur ab una partium.

c. propoſuiſti. 5. ext. de probat. l. lex quæ. ibi, ex multorum. ff. de
27. *adminiſtr. tutor. quia † magis eſt adprobata perſona ejus, qui eligitur à judice, præſentibus partibus, vel ab ipſis partibus, quàm ejus, qui producitur ab una parte dumtaxat: & ſic procedit diſtinctio* Bart. *in l. 1. C. de ponder. & aur. illat. lib. 12.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XXXII.

ET licèt † regulariter credatur peritis in arte; ubi tamen fieri debet probatio ad tollendam adſertionem factam de veritate, requiritur quòd teſtes ſint peritiſsimi. 28.

Vt cenſuit gl. notab. & menti tenenda. in c. ſi quis acceperit. 33. q. 1. Et † teſtes legaliſſimi admittuntur, etiamſi ex forma ſtatuti probatio ſieri debeat per ſcripturam. ut poſt Ant. de Butr. *in c. 2. ext. de probat. advertit* Marſ. *in rub. C. eod. nu. 4.* 29.

Concluſio XXXIII.

SEd † &, niſi ex actis adpareat, quod teſtis deponens de artis peritia, diligenter fuit interrogatus à judice, & examinatus, nihil quicquàm probat. 30.

l. ſemel. ubi Bart. *C de re milit. lib. 10. & tradit* Bald. *in l. ſolam. C. de teſtib. Quia † acta habent vim teſtium. l. ſancimus. C. de teſtam. qui aliàs requiruntur in actu. Quando enim actus ſit coram judice, non requiritur quòd interveniant teſtes; quia in judicio ſemper præſumitur multitudo teſtium, ut reſpondit* Schurff. *conſ. 77. num. 2. Cent. 1.* 31.

Concluſio XXXIV.

CVi † conſequens eſt, nihilomagis probare peritum ſi de artis peritia interrogatus, non reddidit cauſam ſcientiæ probabilem. 32.

Vt ſingulariter dixit Bart. *in d. l. ſemel. cum quo conſonant dicta per* Bald. *in d. l. teſtium. & quod traditur in c. cùm cauſam. Ext. de probat. Cùm † teſtis ad hoc ut concludat, debeat reddere cauſam ſcientiæ dicti ſui, per illum ſenſum corporis; quo actus ſuper quo deponit, perficitur. Semper enim attenditur ratio ſivè cauſa teſtis. Et ideò* Bald. *in l. conventiculam. col. 5. verſ. modo venit. C. de epiſ. & cler.* 33.

34. *tradit pulchram regulam: quòd † ubicunq́ dictum teſtis habeat ſe in plus, quàm ratio teſtis, tunc ratio minuat dictum, & ſi ratio ſit frivola & non concludens, quòd trahat ad ſe dictum, & non concludat, nec probet aliquid. & tradit* Bald. *in d.l. conventiculam. notabiliorem re-*
35. *gulam; videlicèt, quòd † ſemper ratio trahat ad ſe dictum, & in ſua natura convertat ipſum, & deſtruat dictum, ſi ei non congruat, quia tota virtus probationis conſiſtit in ratione.* Schurff. *conſ. 94. num. 3. 4. & 5. Cent. 1.*

Concluſio XXXV.

36. ET † teſtis ſi interrogatus de artis peritia, ſe dixerit peritum, & tamen de hoc non conſtet, niſi per ſuam adſertionem, probat quidem, ſed ita demùm, quando depoſuerit de qualitate ſibi inhærente & conteſtem habuerit. *a* nam ſi deponit de qualitate, quæ ſibi debet ineſſe, ut probet, non creditur ſoli ſuæ adſertioni. *b*

[a] Bald. *in c. 1. §. ſi inſtrumentum. nu. De not. feud. Non*
37. *† enim rejicitur teſtimonium ſuum proprium, licèt atteſtetur de qualitate ſua: quia per hoc non videtur atteſtari in cauſa propria, ſed potiùs ad utilitatem partis. Et dato, quòd in hoc ſuo dicto eſſet aliqua ſuſpicio: quaſi videatur hoc adſerere ut magis credatur dicto ſuo: iſta*
38. *tamen non eſt ſuſpicio probabilis: quia † qua ratione propter inſtrumentum non præſumitur dicere falſum in cauſa principali: ita nec in circumſtantiis reſpicientibus cauſam vel perſonam. arg. l. doli. verſ. diverſum. ff. de novat.*

39. [b] Bald. *in d. c. 1. §. ſi inſtrumentum. nu. Cùm † enim tunc ipſius dictum ſit ſingulare, non prodeſt ſibi. c. bonæ. Ext. de elect.*

Concluſio XXXVI.

40. QVomodo † &, ſi notarius inſtrumento atteſtatur de qualitate quæ dicitur ineſſe teſtium, dicto unius periti in arte ſtatur.

Bald.

Digitized by Google

Bald. *in c.1.§.ſi inſtrumentum. quia † ſtatur verbis ennunciativis notarii, ex quo de hac qualitate potuit fieri fides tempore examinationis, per ea quæ habentur in c. quoniam contra. Extr. de probat. & in l.1.C.de fid. inſtru. & jur. haſt. fiſc. lib. 10.* 41.

Concluſio XXXVII.

ELiguntur † autem periti ad teſtificandum de artis peritia 42.
vel de pertinentibus ad artem, ab ipſis partibus. Sin verò partes inter ſe diſſenſerint circa eligendum unum vel plures peritos, judex ſuas partes: quomodo & ſi altera pars eſt abſens, vel contumax, interponere, & peritum aliquem eligere debet.

l.3.in fin.C.fini. regund. l.in venditione. §.fin. ubi Bart. *ff. de bon. auctor. judic. fac. text. in l. jusjurandum quod ad. §. ſi de qualitate. ff. de jurejur. & tradit clarè* Bart. *in l. 1. §. quod reſcriptum. ff. de ventr. inſpiciend. &* Specul. *tit. de requiſit. conſil. §. 1. verſ. Et*
ſcias. Primò † ergò ſpectat electio ad partes: deinde ad judicem. 43.
Utrum autem qui eligit artificem malè peritum, teneatur ad intereſſe parti? colligi poteſt ex his, quæ ſingulariter tradit Bald. *in c.1.§. volumus. De pac. conſtant.*

Concluſio XXXVIII.

ET, † poſſunt artifices ſic electi, de artis peritia teſtificari, 44.
etiam non præſtito juramento de dicenda veritate, niſi quod de credulitate jurare teneantur.

l. Ait Prætor. 3. §. Unde Marcellus. 3. ff. de jurej. Bart. *in l.1.n.1. ff. de ventr. inſpic. & eſt communis omniū opinio, quam probavit ſecutusq; fuit* Joan. An. *in c. fraternitatis. ext. de frig. & maleſ. &* Bart. *in conſtit. 1. ff. præfixa. qui tamen ab hac communi ſententia aliqualiter deviat in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. ubi videtur velle, quòd † quando* 45.

committitur alicui declaratio à partibus, quod declaret intentionem ſuam ſuper aliquo, tunc non cogatur aliquis jurare indeclaratus, niſi lex ultrà procedat, ſicut fit in l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt.

Concluſio XXXIX.

46. SEmper † quidem: & maximè ſi committitur declaratio aliquibus peritis circa ea, quæ immediatè à peritia artis pen-
47. dent: *a* Secùs † atq; quando committitur ſimplex declaratio alicujus facti in aliquem, ut in bonum virum, quæ non requirit peritiam alicujus artis, nam tunc juramentum non requiritur. *b*

a] *Prout ipſe illam communem ſententiam, quam retulit* Joan.
48. And. *in d. c. fraternitatis, intelligo, ut † ſcil. ſemper requiratur juramentum credulitatis, ad hoc dumtaxat, ut ille qui habet dijudicare ſeu*
49. *inducere ſit diligentior. Hoc † autem inducere ſit propter periculum deceptionis, quod de facili contingit in ſimilibus, ut in c. cauſam, quæ. Ext. de probat.* b] *Et hoc ſenſu opinio* Bart. *in d. l. Theopompus. procedere poteſt.*

Concluſio XL.

50. NOn † aliter ergò, virginitatis probatio per aſpectum obſtetricum, aliarumq; honeſtarum & peritarum matronarum judicio committenda erit, illarumq; atteſtationibus in eo ſtandum, *a* quàm ſi ſuper credulitate juraverint, *b*

a] *Juxta c. cauſam. 14. ubi* Bald. *in fin. &* Felin. *in c. propoſuiſti. 4. ext. de probat.* Bero. *conſ. 33. nu. 12. lib. 1.* Maſcard. *de pro-*
51. *bat. concluſ. 1410. nu. 14.* Curt. *de teſtib. concluſ. 19. & 32. Ille † tamen modus probandi virginitatem per aſpectum, aliquando decipit. c. nec aliqua. 27. q. 1. & d. c. cauſam. 14. & ob id alius traditur modus*

Digitized by Google

modus à gl. in c. hac imago. 33. q. 5. de † linteamine ſanguinario in prima 52.
nocte, quia per illud arguitur quod erat virgo. Sed illam probationem mulier corrupta poſſet millies eludere, ut dixit Archid. *in d. c. hac imago.* b] *Vt cenſuit* Bart. *in l. 1. nu. 1. ff. de in ventr. inſpiciend. tradit* Angel. *in l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. &* Bart. *in d. l. 1. nu. 8. & in l. jurisjurandi. ubi. DD. C. de teſtib.* Maſcard. *de probat. nu. 1125. nu. 7. & 8. lib. 3.*

Concluſio XLI.

QVemadmodum † etiam, ubi modica requiritur peritia, ut 53.
quia res eſſet de facili perceptibilis per artem, non ſolùm creditur teſti perito in arte, ſed etiam ſi non ſit peritus.

Vt tradit Bart. *in l. de ætate. col. pen. ff. de minor. ubi dixit, quòd †* 54.
probatio alicujus qualitatis per aſpectum, poſſit fieri etiam ab imperito in arte, quando eſt qualitas, quæ communiter ſolet omnibus innoteſcere per aſpectum.

Concluſio XLII.

TEſtes † etiam deponentes de peritia artis debent eſſe ho- 55.
neſtæ perſonæ, non ſolùm periti. Vndè, † omnis exceptio, 56.
quæ poteſt repellere alium teſtem, videtur poſſe hunc repellere.

arg. c. cauſam. Ext. de probat. Nam † in teſtibus inprimis condi- 57.
tio eorum eſt exploranda, utrùm quis decurio, an plebejus ſit? & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an notatus & reprehenſibilis. l. 3. ff. de teſt.

Concluſio XLIII.

NIſi † quod publicatis atteſtationibus, contra ipſas novi, & 58.
ſic teſtes contrarii produci poſſint ſuper peritia: quinimò
† videtur etiam, quod induci teſtes poſſint de veritate depo- 59.
nentes, aliter quàm per peritiam. *b*

Digitized by Google

a] *Vt per iſtum text. cenſuit* Abb. *in d.c. cauſam. nam ratio illa, quæ illic adſertur, videtur eſſe generalis ad omnem caſum.*

b] *Et in hoc ego amplio doctrinam* Abbat. *in d.c. cauſam. etſi nonnulli dixerint, hoc ſpeciale eſſe in cauſa matrimoniali, ut ſequenti concluſ. dicetur.*

Concluſio. XLV.

60. Usq; † adeò, ut & judex dictum teſtis deponentis de peritia artis, poſſit corrigere ex officio, etiam parte non petente.

61. Bart. *in l. arbitro. ff. qui ſatisdar. cog. In † cauſis etenim in quibus exuberat officium judicis, ſicut in cauſa matrimoniali, beneficiali & ſimilibus, judex poteſt interponere officium ſuum, non ſolum in his, quæ non poteſt pars. c. conſtitutus. ext. de appellat. c. cùm nobis olim. extr. de Elect. ſed etiam in his, quæ poteſt. ut ſenſit* Joan. And. *in d.c. cauſam. nam quia ibi agitur de matrimonio diſſolvendo, pars poterat producere teſtes publicatis atteſtationibus, ſecundum communem intellectum, qui habet, quod hoc ſit ſpeciale in cauſa matrimonii, id eſt, quod judex ex officio ſuo hoc facit. d. c. cauſam. in fin. Pro hac concluſione facit etiam c. exceptionem. in fin. extr. de except. ex quo*
62. *patet, quòd † licèt pars poſſit expellere excommunicatum, in quacunq; lite: hoc tamen etiam poſſit judex, ſi pars non facit: quia agitur*
63. *de periculo animæ. Sed forte ibi eſt alia ratio ſpecialior, quia † intereſt judicis non communicare excommunicato.*

Concluſio XLV.

64. Quocirca † ſententia prætextu artis peritiæ lata, retractari poteſt, ſi poſt ſententiam producuntur peritiores, qui reprobent primos.

Vt advertit Joan. And. *ad* Specul. *tit. de homicid.* §. *1. verſ. ſed ponè. ſicut* † *ſententia retractatur, lata per falſos teſtes.* 65.
l. Divus. 32. ff. de re judic. c. licèt. 9. Extr. de probat. & hanc ſententiam confirmat Anton. de Butr. *in c. propoſuiſti. Extr. de probat. per ea, quæ habentur in l. admonendi. ff. de jurejur. & in c. 2. ext. de purgat. vulgar.*

Concluſio XLVI.

NOn † tamen ſemper retractabilis eſt illa ſententia: ſed tunc 66.
ſolùm, quando judex dicta peritorum ſibi referentium poteſt ipſe corrigere, interrogando peritiores: *a* contra, † 67.
quando ſententia tranſivit in judicatum jàm ante: nam illa ſententia retractari nequit. *b*.

a] *Vt tradit ſingulariter* Bart. *in terminis in l. arbitro. ff. qui ſatisdar. cog. quo ſenſu opinio* Joan. Andr. *relata ad* Specul. *tit. de homicid.* §. *1. verſ. ſed ponè. accipi debet, quæ etiam, ut communis, probatur clarè, ex c. cùm dilecti. in princ. Extr. de purgat. cano. ubi dicitur, quod* † *condemnatus, quia deficit in purgatione, nihilo-* 68.
minus poteſt iterum purgari, non obſtante ſententia condemnatoria: licèt † *ad illam textum dici poſſet, quod ſequens purgatio non* 69.
enervat virtutem prioris ſententiæ, ſed fit ad evitandam novam pœnam, quæ cauſatur ex delicto continuato poſt primam punitionem, juxta not. in c. cùm non ab homine. Extr. de judic.

b] *Vt docuit* Abb. *in d. c. propoſuiſti. 4. adſerens fundamentum* Joan. And *falſum eſſe, quia* † *ſententia non retractatur ſemper & regu-* 70.
lariter prætextu falſorum teſtiū, qui ſint corrupti, ut traditur in c. licèt cauſam 9. ext. de prob. Præt [illegible] *ſi per certas probationes non re-* 71.
tractatur ſententia. Ergò n [illegible] *per* [illegible] *ſumptivas, vel ad mi-*
nus, à pari, nō debet retract [illegible] *ri* [illegible] *poteſt † enim eſ-* 72.
ſe, quòd minus [illegible] *de* [illegible] *ritiores, l. 1. verſ.*
ſed

Digitized by Google

ſed neq; C. de vet. jur. enucle. Nec obſtat l. admonendi. ff. de jurejur. Quia ibi probatio privilegiata confunditur per probationem claram. 73. *Cum † probatio de novo reperta etiam tribuat juſtam cauſam retractationi. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. capit. paſtoralis. Ext. de except. Sed in Concluſio. 45. agitur de retractando primas probationes privilegiatas, per probationes ejuſdem generis. Vnde quia non eſt eadem ratio. Ergò †* 74. *non debet fieri extenſio in materia exorbitanti. l. lege Julia. §. hoc capite. ff. de rit. nupt. c. quæ contra. 64. De reg. jur. Et hanc ſententiam de jure credo eſſe veriſſimam, adductus* Primò, *per text. in l. comparationes. in fin. C. de fid. inſtru. ubi dicitur, quod, †* 75. *quamvis modus comparationis illius legis ſit melior & perfectior, quàm antiqua: tamen comparationes, jàm factæ non debent retractari, ne oriatur ſcandalum & periculum. Cui †* 76. *conſequens eſt, quòd de eo, de quo eſt judicatum reſpectu peritiæ, non poſſit ampliùs quæri.* Secundò, *moveor per text. in l. ſi propter. in princ. junct. l. ſi duobus. § fin ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer: nam text. in d. l. ſi propter. dicit, †* 77. *ſi menſor adſumitur à judice vel à litigante, & decipit partem, & pars reſpectu ſuæ relationis eſt abſoluta, quòd competat actio in factum contra menſorem, quæ non competeret, ſi remedium daretur contra ſententiam latam parti adverſæ. d. l. ſi duobus. §. fin. Et †* 78. *licèt text. ille loquatur in contractu extrajudiciali: tamen ratio ejus eſt, quia eſt ſuccurri contra alium, unde ratio illa facit generalem regulam, ſivè in judicio, ſivè extra, ut aperuit gl. in d. l. ſi propter.* Tertiò, *moveor per l. 2. §. poſtea. ff de orig. iur. ubi probatur, †* 79. *quod ſi quis eſt deputatus tanquàm peritus ad interpretandum jus, ſi ſua interpretatio lædit partem, debet appellari: & ſic videtur, quòd non competat ſibi, niſi remedium ordinarium.* Quartò, *†* 80. *adducitur text. in l. ult. in fin. C. de fid. inſtrum. ubi interlocutoria lata ſuper adprobatione inſtrumenti, quod dicebatur ſuſpectum de falſo, & ex ipſius inſpectione fuit adprobatum,*

Digitized by Google

tum poteſt revocari ante diffinitivam ſententiam, ſed non poſt Bald. *in d. l. fin.*

Concluſio XLVII.

NEc † aliter ſententia lata prætextu peritiæ artis poteſt re- 81.
tractari, quàm ſi fuerit interlocutoria, poſt ſe diffinitivam expectante. *a* nam † ſententia diffinitiva prætextu artis peritiæ 82.
lata, non videtur poſſe retractari: ut nec interlocutoria, quæ habet vim diffinitivæ. *b*

a] *Vt eſt caſus ſingularis & pulcher in Novell. conſtit. 49. de inſtru. caut. & fid. circa princ. in verb. oblato. non cavillando text. Collat. 6. & fac. text. & quod tradit* Bart. *in l. in arbitro. ff. qui ſatisd. cog. Nec obſtat text. in c. 2. ext. de purg. vulg. Quia ibi ſententia fuit lata per probationem, reprobatam à jure: unde eſt nulla ipſo jure, ut docuit* Bald. *in l. libertorum. C. de teſtib. Non etiam obſtat text. in c. fraternitatis. Ext. de frigid. & malefic. Quia † ibi eſt ſpe- 83.
ciale in cauſa matrimonii, in qua ſententia non tranſit in rem judicatam. Et hanc partem ſenſit quoq; gl. in c. ex tuarum. Ext. de purgat. cano. & probat l. videamus. §. pen. ff. de in lit. jur. ubi † ad hoc ut re- 84.
tractetur juramentum in litem, requiritur, quòd duo concurrant copulativè, quòd ſubſit magna cauſa: & quòd probatio ſit de novo reperta.*

b] *l. in fin. C. de fid. inſtru. l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de minor. & docuit* Bart. *in l. de ætate. nu. ff. eod.*

Concluſio XLVIII.

EX † quibus pro ſingulari infertur, ſententiam ad conſilium 85.
peritorum, latam, nunquàm tranſire in judicatum: quin omni tempore ſit revocabilis: *a* ſicut † quando ſententia fer- 86.
tur prætextu probationis præſumptivæ, id eſt, per præſumptiones juris. *b*

a] Bald. *in l. ſi ab hoſtibus. §. fin ff. ſolut. matri. & tradunt cæte-*
87. *ri in l. admonendi. ff. de jurejur. quia † ſapiente haberi ſemper poſſunt ſapientiores: & ejus dicta non neceſſitant, ſed ſunt tantùm probabilia, ut traditur in §. reſponſa. inſtit. de jur. natural. gent. & civil. Et hanc concluſionem ex communi omnium ſententia probavit* Imol. & Roma. *in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. heredit. & conſ. 228.* Alex. *in l. ab hoſtibus. ff. ſolut. matri. &* Jaſ. *in rep. l. admonendi. ff. de jurejur.*

88. b] *l. ſi qui adulterii. C. de adult. † quia ſententia lata ex præſumptionibus retractatur ex præſumptione juris & de jure, quæ facit aliquem haberi pro confeſſo & convicto, d. l. ſi qui adulterii. in fin.*
89. *Hoc † autem eſt regulare, quod prætextu probationis notorii ſententia retractatur.* Innoc. *in c. quia plerīq;. Ext. de immunit. eccleſ.*
90. *Sicut † ergò ſententia lata ex veris probationib. retractatur, ſi conſtat de ejus iniquitate per confeſſionem partis veram. c. quoniam contra.*
91. *Ext. de probat. Ita † ſententia lata ex præſumptionibus retractatur, ſi conſtat de iniquitate ipſius per notorium præſumptionis vel per con-*
92. *feſſionem fictam, ut docuit* Bald. *in d. c. quoniam contra.* Bart. *† autem in l. abſentem. 5. in princ. ff. de pœn. dixit indiſtinctè & fortiùs, quod contra præſumptionem juris & de jure admittitur probatio in contrarium, per confeſſionem fictam: cujus concluſio videtur pro-*
93. *bari in d. l. abſentem. quam † tamen ipſe non allegat. Nam illic præſumptio juris tranſivit in præſumptionem juris & de jure propter ſententiam: & tamen admittitur probatio per confeſſionem fictam. Di-*
94. *xit † etiam valdè ſingulariter* Angel. *in l. 1. in fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. quòd quando fertur ſententia ex probatione privilegiata, à qua non poteſt appellari ex forma legis vel ſtatuti, ſemper poſſit oſtendi de iniquitate talis ſententiæ, per viam querelæ. ut & ante eum docuit* Innocent. *in c. tua. Extra. de cohabitat. cleric. & mulier.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XLIX.

NIſi † quòd, ex generali totius ferè orbis conſuetudine & inprimis provinciali Saxonum, receptum fuerit, ſententias publicatas nomine Scabinatuum aut aliorum collegiorum Juridicorum in rem judicatam tranſire, etiamſi nomina judicum, coram quibus cauſa tractatur, in iis expreſſa non ſint. 95.

Vt eſt apud Abbat. *in d. c. propoſuiſti. num. 11. ibi. Tertiò, circa hoc cadit dubium. &* Deci. *conſ. 278. in fin. & conſtitutum eſt hoc ita à D. Auguſto Elector. Saxon. Conſtit. 27. part. 1. & hoc ſenſu contraria opinio* Decim. *& aliorum quos retulit* Moller. *ad d. Conſtit. 27. num. 2. vera eſſe & procedere poteſt.*

DE DOMESTICIS.

PARS XVI.

1. *Domeſtici qui dicantur? num. 3. 7. 11. 13. 14. 33. & 37. dici an poſſint cohabitantes in unis ædibus? num. 9. colonus, adſcriptitius & libertus? num. 23. & 38. & quomodo? num. 55. & 100. an ſint ſubditi alicujus principis? num. 34. à ferendo teſtimonio an repellantur? num. 39. & quatenus? num. 41. 80. 90. 122. 124. 125. 128. 130. 133. 134. & 135. quando adhiberi teſtes poſſint in ſubſidium? nu. 49. 50. 53. & 113. ubi ſint teſtes omninò integri & cæteris præſtantiores? num. 52. & 76. & prorſus inidonei? num. 61. & 90. in quibus ſint teſtes idonei? nu. 79. 82. & 113. in teſtamento quando in teſtimonium adhibendi? num 83. qui in teſtamento teſtes eſſe poſſint? num. 84. vel non? num. 86. & 88.*
2. *Domeſticum teſtimonium, quod dicatur? an ſit efficax in teſtamento? nu. 87.*

4. *Familiaritas qualiter contrahatur? nu. 25, quotupliciter conſideretur circa teſtes? nu. 26. 27. & 28.*

5. *Domeſticitatis obſtacula, quando ceſſent? unde contrahantur? nu. 10. nomen, quomodo accipiatur in c. ſicut. De verb. ſignif. in 6. nu. 8. privilegium, ad quos porrigatur? nu. 21. præſumptio an tollatur ex perſonarum honeſtate? nu. 42.*

6. *Legatum uxori factum, quatenus debeatur?*

7. *Domus, quibus conſtet?*

11. *Cohabitatio cujus ſit effectus? qualiter faciat domeſticum? nu. 101.*

12. *Domeſticus, in quo coæquatur ſubdito? num. 38. an ſit & dicatur familiaris, & contra? num. 25. quis propriè dicatur? nu. 37. teſtis an ſuppleat defectum alterius? nu. 46. an contra domeſticum dicere teſtimonium poſſit? nu. 110. & 111. partis adverſæ, in quem teſtis produci queat? nu. 112. expulſus à ſuo domino, an pro eo poſſit teſtificari? n. 128.*

14. *Conſanguineus, an habeatur pro domeſtico? nu. 31. qualis ſit teſtis in cauſa matrimonii? nu. 74. an ſit teſtis melior cæteris? nu. 75.*

15. *Declaratur text. in l. præſenti. §. ſanè enim. in verb. domeſtica. C. de his, qui ad eccleſ. confug.*

16. *Mercenarii nomen qualiter accipiatur? an ſint propriè domeſtici? nu. 55. & teſtes idonei? nu. 100. ſi ſunt à domino dimiſſi, quid juris? num. 122. 124. 125. 130. & 133.*

17. *Familiæ nomen, quotuplex ſit? nu. 19. quod dicatur religioſum? nu. 20.*

22. *Stipulatio quando committatur, ſi ſtipulor:* per te non fieri, quò minùs illa domo mihi uti liceat.

24. *Superioritas an faciat, quem dici domeſticum?*

29. *Familiaris idem eſt atq; domeſticus, & è regione.*

31. *Conſanguinitas an ſit idem cum domeſticitate? nu. 32.*

33. *Vxor dicitur domeſtica: & unde? nu. 35. an in cauſa ſui mariti eſſe teſtis poſſit? nu. 104. quomodo à marito ſit caſtiganda? nu. 106. an*

Digitized by Google

106. an ſit famula viri? nu. 107. pro fratre, quando teſtis eſſe poſſit? nu. 109.
36. Regia poteſtas, in quo diſtinguatur à poteſtate dominica?
40. Teſtes inidonei qui dicantur? plures, an & quid probent? nu. 46. & 48. utrùm admittantur in cauſa matrimonii? nu. 51. domeſtici, pro idoneis admiſſi, an reprobari poſſint? nu. 58. utrùm recipiantur ſuper cauſa matrimoniali? nu. 61. & 62. in teſtamento, qui adhiberi queant, vel non? nu. 85. 86. & 88. plures, an ex una domo requiri liceat? nu. 85.
44. Reverentia an præſupponat metum reverentialem? inducat actus reſciſſionem? quanti ſit effectus circa teſtium productionem? nu. 127.
45. Metus reverentialis, ubi obſtet actui?
47. Numerus teſtium, quando dicatur ſupplere defectum aliorum?
54. Filius & ſervus qualiter & quando poſſint teſtificari in ſubſidium pro patre & domino? nu. 56. & 57. familiàs, in quo teſtari poſſit? nu. 86.
55. Coloni & ſimiles an ſint verè domeſtici? & teſtes omni exceptione majores? nu. 100.
59. Extranei teſtes an præferantur domeſticis? & ubi? nu. 52. vel conſanguineis? num. 74. & 77.
60. Intellectus ad l. quotiès. C. de naufrag. lib. 10.
61. Copula carnalis, per quos probetur?
62. Domeſtica qui ſcire præſumantur? nu. 91. facta, an & quando probentur per extraneos? nu. 76.
63. Matrimoniali in cauſa cur repellantur domeſtici? an deferatur juramentum ſuppletivum? nu. 65. cujus juris obſervetur diſpoſitio? nu. 81.
64. Criminali in cauſa teſtes eſſe utrùm poſſint collegiati? num. 92. & 93. item domeſtici? nu. 90. & 94. ac quomodo? nu. 96.
66. Cauſa matrimonii dicitur eſſe gravis: ad quos ſpecialiater examinanda pertineat? nu. 67. cui æquiparetur? nu. 80.

Digitized by Google

committitur alicui declaratio à partibus, quod declaret intentionem ſuam ſuper aliquo, tunc non cogatur aliquis jurare in declaratus, nisi lex ultrà procedat, ſicut fit in l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt.

Concluſio XXXIX.

46. SEmper † quidem : & maximè ſi committitur declaratio aliquibus peritis circa ea, quæ immediatè à peritia artis pen-
47. dent: *a* Secùs † atq; quando committitur ſimplex declaratio alicujus facti in aliquem, ut in bonum virum, quæ non requirit peritiam alicujus artis, nam tunc juramentum non requiritur, *b*

a] *Prout ipſe illam communem ſententiam, quam retulit* Joan.
48. And. *in d. c. fraternitatis, intelligo, ut † ſcil. ſemper requiratur juramentum credulitatis, ad hoc dumtaxat, ut ille qui habet dijudicare ſeu*
49. *inducere ſit diligentior. Hoc † autem inducere ſit propter periculum deceptionis, quod de facili contingit in ſimilibus, ut in c. cauſam, quæ. Ext. de probat.* b] *Et hoc ſenſu opinio* Bart. *in d. l. Theopompus. procedere poteſt.*

Concluſio XL.

50. NOn † aliter ergò, virginitatis probatio per aſpectum obſtetricum, aliarumq; honeſtarum & peritarum matronarum judicio committenda erit, illarumq; atteſtationibus in eo ſtandum, *a* quàm ſi ſuper credulitate juraverint, *b*

a] *Juxta c. cauſam. 14. ubi* Bald. *in fin. &* Felin. *in c. propoſuiſti. 4. ext. de probat.* Bero. *conſ. 33. nu. 12. lib. 1.* Maſcard. *de pro-*
51. *bat. concluſ. 1410. nu. 14.* Curt. *de teſtib. concluſ. 19. & 32. Ille † tamen modus probandi virginitatem per aſpectum, aliquando decipit. c. nec aliqua. 27. q. 1. & d. c. cauſam. 14. & ob id alius traditur*

modus

Digitized by Google

modus à gl. in c. hac imago. 33. q. 5. de † linteamine ſanguinario in prima 52.
nocte, quia per illud arguitur quod erat virgo. Sed illam probationem mulier corrupta poſſet millies eludere, ut dixit Archid. *in d. c. hac imago.* b] *Vt cenſuit* Bart. *in l. 1. nu. 1. ff. de in ventr. inſpiciend. tradit* Angel. *in l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. &* Bart. *in d. l. 1. nu. 8. & in l. jurisjurandi. ubi. DD. C. de teſtib.* Maſcard. *de probat. nu. 1125. nu. 7. & 8. lib. 3.*

Concluſio XLI.

QVemadmodum † etiam, ubi modica requiritur peritia, ut 53.
quia res eſſet de facili perceptibilis per artem, non ſolùm creditur teſti perito in arte, ſed etiam ſi non ſit peritus. a

Vt tradit Bart. *in l. de ætate. col. pen. ff. de minor. ubi dixit, quòd †* 54.
probatio alicujus qualitatis per aſpectum, poſſit fieri etiam ab imperito in arte, quando eſt qualitas, quæ communiter ſolet omnibus innoteſcere per aſpectum.

Concluſio XLII.

TEſtes † etiam deponentes de peritia artis debent eſſe ho- 55.
neſtæ perſonæ, non ſolùm periti. Vndè, † omnis exceptio, 56.
quæ poteſt repellere alium teſtem, videtur poſſe hunc repellere. a

arg. c. cauſam. Ext. de probat. Nam † in teſtibus inprimis condi- 57.
tio eorum eſt exploranda, utrùm quis decurio, an plebejus ſit? & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an notatus & reprehenſibilis. l. 3. ff. de teſt.

Concluſio XLIII.

NIſi † quod publicatis atteſtationibus, contra ipſas novi, & 58.
ſic teſtes contrarii produci poſsint ſuper peritia: a quinimò
† videtur etiam, quod induci teſtes poſsint de veritate depo- 59.
nentes, aliter quàm per peritiam. *b*

a] *Vt per iſtum text. cenſuit* Abb. *in d. c. cauſam. nam ratio illa, quæ illic adſertur, videtur eſſe generalis ad omnem caſum.*

b] *Et in hoc ego amplio doctrinam* Abbat. *in d. c. cauſam. etſi nonnulli dixerint, hoc ſpeciale eſſe in cauſa matrimoniali, ut ſequenti concluſ. dicetur.*

Concluſio XLV.

60. USq; † adeò, ut & judex dictum teſtis deponentis de peritia artis, poſsit corrigere ex officio, etiam parte non petente.

61. Bart. *in l. arbitro. ff. qui ſatisdar. cog. In † cauſis etenim, in quibus exuberat officium judicis, ſicut in cauſa matrimoniali, beneficiali & ſimilibus, judex poteſt interponere officium ſuum, non ſolum in his, quæ non poteſt pars. c. conſtitutus. ext. de appellat. c. cùm nobis olim. extr. de Elect. ſed etiam in his, quæ poteſt. ut ſenſit* Joan. And. *in d. c. cauſam. nam quia ibi agitur de matrimonio diſſolvendo, pars poterat producere teſtes publicatis atteſtationibus, ſecundum communem intellectum, qui habet, quod hoc ſit ſpeciale in cauſa matrimonii, id eſt, quod judex ex officio ſuo hoc facit. d. c. cauſam. in fin. Pro hac concluſione facit etiam c. exceptionem. in fin. extr. de except. ex quo*
62. *patet, quod † licèt pars poſſit expellere excommunicatum, in quacunq; lite: hoc tamen etiam poſſit judex, ſi pars non facit: quia agitur*
63. *de periculo animæ. Sed fortè ibi eſt alia ratio ſpecialior, quia † intereſt judicis non communicare excommunicato.*

Concluſio XLV.

64. QVocircà † ſententia prætextu artis peritiæ lata, retractari poteſt, ſi poſt ſententiam producuntur peritiores, qui reprobent primos.

Vt ad-

Ut advertit Joan. And. *ad* Specul. *tit. de homicid.* §. *1. verſ. ſed ponè. ſicut † ſententia retractatur, lata per falſos teſtes.* 65.
l. Divus. 32. ff. de re judic. c. licèt. 9. Extr. de probat. & hanc ſententiam confirmat Anton. de Butr. *in c. propoſuiſti. Extr. de probat. per ea, quæ habentur in l. admonendi. ff. de jurejur. & in c. 2. ext. de purgat. vulgar.*

Concluſio XLVI.

NOn† tamen ſemper retractabilis eſt illa ſententia: ſed tunc 66.
ſolùm, quando judex dicta peritorum ſibi referentium poteſt ipſe corrigere, interrogando peritiores: *a* contra, † 67.
quando ſententia tranſivit in judicatum jàm ante: nam illa ſententia retractari nequit. *b.*

a] *Vt tradit ſingulariter* Bart. *in terminis in l. arbitro. ff. qui ſatisdar. cog. quo ſenſu opinio* Joan. Andr. *relata ad* Specul. *tit. de homicid.* §. *1. verſ. ſed ponè. accipi debet, quæ etiam, ut communis, probatur clarè, ex c. cùm dilecti. in princ. Extr. de purgat. cano.*
ubi dicitur, quod † condemnatus, quia deficit in purgatione, nihilo- 68.
minùs poteſt iterùm purgari, non obſtante ſententia condemnatoria: licèt † ad illum textum dici poſſet, quod ſequens purgatio non 69.
enervat virtutem prioris ſententiæ, ſed fit ad evitandam novam pœnam, quæ cauſatur ex delicto continuato poſt primam punitionem, juxta not. in c. cùm non ab homine. Extr. de judic.

b] *Vt docuit* Abb. *in d. c. propoſuiſti. 4. adſerens fundamentum* Joan. And *falſum eſſe, quia † ſententia non retractatur ſemper & regu-* 70.
lariter prætextu falſorum teſtiũ, qui ſint corrupti, ut traditur in c. licèt cauſam 9. ext. de prob. Præterea, † ſi per certas probationes non re- 71.
tractatur ſententia. Ergò multominus per præſumptivas, vel ad minus, à pari, nõ debet retractari præſumptiva probatio. Poteſt † enim eſ- 72.
ſe, quòd minus periti videant aliquando plus, quàm peritiores, l. 1. verſ. ſed

ſed necq́. C. de vet. jur. enucle. Nec obſtat l. admonendi. ff. de jurejur. Quia ibi probatio privilegiata confunditur per probationem claram. Cùm † probatio de novo reperta etiam tribuat
73. *justam cauſam retractationi. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. capit. paſtoralis. Ext. de except. Sed in Concluſio. 45. agitur de retractando primas probationes privilegiatas, per probationes ejusdem generis. Vnde quia non eſt eadem ratio. Ergò †*
74. *non debet fieri extenſio in materia exorbitanti. l. lege Julia. §. hoc capite. ff. de rit. nupt. c. quæ contra. 64. De reg. jur. Et hanc ſententiam de jure credo eſſe veriſſimam, adductus* Primò, *per text. in l.*
75. *comparationes. in fin. C. de fid. inſtru. ubi dicitur, quòd, † quamvis modus comparationis illius legis ſit melior & perfectior, quàm antiqua: tamen comparationes, jam facta non debent retractari, ne oria-*
76. *tur ſcandalum & periculum. Cui † conſequens eſt, quòd de eo, de quo eſt judicatum reſpectu peritiæ, non poſſit ampliùs quæri.* Secundò, *moveor per text. in l. ſi propter. in princ. junct. l. ſi duobus. § fin ff.*
77. *ſi menſ. falſ. mod. dixer. nam text. in d. l. ſi propter. dicit, † ſi menſor adſumitur à judice vel à litigante, & decipit partem, & pars reſpectu ſuæ relationis eſt abſoluta, quòd competat actio in factum contra menſorem, quæ non competeret, ſi remedium daretur contra ſententiam*
78. *latam parti adverſa. d. l. ſi duobus. §. fin. Et † licèt text. ille loquatur in contractu extrajudiciali: tamen ratio ejus eſt, quia eſt ſuccurri contra alium, unde ratio illa facit generalem regulam, ſivè in judicio, ſivè extra, ut aperuit gl. in d. l. ſi propter.* Tertiò, *moveor per l. 2. §.*
79. *poſtea. ff de orig. iur. ubi probatur, † quòd ſi quis eſt deputatus tanquàm peritus ad interpretandum jus, ſi ſua interpretatio lædit partem, debet appellari: & ſic videtur, quòd non competat ſibi, niſi remedium*
80. *ordinarium.* Quartò, *† adducitur text. in l. ult. in fin. C. de fid. inſtrum. ubi interlocutoria lata ſuper adprobatione inſtrumenti, quod dicebatur ſuſpectum de falſo, & ex ipſius inſpectione fuit adproba-*

tum,

Digitized by Google

tum poteſt revocari ante diffinitivam ſententiam, ſed non poſt Bald. *in d. l. fin.*

Concluſio XLVII.

NEc † aliter ſententia lata prætextu peritiæ artis poteſt re- 81.
tractari, quàm ſi fuerit interlocutoria, poſt ſe diffinitivam expectante. *a* nam † ſententia diffinitiva prætextu artis peritiæ 82.
lata, non videtur poſſe retractari: ut nec interlocutoria, quæ habet vim diffinitivæ. *b*

a] *Vt eſt caſus ſingularis & pulcher in Novell. conſtit. 49. de inſtru. caut. & fid. circa princ. in verb. oblato. non cavillando text. Collat. 6. & fac. text. & quod tradit* Bart. *in l. in arbitro. ff. qui ſatisd. cog. Nec obſtat text. in c. 2. ext. de purg. vulg. Quia ibi ſententia fuit lata per probationem, reprobatam à jure: unde eſt nulla ipſo jure, ut docuit* Bald. *in l. libertorum. C. de teſtib. Non etiam obſtat text. in c. fraternitatis. Ext. de frigid. & malefic. Quia † ibi eſt ſpe-* 83.
ciale in cauſa matrimonii, in qua ſententia non tranſit in rem judicatam. Et hanc partem ſenſit quoq; gl. in c. ex tuarum. Ext. de purgat. cano. & probat l. videamus. §. pen. ff. de in lit. jur. ubi † ad hoc ut re- 84.
tractetur juramentum in litem, requiritur, quòd duo concurrant copulativè, quòd ſubſit magna cauſa: & quòd probatio ſit de novo reperta. b] *l. in fin. C. de fid. inſtru. l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de minor. & docuit* Bart. *in l. de ætate. nu. ff. eod.*

Concluſio XLVIII.

EX † quibus pro ſingulari infertur, ſententiam ad conſilium 85.
peritorum, latam, nunquàm tranſire in judicatum: quin omni tempore ſit revocabilis: *a* ſicut † quando ſententia fer- 86.
tur prætextu probationis præſumptivæ, id eſt, per præſumptiones juris. *b*

a] Bald. *in l. ſi ab hoſtibus. §. fin ff. ſolut. matri. & tradunt cæte-*
87. *ri in l. admonendi. ff. de jurejur. quia † ſapiente haberi ſemper poſſunt ſapientiores: & ejus dicta non neceſſitant, ſed ſunt tantùm probabilia, ut traditur in §. reſponſa. inſtit. de jur. natural. gent. & civil. Et hanc concluſionem ex communi omnium ſententia probavit* Imol. & Roma. *in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. heredit. & conſ. 228.* Alex. *in l. ab hoſtibus. ff. ſolut. matri. &* Jaſ. *in rep. l. admonendi. ff. de jurejur.*

88. b] *l. ſi qui adulterii. C. de adult. † quia ſententia lata ex præſumptionibus retractatur ex præſumptione juris & de jure, quæ facit aliquem haberi pro confeſſo & convicto. d. l. ſi qui adulterii. in fin.*
89. *Hoc † autem eſt regulare, quod prætextu probationis notorii ſententia retractatur.* Innoc. *in c. quia plerique. Ext. de immunit. eccleſ.*
90. *Sicut † ergò ſententia lata ex veris probationib. retractatur, ſi conſtat de ejus iniquitate per confeſſionem partis veram. c. quoniam contra.*
91. *Ext. de probat. Ita † ſententia lata ex præſumptionibus retractatur, ſi conſtat de iniquitate ipſius per notorium præſumptionis vel per con-*
92. *feſſionem fictam, ut docuit* Bald. *in d. c. quoniam contra.* Bart. † *autem in l. abſentem. 5. in princ. ff. de pœn. dixit indiſtinctè & fortiùs, quod contra præſumptionem juris & de jure admittitur probatio in contrarium, per confeſſionem fictam: cujus concluſio videtur pro-*
93. *bari in d. l. abſentem. quam † tamen ipſe non allegat. Nam illic præſumptio juris tranſivit in præſumptionem juris & de jure propter ſententiam: & tamen admittitur probatio per confeſſionem fictam. Di-*
94. *xit † etiam valdè ſingulariter* Angel. *in l. 1. in fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. quòd quando fertur ſententia ex probatione privilegiata, à qua non poteſt appellari ex forma legis vel ſtatuti, ſemper poſſit oſtendi de iniquitate talis ſententiæ, per viam querelæ. ut & ante eum docuit* Innocent. *in c. tua. Extra. de cohabitat. cleric. & mulier.*

Con-

Concluſio XLIX.

NIſi † quòd, ex generali totius ferè orbis conſuetudine, 95.
& inprimis provinciali Saxonum, receptum fuerit, ſententias publicatas nomine Scabinatuum aut aliorum collegiorum Juridicorum in rem judicatam tranſire, etiamſi nomina judicum, coram quibus cauſa tractatur, in iis expreſſa non ſint.

Vt eſt apud Abbat. *in d. c. propoſuiſti. num. 11. ibi. Tertiò, circa hoc cadit dubium. &* Deci. *conſ. 278. in fin. & conſtitutum eſt hoc ita à D. Auguſto Elector. Saxon. Conſtit. 27. part. 1. & hoc ſenſu contraria opinio* Decim. *& aliorum quos retulit* Moller. *ad d. Conſtit. 27. num. 2. vera eſſe & procedere poteſt.*

DE DOMESTICIS.

PARS XVI.

1. Domeſtici qui dicantur? num. 3. 7. 11. 13. 14. 33. & 37. dici an poſſint cohabitantes in unis ædibus? num. 9. colonus, adſcriptitius & libertus? num. 23. & 38. & quomodo? num. 55. & 100. an ſint ſubditi alicujus principis? num. 34. à ferendo teſtimonio an repellantur? num. 39. & quatenus? num. 41. 80. 90. 122. 124. 125. 128. 130. 133. 134. & 135. quando adhiberi teſtes poſſint in ſubſidium? nu. 49. 50. 53. & 113. ubi ſint teſtes omninò integri & cæteris præſtantiores? num. 32. & 76. & prorſus inidonei? num. 61. & 90. in quibus ſint teſtes idonei? nu. 79. 82. & 113. in teſtamento quando in teſtimonium adhibendi? num 83. qui in teſtamento teſtes eſſe poſſint? num. 84. vel non? num. 86. & 88.

2. Domeſticum teſtimonium, quod dicatur? an ſit efficax in teſtamento? nu. 87.

4. *Familiaritas qualiter contrahatur? nu. 25, quotupliciter conſideretur circa teſtes? nu. 26. 27. & 28.*

5. *Domeſticitatis obſtacula, quando ceſſent? undè contrahantur? nu. 10. nomen, quomodo accipiatur in c. ſicut. De verb. ſignif. in 6. nu. 8. privilegium, ad quos porrigatur? nu. 21. præſumptio an tollatur ex perſonarum honeſtate? nu. 42.*

6. *Legatum uxori factum, quatenus debeatur?*

7. *Domus, quibus conſtet?*

11. *Cohabitatio cujus ſit effectus? qualiter faciat domeſticum? nu. 101.*

12. *Domeſticus, in quo coæquatur ſubdito? num. 38. an ſit & dicatur familiaris, & contra? num. 25 quis propriè dicatur? nu. 37. teſtis an ſuppleat defectum alterius? nu. 46. an contra domeſticum dicere teſtimonium poſſit? nu. 110. & 111. partis adverſæ, in quem teſtis produci queat? nu. 112. expulſus à ſuo domino, an pro eo poſſit teſtificari? n. 128.*

14. *Conſanguineus, an habeatur pro domeſtico? nu. 31. qualis ſit teſtis in cauſa matrimonii? nu. 74. an ſit teſtis melior cæteris? nu. 75.*

15. *Declaratur text. in l. præſenti. §. ſanè enim. in verb. domeſtica. C. de his, qui ad eccleſ. confug.*

16. *Mercenarii nomen qualiter accipiatur? an ſint propriè domeſtici? nu. 55. & teſtes idonei? nu. 100. ſi ſunt à domino dimiſſi, quid juris? num. 122. 124. 125. 130. & 133.*

17. *Familiæ nomen, quotuplex ſit? nu. 19. quod dicatur religioſum? nu. 20.*

22. *Stipulatio quando committatur, ſi ſtipulor:* per te non fieri, quò minùs illa domo mihi uti liceat.

24. *Superioritas an faciat, quem dici domeſticum?*

29. *Familiaris idem eſt atq; domeſticus, & è regione.*

31. *Conſanguinitas an ſit idem cum domeſticitate? nu. 32.*

33. *Vxor dicitur domeſtica: & unde? nu. 35. an in cauſa ſui mariti eſſe teſtis poſſit? nu. 104. quomodo à marito ſit caſtiganda? nu. 106. an*

Digitized by Google

106. an ſit famula viri? nu. 107. pro fratre, quando teſtis eſſe poſſit? nu. 109.

36. Regia poteſtas, in quo diſtinguatur à poteſtate dominica?

40. Teſtes inidonei qui dicantur? plures, an & quid probent? nu. 46. & 48. utrùm admittantur in cauſa matrimonii? nu. 51. domeſtici, pro idoneis admiſſi, an reprobari poſſint? nu. 58. utrùm recipiantur ſuper cauſa matrimoniali? nu. 61. & 62. in teſtamento, qui adhiberi queant, vel non? nu. 85. 86. & 88. plures, an ex una domo requiri liceat? nu. 85.

44. Reverentia an præſupponat metum reverentialem? inducat actus reſciſſionem? quanti ſit effectus circa teſtium productionem? nu. 127.

45. Metus reverentialis, ubi obſtet actui?

47. Numerus teſtium, quando dicatur ſupplere defectum aliorum?

54. Filius & ſervus qualiter & quando poſſint teſtificari in ſubſidium pro patre & domino? nu. 56. & 57. familiàs, in quo teſtari poſſit? nu. 86.

55. Coloni & ſimiles an ſint verè domeſtici? & teſtes omni exceptione majores? nu. 100.

59. Extranei teſtes an præferantur domeſticis? & ubi? nu. 52. vel conſanguineis? num. 74. & 77.

60. Intellectus ad l. quotiès, C. de naufrag. lib. 10.

61. Copula carnalis, per quos probetur?

62. Domeſtica qui ſcire præſumantur? nu. 91. facta, an & quando probentur per extraneos? nu. 76.

63. Matrimoniali in cauſa cur repellantur domeſtici? an deferatur juramentum ſuppletivum? nu. 65. cujus juris obſervetur diſpoſitio? nu. 81.

64. Criminali in cauſa teſtes eſſe utrùm poſſint collegiati? num. 92. & 93. item domeſtici? nu. 90. & 94. ac quomodo? nu. 96.

66. Cauſa matrimonii dicitur eſſe gravis: ad quos ſpecialiter examinanda pertineat? nu. 67. cui æquiparetur? nu. 80.

Digitized by Google

69. *Intellectus* Abb. *ad l. conſenſu. 8. §. ſervis. C. de repud. eſt exploſus. num. 70.*

71. *Actus collegii, per quos probentur?*

72. *Collegiati quatenùs eſſe teſtes poſſint in cauſa collegii? num. 64.*

73. Judex *quando poſſit in concurſu teſtium incipere à domeſticis? & ſupplere de facto? num. 98.*

74. *Parentela à quibus probari poſſit? num. 77.*

78. *Intereſſe quatenùs per juramentum probari poſſit?*

86. *Pater in teſtamento filii quando eſſe teſtis queat?*

87. *Domeſticum teſtimonium an ſit efficax in teſtamentis?*

88. *Heres ſcriptus an in eo teſtamento unà cum ſibi conjunctis teſtificari poſſit?*

89. *Teſtamentarium negotium, quos principaliter tangat?*

90. *Conſanguinei an in criminalibus ſint teſtes idonei? num. 108. & quando? num. 94.*

93. *Opinatio* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. nunquid in cauſa. refutatur. num. 95.*

97. *Probationes, quales exigantur in capitalibus?*

98. *Confeſſio ſimplex an præjudicet?*

99. *Deus hominis gratia fructus rerum comparavit.*

100. *Colonus quando habeatur pro domeſtico? an ſimpliciter excludatur à jure dicendi teſtimonii? nu. 102. & 103.*

114. *Torqueri quando poſſint ſervi in caput domini? nu. 94. an & poſſint liberti? nu. 126.*

115. *Dominus an in cauſa ſui domeſtici judex & teſtis ſit legitimus? num. 116. 119. & 121. an in teſtem producere poſſit fratrem ſui famuli? num. 118.*

117. *Poteſtatis verbum, quæ importet?*

120. *Maritus quatenùs repellatur in cauſa uxoris?*

123. *Dictum teſtis quo tempore conſideretur? num. 141. domeſtici, quomodo reintegretur? nu. 142. & 143.*

129. *Dolus & fraus nulli debent eſſe emolumento: an cenſeatur eſſe in eo, qui ſe ad probandum præpa-*

Digitized by Google

præparat? num. 131.
132. Parare ſibi probationem an ſit licitum?
136. Diſceſſus ſimulatus quis dicatur? quando non præſumatur in famulo? num. 137.
138. Intervallum quatenùs excludat ſimulatũ diſceſſum in famulo?
139. Factum ſubſequens declarat animum.
140. Mutatio in perſona teſtis, an obviet ejus dicto?

Concluſio L.

PRo† evidentia noſse oportet, domeſticos propriè dici non ſolùm illos, qui alicui ſubſunt ratione dominicæ vel patriæ poteſtatis, etſi non cohabitent: *a* ſed etiam, qui cohabitant alicui in domo ſuis expenſis, *b* & aliquo modo ſunt inferiores capite familiæ & ſibi ſubjecti, *c* etſi ſint homines liberi & in aliquo non obligati. *d* 1.

a] *l. Ædiles. §. familia. ff. de ædil. edict. l. 1. & paſſim. ff. de dot. præleg. l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de verb. ſig. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 6. C. de adſeſſ. lib. 10. & † hoc in* 2.
ſignificatu accipitur domeſticum teſtimonium, in §. in teſtibus. Inſtit. de ord. teſtam. b] *c. ſicut. De verb. ſignif. in 6. ceu † ſunt qui* 3.
ſeipſos deputant ad ſervitium honeſtum alicujus domini, qui mercenariis æquantur. quia pro mercede ſerviunt, ſaltem verbo victus ſtrictè ſumto. Vnde dicit text. in d. c. ſicut. tuis expenſis. Contrahitur † 4.
autem familiaritas communi conſenſu recipientis & recepti, & habet ſe ad inſtar ſocietatis, quæ licèt conſenſu plurium contrahatur, alterius renunciatione diſſolvitur. §. manet. Inſtit. de ſociet. l. 2. l. Et ſi convenerit. ff. pro ſoc. Si ergò † dominus licentiat fami- 5.
liarem, vel familiaris licentiat ſeipſum, ſine fraude, ceſſant privilegia & obſtacula domeſticitatis. Cùm deſierit eſſe familiaris, ſicut
† legatum factum uxori, ſi ante mortem eſſe deſierit, non debetur. l. 6.
item legato. §. pen. ff. de legat. 3. l. 2. & 3. ff. de aur. & arg. leg.

Quando

Quando utiq; familiaris ſine fraude ab iſta familiaritate recedat. Secus ſi cum fraude, putà ſi conſtitutus in mortis articulo, vel beneficio, cedere volens, ita ut beneficium receſſione vel morte vacet, quaſi ſic beneficiatus conferens, ab ejus familiaritate receſſit. nam is nihilominùs conferret, ſi tunc vacabit. arg. c. 2. de renunc. in 6. & fac. d. §. manet. & l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. & l. filia mea. ff. ſolut. matrimo.

c] *Vt cenſuit gl. in l legeCornelia. in verb. ſivè liberi. ff. de teſtib.*
7. *& docuit* Bald. *in l. 2. C. de teſtib. ubi in effectu concludit, quòd † omnis ille, qui cohabitat in domo tanquàm miniſter vel ſubjectus ad caput, domus, poſſit dici domeſticus: quia domus conſtat ex ſubjacente præcedente & miniſtrante. Et ſecundum hoc, ſi plures cohabitarent in eadem domo æqualiter, tunc non dicerentur domeſtici adinvicem.*

d] *Vt advertit* Joan. Andr. *in additio.* Specul. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. item, quod eſt domeſticus. poſt* Cyn. *in l, etiam. C. de teſtib. qui omnes adducuntur per optimum text. in c. ſicut. De verb. ſig. in*
8. *6. nam † illic nomen domeſtici, non ſumitur pro conſtitutis in dominica vel patria poteſtate, nec pro his, qui ſunt adſtricti aliquo vinculo cognationis, vel ſervitutis, vel quaſi, ſed pro liberis perſonis. c. auctoritate.* §. *fin. De privileg. in 6.*

Concluſio LI.

9. EX † quo datur intelligi, quod non omnes cohabitantes in eadem domo, eodem modo poſsint dici domeſtici, ſicut non omnis ille, qui eſt bannitus aliqua ſpecie ſubjectionis dicitur domeſticus, niſi etiam cohabitet.

d. l. præſenti. §. *ſanè. & probatur in l. reſpiciendum.* §. *delinquunt. ff. de pæn. & tradit* Cyn. *in l. etiam C. de teſtib. adductus text. in d. c. ſicut. Nam † ex ſola cohabitatione, cauſatur quædam ſuperioritas,*
10. *exq; hac domeſticitas.*

Con-

Concluſio LII.

PRo † tantò, quòd &, ſi aliquis cohabitet alicui, & ille habeat in eum aliquod jus ſuperioritatis, unà cum cohabitatione, licet tunc vivat expenſis ejus, cui cohabitat, dici domeſticus poſsit. 11.

Per text. in c. 1. circa med. ubi gl. Qualit. Vaſall. jurar. fidelit. Cùm † enim domeſticus debeat jurare fidelitatem domino, ſicut ſubditus, ut dixit Bald. *in d. c. 1. domeſticus ergò dicitur per quandam qualitatem ſubjectionis largo modo. Hinc famuli, licèt ſint ægri, domeſtici dicuntur, & ſervire dominis, nec per hoc ſuis fraudantur ſtipendiis, l. 4. §. Stichus. ff. de ſtat. liber. & l. arboribus. 13. §. 1. ff. de uſufr. ſicut de Doctoribus, tradidit* Bart. *in l. 1. §. divus. ff. de var. & extraord. cognit.* 12.

Concluſio LIII.

UT proindè, † non tàm ſervus, liber & famulus mercenarius, ſimul cum domino cohabitans; *a* quàm filius & ſervus, licèt non cohabitent patri vel domino, *b* quin † & conſanguineus, hoc eſt, is, qui eſt de eadem conſanguinitate, non cohabitans, *c* dici domeſticus poſsit. *d* 13. 14.

a] *l. præſenti. 5. §. ſanè enim. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Nec huic obloquitur gl. in d. l. præſenti. 5. §. ſanè. quæ videtur reſtringere hoc nomen domeſtici, ad eos, qui ſunt ſubjecti ratione patris vel dominicæ poteſtatis, ut ſic ſoli filii, deſcendentes, & ſervi dicerentur domeſtici. Nam † hæc gl. reſtrictio eſt manifeſtè contra text. in d. l. præſenti. 5. §. ſanè. & in d. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ubi etiam inter domeſticos connumeratur famulus. id eſt, mercenarius. Et per hoc reprehenditur* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. item, quod eſt, qui dixit, quòd † nomen famuli mercenarii.* 15. 16.

Digitized by Google

rii accipitur ſtricte, unde non putat repelli illum, qui alicui ſervit gratis, quod non eſt verum, ſi cohabitat illi, cui ſervit & expenſis ſuis, & hoc probat text. in l. ſi libertus. ff. de furt. dum loquitur de crimine. Et iſta opinio eſt multùm probabilis, & conſonat juribus.

b] *d. l. præſenti. 5. § ſanè. propter fortius jus poteſtatis, quod habetur in iſtis, quàm in ſubjectis, ut patet ex l. 1. in fin. & l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. jur.*

c] *l. 1. C. de emend. ſer. l ſed & ſi quis. §. prætereà. ff. ſi quis cau-*
17. *tio. quoniam hoc modo accipitur nomen familiæ, † quod aliàs tripliciter conſideratur. l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de verb. ſignif. nam ſignificat gentem, cognationem, & quoddam corpus ſervorum, velut filios & ſervos, & plures qui reguntur ſub illo convictu & una domo. l. juſtiſſimè. §. familiæ. ff. de ædilit. edict.*

d] *Sicut de iſtis domeſticis & familiaribus mentionem faciunt. §. neceſſe, verſ. hoc etiam. diſt. 47. c. pervenit. 2. q. 7. c. 1. 3. q. 5. c. etiam. 4. q. 3. c. quoniam multos. 6. q. 3 § ut ergò. 24. q. 3. c. inſinuante. extr. de offic. deleg. c. 1. extr. de offic. jud. c. cùm olim. extr. de arb. c. in literis. 31. extr. de teſtib. c. cùm dilectus. extr. de cler. non reſid. c. exigit. De cenſib. in 6. c. licèt. De privileg. in 6. c. filii. in fin. De hæret. in 6. c. 1. extr. de pœn. Clem. 1. De decim. & Clem. 1. De celebr. miſſar. l. ædiles. §. familia. ff. de ædil. edict. l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de verb. ſig. l. præſenti. §. ſanè. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 6. C. de adſeſſ. lib. 10. Quæ tamen jura omnia ferè poſſunt reſtringi ad eos, qui cohabitant expenſis cohabitan-*
18. *tis, ex quo ſolo cauſatur quædam ſuperioritas. Dixi, † Ferè, quia multiplex eſt familiæ genus. Nam quædam eſt familia, quæ eſt perpetua & religioſa, ut ſunt converſi & conſimiles, & de tali loqui-*
19. *tur c. cùm olim. extr. de arbit. Alia † eſt familia mercenaria & profana, de qua intelligitur l. 1. §. familia. ff. de publicia. l. ædiles. §. familia. ff. de ædil. edict. l. 1. §. familiæ, ff. de vi & vi ar-*

mat

Digitized by Google

mat. l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de verb. ſig. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſ. & c. in literis. extr. de teſtib. & c. licèt. De privileg. in 6. Quædam † eſt familia religioſa non perpetua, videlicèt 20.
mercenaria, ſicut ſunt clerici & religioſi cum Papa & Cardinalibus commorantes, in domo, & iſti poſſunt appellari familiares domeſtici, ex eo, quia in eorum domibus commorantur, quaſi in domo ſtantes. Et iſti habent privilegium de quo in d. c. licèt. §. cùm verò. Privilegium † enim ſingularibus perſonis conceſſum, ad iſtos domeſticos commo- 21.
rantes in domo extenditur. Sicut & ille, cui conceditur habitatio, poteſt habitare cum conjuge, liberis, libertis & hoſpitibus. l. 2. §. 1. & l. 3. ff. de uſu & habit. §. item is, qui. 4. Inſtit. cod. & † ſi ſtipulor per te 22.
non fieri, quò minus illa domo uti mihi liceat, ſi uxorem meam prohibeas, committitur ſtipulatio. l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. Sed tàm latè familiaritatem domeſticam non intelligo, quò ad caſum noſtræ concluſionis, ut ex ſeq. Concluſio. adparebit lucidiùs.

Concluſio LIV.

NIſi, † quod colonus adſcriptitius & libertus non videatur 23.
comprehendi appellatione domeſticorum: *a* præterquàm, ſi libertus cum patrono cohabitat. nam tunc eum domeſticum appellari placuit. *b*

a] *Vt probat l. præſenti. 5. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. ſi libertus. ff. de furt. & cenſuit gl. in d. c. in literis. in princ. tùm, quia iſti ponuntur ut diverſæ qualitates à domeſticis, in d. l. præſenti. §. ſane. tùm, quia familiæ appellatione non continentur. d. l. pronunciatio. 195. §. 1.*

b] *d. l. reſpiciendum. §. delinquunt. Vnde † ſola ratio ſuperiorita-* 24.
tis non facit, ut aliquis dicatur domeſticus: & ſic gl. in d. l. præſenti. 5. §. ſanè. in verb. domeſtica, non videtur perfectè dixiſſe.

Digitized by Google

Concluſio LV.

25. ET † cùm familiares domeſtici dicantur à familia, *a* conſequitur quod quilibet cui vel altera iſtarum qualitatum *b* competit, dicatur familiaris, & quicunq; familiaris etiam domeſticus. *c*

a] *d. l. juſtiſſimè. §. familiæ. ff. de ædil. edict. l. 1. §. familiæ. ff. de publicia. l. 1. §. ſi jure. ff. ad Sillania.*

b] *Quas perſtrinxit* JC. *in l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. de verb. ſignif. & l. 1. § familiæ. ff. de vi & vi armat.*
26. *Et † iſtæ qualitates ad finem repellendi teſtes, quadrupliciter conſiderantur, vel reſpectu familiaritatis ſubjectivæ de jure, ut quando habemus uſum imparandi, & de iſta quando repellat à teſtimonio, traditur in l. ſi teſtamento. §.*
27. *2. ff. qui teſtam. fac. poſſ. vel † ſubjectivæ de facto, ſicut ſunt familiares, quos habemus, & iſti non repelluntur, niſi tempore quo deponunt*
28. *ſint de familia.* Bart. *in l. 1. ff. de quæſt. & vel † naturaliter, ut inter fratres, & illos, qui ſunt de eodem caſato, & iſte repellitur in criminali, ſed non in civili. l. lex Cornelia. ff. de injur. l. 4. C. de teſtib. ubi* Cyn. *vel ſocialiter, §. legatarii. Inſtit. de ord. teſtam. l. quoniam. C. de teſtam. & de iſtis traduntur quædam per* Innoc. *in c. inſinuante. extra. de effic. deleg. &* Bald. *in tractat. de teſtib.*

c] *l. 2. ff. de in jus vocand. l. ſed & ſi quis. §. præterea. ff. ſi quis cautio. non obtemp.*
29. *& † per hoc evincitur, quod familiaris & domeſticus ſint ſinonima, quæ idem ſignant vel important, ut advertit* Specul. *de teſte. §. 1. verſ. item, quod eſt. &* Ant. de Butr. *in d. c. in li-*
30. *teris. & † vel ex eo conſtat, quòd conſanguineus appelletur domeſticus. l. 1. C. de emend. ſer. d. l. ſed & ſi quis. §. præterea. quod non poteſt eſſe alia ratione, niſi quia dicatur de familia. l. pronunciatio. 195. §. 1.*
31. *ff. de verb. ſignif. licèt gl. in d. c. in literis. aliter ſentiat. Eſt † tamen conſanguinitas diverſa ſpecies domeſticitatis, ut infra Concluſ. 68. videbi-*

debimus. & ob id ut diverſa ponuntur familiares & de domo prodeuntes in c. 1. 3. q. 5. Cùm † iſta nomina domeſticus & familiaris propriè differunt adinvicem. 32

Concluſio LVI.

HInc † uxorem quoq; domeſticam appellari poſse dicendum eſt; *a* perindè ut privigni & nurus loco familiæ habeantur: *b* ſecùs † tamen atq; illos, qui ſubſunt alicui Principi vel Regi ratione jurisdictionis. nam hi domeſticorum nomine non continentur. *c* 33. 34.

a] *Tum, † quia cohabitat cum viro & nutritur ſuis expenſis. tùm quia maritus habet jus caſtigandi moderatè. l. 1. C. de emend. propinq. c. ſicut alterius. ubi gl. 7. q. 1. tùm etiam, quia dicitur eſſe de mariti ſui familia. d. l. pronunciatio. 195. §. 1. quam retinet etiam defuncto marito, donec & quousq; alteri nupſerit. l. filii. §. vidua. ff. ad municip. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. cùm te. C. de nupt. gl. in fin. c. ex parte. ext. de for. compet.* 35.

b] §. *adfinitatis. Inſtit. de nupt.*

c] *Quia † poteſtas quam habet Princeps & Rex in ſuos ſubditos tanta non eſt quanta eſt poteſtas patria in filios & dominica in ſervos. Nec enim ei competit in ſubditos tàm facilè jus vitæ & necis, ſicut olim patri in filios & domini in ſervos competierat. l. 1. C. de patr. poteſt. §. 1. Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. jur. Multò minùs ſubditi vivunt expenſis Principis vel Regis, ſed propriis. Domeſtici ergo dici nequeunt, ut patet ex Concluſ. 97. & 98. part. 17. Atqui, † domeſticus non ſolùm ille dicitur, cui poteſt imperari modis prædictis, ſed etiam ille, qui frequenter converſatur in domo alicujus, ſub prætextu alicujus protectionis, & vocatur libertus. l. ſi libertus. 92. ff. de furt. Si † libertus dicitur domeſticus, reſpectu ſolius protectionis. Ergò videtur, quod multò fortiùs ſubditus dicatur domeſticus reſpectu domini, qui habet in eum jurisdictionem. Sed diſſimilia hæc ſunt.* 36. 37. 38.

Concluſio LVII.

39. HIs † pro evidentia præmiſsis, videnda nunc ſunt reliqua. Et quidem familiares, hoc eſt, illi, quos de ſua familia producit actor, omninò repelluntur à teſtimonio; non tamen ſimpliciter, ſed quatenùs eis imperari poteſt, ut teſtificentur.

l. præſenti. 5. C. de his, qui ad eccleſ. confug. c. in literis. 31. extr.
40. *de teſtib. §. item idonei. & §. item teſtes. 4. q. 3. Nec enim † ſunt teſtes idonei, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant. l. idonei. C. de teſtib. l. idonei. 10. ff. Eod. Teſtibus igitur domeſticis non eſt danda fides, ſed fide dignis. c. filii. in fin. De hæret. in 6. l. 2. C. de teſtib. l. fin. §. fin. C. de his, qui ad eccleſ. arg. l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. l. reſpiciendum. 5. §. furta. ff. de pœn. l. pridem. C. de quæſt. Nam omnes de domo, pro domino ſuſpecti habentur. l. unic. §. illo. C. ſi quacunq. præd. poteſt. Ergo domeſticorum teſtificatio non valet. c. cùm in literis. extr. de teſtib. arg. c. cùm pridem. extr. de accuſat. & l. Inſtrumenta. C. de probat.*

Concluſio LVIII.

41. ETiam, † ſi perſona familiaris vel domeſtica, cui aliquo modo imperari poteſt, ſit valdè honeſta & bonæ opinionis, ut ſunt familiares Epiſcoporum vel Prælatorum, vel Principum. nam & tales in teſtes non admittuntur.

Maximè, quia text. in §. item idonei. 4. q. 3. & in l. etiam. C. de teſtib. abſolutè repellunt domeſticum & illum, cui poteſt imperari. Nec incontrarium eſt quod aliud cenſuerit Innoc. *quem ſunt ſecuti pleriq. in d. c. in literis. & in c. inſinuante. extr. de offic. deleg. cum* Bald. & Salic. *in l. 2. C. de teſtib. qui adſerunt, text. in d. c. in literis. non procedere, quando perſona domeſtica eſt honeſta, cùm admittatur ad teſtimonium, ubi aliàs non admitteretur. Quoniam illorum dictum*
42. *non videtur verum; quia † præſumptio adfectionis quæ eſt contra*

ali-

aliquem propter domeſticitatem non tollitur ex eo, quod aliquis ſit honeſta perſona, etiamſi ſit in dignitate magna, ut eſt text. notabil. in l. 1. C. ſi rect. provinc. ubi dicitur, ſicut Rector provinciæ non poteſt procurare nuptias pro ſe: ita etiam non poteſt procurare pro domeſtico. Et tamen ratio dignitatis debet facere, quòd ſola domeſticitatis qualitas non faciat præſumi in eo aliquod illicitum. Præterea, † non poteſt 43.
negari, quòd quamvis familiaris honeſtus, ſit perſona magis fide digna, quàm ſi non eſſet talis: tamen adhuc in eo durat quædam ſuſpicio, quam præſumitur habere ad patronum, ne ipſum offendat, quæ † quidem re- 44.
verentia, ſicut ſola non facit videri actum geſtum per metum reverentialem, ita ut actus reſcindatur, ut traditur in c. inſinuante. extr. qui cler. vel vovent. & plenè per Bart. *& alios in l. interpoſitas. C. de transact. quos eſt ſecutus* Abb. *in c. cauſam. extr. de offic. deleg. & in c. accedens. extr. de converſ. conjug. ita ſine dubio facit, quod non ceſſat omninò ratio prohibitionis propter quam familiaris, cui poteſt imperari, repellitur. Vnde † in actu requirente omnimodam libertatem,* 45.
& ubi agitur de periculo animæ, talis metus præſumptus præſtat impedimentum, ut videtur probari ſingulariter text. & gl. in c. præſens. 20. q. 3. & tradidit Joan. de Imol. *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff ſolut. matri. Et imò non videtur ceſſare prohibitio, qua domeſticus repellitur, & ille cui poteſt imperari, per l. non ſolum. in princ. & §. fin ff. de rit. nupt. Quare ſimpliciter crederem iſtum omninò repellendum, ex ratione c. item idonei. 4 q. 3 & l. etiam, C. de teſtib.*

Concluſio LIX.

UT igitur † unus teſtis ſingularis non probat, & unus infamis & domeſticus reprobatur: ita eadem quoq; ratione & plures teſtes inimici & plures teſtes domeſtici repelluntur, adeò, quòd teſtes domeſtici & unus inimicus, non faciant ſemiplenam quidem probationem: & hoc præſertim in cauſa arduá & maximè quando plures defectus in teſtibus concurrunt. 46.

Vt tra-

Digitized by Google

Vt tradit Petrus de Anch. *conſ.247. Quia ratio repellendi quæ eſt in uno, eſt in pluribus. fac. text. in c. in literis. 24. extr. de teſtib. &*
47. *cenſuit* Angel. *conſ.128. Nec † obſtat, quod numerus debeat ſupplere defectum teſtium, ut aperuit gl. in l.3. §.1. in verb. numerus. ff. de teſtib. Quia hoc non habet locum in cauſa gravi, cujuſmodi eſt matri-*
48. *monialis, ut ſenſit* Bald. *in c. ad noſtram. ext. de probat: etiamſi, † inquiens, eſſent plurimi teſtes infames, licèt de facto non probent, per*
49. *text. in c. licèt cauſam. 9. extr. eod. Non † quoq; huic adverſatur concluſioni, quòd domeſtici ſaltem debeant adhiberi in ſubſidium, ex quo non ſunt alii teſtes. arg. l. conſenſu. C. de repud. & c. Veniens. 35. extr.*
50. *de teſtib. Cùm illud verum ſit, quando ex natura ipſius facti in actu, de quo quæritur veriſimiliter alii teſtes intervenire non poſſunt. Secùs ſi poſſunt, licèt caſualiter non interfuerint: quia tunc ſuſpecti & inhabiles non recipiuntur, quamvis aliter res probari non poſſit. ut tradit* Ant. de Butr. *in c. tertio loco. per gl. ibid. extr. de probat. & conſ. 24. col. pen. quem ſunt ſecuti* Abb. *in c. fin. in 2. notab. extr. de cog. teſtib. &* Alex. *conſ. 64. col. pen. lib. 1. & in cauſa matrimonia-*
51. *li hoc tradit* Alex. *conſ.62. col.5. lib.5. ubi concludit, quòd † in probando matrimonium teſtes inhabiles, nec etiam in ſubſidium, & defectum aliorum recipiuntur, cùm matrimonium de ſui natura per alios probari poſſit, & patri imputari poteſt, ſi alios idoneos teſtes non adhibuit.*

Concluſio LX.

52. SEd † hoc perpetuum non eſt. nam in his, quæ veriſimiliter meliùs ſciuntur per domeſticos & familiares, quàm per alios, non ſolùm admittuntur domeſtici, ut teſtes integri, ſed etiam præferuntur aliis.

c. Veniens. 35. in fin. extr. de teſtib. & fac. c. ſuper prudentia. 24. q. 2. & docuit Bart. *in l. quotiens. C. de naufrag. lib. 10. Unde, quod*

dixit

Digitized by Google

dixit Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. item, quod eſt domeſticus. quem ſequitur* Bart. *in l. ſi quando. col. ult. C. Vnd. vi. quod in talibus negotiis admittantur teſtes domeſtici, videtur eſſe ampliandum, ut non ſolùm admittantur, ſed & præferantur aliis.*

Concluſio LXI.

NIſi † fortè ſint ſervi, vel filius producatur à patre. Illi enim de his, quæ geruntur domi admittuntur quidem in ſubſidium, hoc eſt, ſi alia documenta defecerint; ſed ſervi & ancillæ non aliter, quàm cum tortura. 53.

l. conſenſu. 8. §. *ſervus. C. de repud. quò veritas aut faciliùs eruatur, aut liquidiùs detegatur. d. l. conſenſu. 8.* §. *ſervis. Et hoc in filio dicendum eſt, propter magnum vinculum, quòd habet cum patre. De filio autem licèt non reperiam hoc jure cautum, & fortè poſſet dici, quod non admitteretur, per regulam l. 5. C. de teſtib. hoc tamen non adfirmo pro nunc, hoc eſt, pro conſtanti.*

Concluſio LXII.

NOn † ſanè quaſi iſti præferantur aliis, ſed quòd recipiantur in ſubſidium, reſpectu aliorum domeſticorum qui non ſunt ſervi, utpotè liberti, mercenarii, clientes & ſimiles vel cohabitantes æqualiter, qui † largo modo dicuntur domeſtici. *a* nam hi in teſtimonio dicundo præponuntur illis. *b* 54. 55.

a] *Vt concluſio. 54. diximus, & infra concluſ. 77. dicetur.*

b] *Prout text. intelligo procedere in d. l. conſenſu. 8.* §. *ſervis. ubi dicitur, quod † ſervi & ancillæ de his quæ geruntur domi non admittantur, niſi in ſubſidium & cum tormentis. Quod ſi ſecùs intelligeretur text. illc: dicendum foret, quòd domeſtici in caſu hoc excepto, non præferantur aliis, contra ſenſum d. l. conſenſu.* §. *ſervi. Et hoc mihi plus placet, quàm quod dixit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. item, ſi ſit domeſticus. &* Bart. *in d. l. ſi quando. col. ult. quod*

filio & ſervo non crederetur de rebus domeſticis. Nam eis creditur, ſed minus quàm aliis domeſticis. Et ideò † non debent admitti, ubi alii

57. *exiſtant domeſtici: & ſine dubio, cum tormentis ſervi. l. lex, qua. 12. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. l. 1. §. officio. & ibi nota. ff. de tutel. & ratio. diſtrah.*

Concluſio LXIII.

58. QVamvis ergò plus hoc in caſu credatur domeſticis: non tamen prohibetur pars alios teſtes, etiam penitùs extraneos producere, licèt haberi queant domeſtici.

59. *c. ſuper prudentia. ibi potiſſimùm. 24. q. 2. Nec obſtat † l. quotiens. & ibi* Bart. *C. de naufra, lib. 10. ex qua contrarium videtur dicendum & concludendum, quòd circa facta domeſtica extranei nullatenùs præferantur domeſticis. Nam † quod in d. l. quotiens. dicitur eſt potius conſilium, quod datur parti & judici, quàm neceſſitas.*

60.

Concluſio LXIV.

61. ET † tantò fortiùs in cauſa matrimoniali: utiq; verò, quando agitur de probando actum carnalem ipſius domini haben-

62. tis familiam. nam † etſi certum eſt, quòd talia præſumantur meliùs ſciri per domeſticos, quàm per extraneos: non tamen admittuntur illi de familia.

c. in literis. 31. ext. de teſtib. & hoc ſpeciale eſt, ubicunq; tractatur de diſſolvendo matrimonio, propter magnitudinẽ præjudicii, attenta diſpoſitione juris Canonici *contra matrimoniũ, † quo jure illud eſt magis*

63. *diſſolubile, quàm de jure Civili. Et cum cauſa matrimonii, utpotè grandis præjudicii, cenſeatur pronunc criminalis, vel ſimilis criminali, repelletur domeſticus in favorẽ domeſtici, ſicut repelleretur in crimine, li, ut Concluſ. 75. videbitur, & non admittuntur teſtes, niſi omni exceptione majores. d. c. in literis. 31. Vt † enim in cauſa criminali Vniver-*

64. *ſitatis non poteſt teſtificari aliquis de univerſitate, ut docuit* Bald. *in rub. ff. de rer, diviſ. ſic etiam in cauſa civili multùm gravi, relata ratione.*

Digitized by Google

tione. Atq; † hinc eſt, quòd in cauſa matrimoniali non deferatur jura- 65.
mentum. c. mulieri. extr. de jurejur. cùm † dicatur eſſe cauſa gravis. 66.
ut poſt Ant. de Butr. *& alios tradit* Abb. *in c. ſi pro debilitate. extr.*
de offic. deleg. unde † ex ſtilo Curiæ, talis cauſa plerunq; epiſcopis com- 67.
mittitur, ut retulit Abb. *in c. cauſam matrimonii extr. de offic. deleg.*
Et ideò dixit gl. in c. mulieri. extr. de jurejur. quòd † quando mulier 68.
petit aliquem Virum in maritum, ſi non probat plenè matrimonium,
abſolvitur, nec tali caſu, licèt probaret intentionem ejus per unum te-
ſtem idoneum, eſſet ſibi deferendum juramentum in defectum proba-
tionis, quantumcunq; honeſta ſit perſona. Nihil ergò in oppoſitum fa-
cit d. l. conſenſu. 8. §. ſervus. C. de repud. Nam † præterquàm quod 69.
Abb. *in d. c. in literis. 31. declarando intelligit d. l. conſenſu. 8. §. ſer-*
vis, locum habere, quando agitur de probando crimen contra uxorem,
vel è contrà pro uxore contra virum; ſecùs, ſi agatur de probando cri-
men ad præjudicium tertii, dici poteſt, quòd in probanda conſanguini-
tate in d. l. conſenſu. 8. non agatur de impedimento quod cauſatur ex
culpa penitùs diſſolventis matrimonium, & ideò admittuntur dome-
ſtici præ extraneis, d. l. conſenſu. 8. §. ſervis. Sed in caſu noſtræ con-
cluſionis ſecùs videtur, attenta fortè magnitudine præjudicii & culpa
ſua. Quò fit, quod non admittatur probatio domeſtica, d. c. in literis.
31. Sciendum † tamen eſt, quod intellectus Abbat. *quem in d. c. in* 70.
literis. fecit ad d. l. conſenſu. magis text. illum reſtringat, quàm de-
claret. Nam ex hoc ſequeretur, quod per familiares & domeſticos
non poſſet probari aliquis actus in præjudicium tertii penitùs extra-
nei: quod tamen verum non eſt, ut conſtat ex juribus citatis.

Concluſio LXV.

EX quo † haut inconcinnè dici poteſt, ea, quæ aguntur in Ca- 71.
pitulo non ſolùm probari poſſe per illos de Capitulo, ſed
etiam per alios prorſus extraneos, licèt aliàs de facili hoc non
contingat, ut extranei admittantur.

Digitized by Google

accuſ.poſſ. c. cùm in tua. in fin. extr. de ſponſal. Vnde † dixit ſingulariter per illum text. Bart. *in l. quotiens. C. de naufrag. lib. 11. quod de his, quæ fiunt in domo vel in navi, non admittantur ad probandum alii teſtes niſi in ſubſidium, quando non ſunt domeſtici; ad quod mirabiliter fac. c. quotiens. 9. extr. de teſtib. & d. c. videtur. Non ſolùm ergò ſi concurrant teſtes domeſtici cum extraneis, videtur magis credendum domeſticis, qui tali caſu admittuntur ad teſtimonium. l. conſenſu. §. ſervi. C. de repud. l. lex, quæ. C. de adminiſtr. tut. & tradit* Bart. *in l. ſi quando. C. Vnd. vi. ſed etiam alii non videntur admitti, quod utrùm ſit verum, dicetur ſequenti concluſione.* 76.

Concluſio LXVIII.

QVando † præſertim iſta probatio irregularis, quæ fit per domeſticos profertur contra illum, qui convenitur ex facto ſuo: *a* ſecùs atque, ſi contra tertium, cui paratur præjudicium ex facto alterius ſine aliqua ſua culpa producentis teſtem. nam tunc non admittitur iſta probatio irregularis. *b* 77.

a] *Vt in caſu c. in literis. 23. extr. de teſtib. & in c. conſanguineos. 35. q. 6. de quo ſuprà Concluſ. 64. dictum eſt.*

b] *Ex doctrina* Dyn. *&* Bart. *in l. 1. ff. quand. ex fact. tutor. & in l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. qui cenſuerunt, quòd † contra illum, qui tenetur ex facto alterius, non admittatur probatio per juramentum de quantitate intereſſe vel rerum, juxta formam c. fin. extr. quod met. cauſ.* 78.

Concluſio LXIX.

DOmeſtici † verò potiſsimè ſunt in teſtimonium adſumendi ſuper his, quæ præſumuntur meliùs ſcire, quàm alii, in cauſis ſolummodò civilibus. 79.

peculio poſt miſsionem faciat teſtamentū, nec pater ejus rectè adhibeatur teſtis, nec is, qui in poteſtate ejusdem patris eſt.

§. in teſtibus. Inſtit. de ord. teſtam. † *Reprobatum enim ea in re* 88.
eſt, domeſticum teſtimonium. d. §. in teſtibus.

Concluſio LXXIV.

SEd † necq; heres ſcriptus, necq; is qui in poteſtate ejus eſt, necq; pater ejus, qui eum habet in poteſtate, necq; duo fratres, qui in ejusdem patris poteſtate ſunt, teſtes in teſtamento adhiberi poſsunt.

d. §. in teſtibus. tùm, quia videtur heres teſtificari in ſua cauſa pro-
pria. nam † *hoc totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi* 89.
gratia, creditur hodiè inter teſtatorem & heredem agi. d. §. in teſtibus. In cauſa autem propria, nullus teſtis eſſe poteſt, l. nullus. 10. ff. de teſtib. tùm, etiam, quia ſunt adinvicem domeſtici. Et domeſtici teſtes pro domeſtico idonei non ſunt, l. idonei. ff. & C. de teſtib.

Concluſio LXXV.

ET † quia circà domeſticos excipiantur tantùm negotia ci- 90.
vilia: conſequens eſt, quòd in cauſa criminali domeſtici, ſivè ſint conſanguinei ſivè adfines, pro dicendo teſtimonio, nullatenùs debeant admitti, etiam dato, † quòd meliùs præſuma- 91.
tur ſciri factum per domeſticos, quàm per alios.

c. abſens. 3. q. 9. c. 1. 3. q. 5. c. ſuper prudentia. in princ. 24. q. 2. d. c. in literis. ext. de teſti. l. 1. §. ad quæſtionem. ubi Bart. *ff. de quæſt. Probatur*
inſuper iſta concluſio argumento à pari ducto: nam † *in cauſa crimina-* 92.
li illi, qui ſunt ejusdem univerſitatis non poteſt teſtificari unus pro altero, ut traditur in c. Inſuper. ext. de teſtib. Ergò illo caſu nec domeſticus
pro domeſtico admittitur. Nec mutat, † *quod oppoſitum cenſuerit* Spe- 93.
cul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid in cauſa. adſerens, quòd unus de univerſi-*

verſitate poſſit teſtificari pro altero in ſubſidium; Ergo videtur quod etiam ex domeſticis unus pro altero in criminali ad teſtimonium recipiatur, ſicut cenſuit & clarè Bart. *in l. ex libero. §.1. ff. de quaſt. & in*
94. *l. qui teſtamento. 20. §.1. ff. qui teſta fac. poſſ. adfirmando, ubi † eſt par ratio adfectionis, conſanguinei in criminalibus admittuntur in teſtes,*
95. *ſicut ſervi torquentur inter dominos. d. l. ex libero. §.1. Nam † inſpecta juris ſubtilitate opinatio hæc non procedit, eiq; ex diametro repugnat text. in c. ſuper prudentia. in princ. 24. q. 2. ubi ſimpliciter dicitur, quòd in cauſa criminali domeſticus non admittitur. Et cùm in d. c. in literis. 23. fiat mentio ſolùm cauſarum civilium: manifeſtè adparet, quòd iſta diſtinctio niſi in civilibus, non ſit facienda: ut etiam aperuit gl. in c. conſanguinei. 3. q. 5. quæ reſtrinxit ſe ad judicia ſaltem civilia. aliàs potiùs confunderetur iſta qualitas, cùm in criminalibus non fiat iſta diſtinctio, in quibus procedit ſimplex prohibitio d. c. ſuper prudentia, in princ. & d. c. in literis.*

Concluſio LXXVI.

96. SI † præcipuè domeſtici in ea ſunt qualitate, quòd eis imperari poſsit aliqua ratione, ut teſtes fiant: *a* ſecùs, quàm in domeſticis largo modo, id eſt, qui ſimul cohabitant æquo jure. Illi namq; in cauſa criminali admittuntur quidem pro domeſtico, ſed in ſubſidium, hoc eſt, ubi non reperiatur verè vel præſumptivè alius, qui poſset teſtificari. *b*

a] *Et ſic ego intelligo text. in c. 1. 5. q. 3. & in c. abſens. 9. q. 3. in c. in literis. 31. ext. de teſtib. & in c. ſuper prudentia. in princ. 24. q. 2. eodem modo loquitur & text. cum* Bart. *in d. l. 1. §. quæſtionem. quia idonei teſtes non ſunt, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant. l.*
97. *idonei. 10. ff. de teſtib. l. idonei. 2. C. Eod. Vtiq; † enim cum agitur de cauſa capitali & ſit de ſalute hominis, probationes requiruntur pleniores,* werden erfordert augenſcheinliche und unleugbare Vberzeugunge. *l. qui accuſare. 4. C. de edend. l. fin. C. de probat. l. ſinguli. C. de accu-*

Digitized by Google

de accuſat. Novell. conſtit. 59. de teſtib. c. 1. collat. 7. c. grave. & c. non ſolùm. 11. q. 3. ubi † ſola confeſſio ſine adminiculis non videtur 98.
ſufficere ad condemnationem. l. 1. §. ſi quis ultra. ff. de quæſt. ubi judex poteſt ſupplere de facto, & etiam poſt publicatas atteſtationes de novo teſtes producere. l. ſi non defendantur. ff. de pœn. Innoc. *in c. cum clamor. ext. de accuſat. ubi etiam reus non poteſt ſuæ defenſioni renunciare, ut traditur in l. pactum inter. ff de pact. & in l. ne tantum. ff. de appell. Et hæc omnia ſunt ſpecialia propter magnum periculum, ubi agitur de ſalute hominis, † propter quam DEVS omnia crea-* 99.
vit. l. pecudum. ff. de uſufr. l. addictos. 29. C. de appell. §. in pecudum. inſtit. de rer. diviſ.

b] *Et hoc ſenſu ſalvari poteſt opinatio* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid in cauſa. & quod tradit* Bart. *in d. l. qui teſtamento. 20. §. 1.*

Concluſio LXXVII.

QVocircà, † adſcriptitius & colonus licèt non ſint propriè 100.
nec largo modo domeſtici, *a* repelluntur à teſtimonio, ex quo ipſis aliquo modo poteſt imperari. *b*

a] *Quia non cohabitant. Cohabitatio † autem facit domeſticum* 101.
vel propriè vel impropriè, ut ſupra concluſ. 52. 54. num. 24. concluſ. 56. nu. 37. & eſt expoſitum.

b] *§. item idonei. Non enim videntur eſſe teſtes ſine ſuſpicione & idonei, quibus ut teſtes fiant, poteſt imperari. d. l. idonei. 10. à producente, ut cenſuit gl. in d. l. idonei. 10. ut quorum fides teſtimonii etiam à jure civili reprobatur. l. 2. C. de teſtib. Si ergò † Colonus non ſit talis, cui poſſit imperari, non* 102.
repellitur à teſtimonio, ſed eſt in arbitrio judicis quanta fides ei adhiberi debeat. ut poſt Hoſt. *concludit* Abb. *in c. in literis. ext. de teſtib. & tanto † magis cum ſit colonus, tantùm pro uno ſacculo grani,* 103.
non eſt dicendum, quod non ſit teſtis idoneus, & maximè cum aliis

Digitized by Google

duobus, ut tradit Fulgoſ. *conſ. 173. col. pen. & quando agitur potiùs de intereſſe publico, quàm privato.* Fulgoſ. *conſ. 188.*

Concluſio LXXVIII.

104. QVomodo † & nec uxor pro viro ſuo poteſt teſtificari, ſivè agatur adverſus eum criminaliter ſivè civiliter, nec etiam attento, utrùm certum ſit, quòd timeat maritum, vel quòd nihil eum timeat, nec utrùm cauſa ſit mariti propria, an non pertineat ad maritum.

Vt placuit gl. quam ſequitur Bald. Salic. *&* Cyn. *in l. 2. C. de teſtib. licèt fortè ei minus credatur, quàm aliis, ut reſpondit* Abb. *conſ. 52. part. 2. Cui ipſe pariter ſubſcribo, nihil remoratus diſtinctione, quam fecit* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid in cauſa. & alii in*
105. *c. in literis, 31. extr. de teſtib. quia † licèt uxor non dicatur ſubdita viro, quò ad omnia, ſed quò ad quædam, ut traditur per* Bald. *&* Cyn. *in l. ſi uxorem. C. de condit. inſert. non tamen poteſt negari, quòd, quia*
106. *cohabitat cum viro & nutritur ſuis expenſis, & quia † maritus habet jus caſtigandi moderatè, c. ſicut alterius. & ibi gl. 7. q. 1. & tradit* Joan. Andr. *ad* Specul. *in rubr. tit. de jurejur. detur aliqua ſupe-*
107. *rioritas, ex qua inficitur perſona uxoris. Fecit † enim lex uxorem penè famulam viri, & propterea magis punitur uxor de delicto, quàm vir de calumnia, quod eſt ſignum cujusdam ſuperioritatis. c. hac imago. ibi penè. 33. q. ult.*

Concluſio LXXIX.

108. NIſi † quod diverſum placuerit in conſanguineis. nam illi in negotio civili in teſtimonium ad invicem recipiuntur. at
109. verò in criminali repelluntur, ſed differenter. *a* uxor † tamen admittitur pro fratre, quatenùs bona pro indiviſo non poſſideant, vel ſaltem in his, de quibus litigatur. *b*

a] *Vt traditur per* Abb. *in c. literas. extr. de præſumpt.* Specul. *tit.*

Digitized by Google

tit. de teſte. §. 1. verſ. item, quod eſt conſanguineus. Bart. *in l. qui teſtamento. 20. §. ff. qui teſta. fac. poſſ. &* Bald. *in l. parentes. 5. C. de teſtib.* Deci. *conſ. 183. col. 1. & in l. quem liberi. q. 1.*

b] Cyn. *in d. l. parentes. 5. & in l. Eos. C. Eod. ſed ei non admodum fides multa habetur.*

Concluſio LXXX.

Licèt † autem non admittatur domeſticus pro domeſtico in cauſa criminali: poteſt tamen produci domeſticus contra domeſticum: *a* dummodò non ſit perſona privilegiata, quæ non cogatur teſtificari contra domeſticum. *b* 110.

a] *l. 1. § ſervum. ff. de quaſtio. & cenſuit gl. in l. quotiens. C. de naufrag. lib. 10. intelligendo eam, quod ibi ageretur criminaliter. & tunc fortior videtur ejus teſtificatio. ut reſpondit* Deci. *conſ. 163. col. 9. per gl. in c. fin. in verb. in teſtem, De teſtib. in 6.*

b] *l. lege* Julia. *ff. de teſtib. & ſenſit gl. in l. 3. C. Eod. & probavit* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid in cauſa. qui tamen non ſpecificè loquuntur in cauſa criminali.*

Concluſio LXXXI.

Quocirca † domeſticos quidem non poſſum producere teſtes pro me, ſed adverſarius meus poteſt producere ipſos, 111.
& coguntur contra me deponere: ſicut † & domeſticus adverſæ partis produci poteſt, licèt ipſius partis domeſticus à teſtimonio repellatur. 112.

Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed quid de uxore. præterquàm in patre. ut advertit* Specul. *d. §. 1. in princ. & probatur per l. parentes. 5. C. de teſtib.* Innoc. *in c. inſinuante, extr. de offic. deleg. quem ſunt ſecuti* Petr. de Anch. *&* Bald. *in l. qui teſtamento. 20. §. quæcunq; autem. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & eſt caſus ſingularis in l. 1. C. ſi quacunq; præd. poteſt.*

Digitized by Google

Concluſio LXXXII.

113. QVemadmodum † domeſtici quoq; in teſtes produci poſſunt, etiam ceſſante præſumptione ſcientiæ, ſi aliæ perſonæ idoneores, haberi nequeunt, & ad probandam ſuam innocentiam, & in crimine læſæ majeſtatis, Hæreſeos & Simoniæ.

Vt eſt apud Jaſ. *in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. cathol. &* Specul.
114. *tit. de Inquiſitio. §. 1. In hoc † autem crimine, quod ad læſam majeſtatem pertinet, etiam in caput domini ſervi torquentur. l. pen. in fin. C. ad L. Jul. majeſt. non ſolùm læſa majeſtate Imperatoris. d. l. pen. in fin. ſed etiam quod ad læſam in Principibus Electoribus ſuis majeſtatem pertinet, ut conſtitutum in* Aure. Bull. Divi Carol. IIII. *c. 24. §. in hoc item crimine. nam & ipſi ſunt pars corporis Principis. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. majeſt.*

Concluſio LXXXIII.

115. SAnè, † ut dominus in cauſa ſui domeſtici repellitur à judicando: *a* ſic etiam removetur à teſtimonio pro eo ferendo, qui ſubeſt, alio, quàm patriæ vel dominicæ poteſtatis, *b* jure. *c*

a] *l. qui juriſdictioni. 10. ff. de juriſdict. omni judic. regulariter quidem.*
116. b] *Nam † de filio vel ſervo nullum eſt dubium, quod pro eis pater & dominus teſtificari non admittatur. l. 5. C. de teſtib. propter imperium patris in filium & domini in ſervum.*
117. *l. 1. & l. fin. C. de patr. poteſt. & l. 1. C. de emend. ſer. Nam † verbo poteſtatis plura importantur. l. poteſtatis. 215. ff. de verb. ſig.*

c] *Vt uno verbo cenſuit* Bart. *in l. idonei. ff. de teſtib. per text.*
118. *in c. cauſamq́. ext. de offic. delegat. adeò, † ut ſicut dominus non poteſt producere in teſtem, & in judicem familiarem ſuum: ita quoq; non poſſit producere in teſtem fratrem familiaris ſui, imò recuſari famulus*

mulus poteſt, ut tradunt reprobando dictum Petr. de Anch. *pleriq; in c. inſinuante. ext. de offic. delegat.*

Concluſio LXXXIV.

NON † quidem ſimpliciter ſed attenta qualitate perſonæ 119.
domini. Vtiq; enim, ſi dominus eſt & ſuperior, adeò tamen vilis conditionis, ut timeat domeſticum & ſibi ſubjectum, totaliter repellitur à teſtificando pro domeſtico. Vbi verò dominus eſt perſona gravis & ſummæ auctoritatis, ad teſtificandum eſt admittendus.

Vt declaravit Salic. *in l. 2. C. de teſtib. quemadmodum † mari-* 120.
tus timens uxorem ſuam repellitur, ſi teſtificatur pro uxore, ut advertit Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid. Et † licèt ubi de gra-* 121.
vitate domini conſtat, concedendum ſit, quòd admittatur in teſtem pro domeſtico: quia non reperitur prohibitus: fateor tamen, quod in dubio non eſt integra perſona, quia negari non poteſt, quod eſt aliqualiter ſuſpectus. c. cauſamq;. extr. de offic. deleg. & fac. l. 1. C. ſi rect. provi.

Concluſio LXXXV.

PRæterea † domeſticum non reprobatur teſtimonium, ubi- 122.
cunq; ille, qui olim fuit domeſticus, amplius non fuerit teſtificatus, adeoq; teſtimonii ferendi tempore, ſicut dici poteſt, ſi famulus mercenarius qui receſsit, ſteterit ſimul ſumptibus meis.

l. 1. §. item Junio. *ff. de quæſtio. & docuit ſimpliciter* Bald. *in l. 2. ff. de teſtib. quia † dictum teſtis attenditur tempore teſtificatus. l. 3. §.* 123.
lege Julia. ff. de teſtib.

Concluſio LXXXVI.

UT † tamen nullæ ſuperſint reliquiæ prioris domeſticitatis, 124.
& fuerit dimiſsus famulus ante litem motam. nam tunc demùm videtur poſſe teſtificari quondam domeſticus.

 Vt cen-

Digitized by Google

Vt cenſuit Bart. *in d.l.1.* §. *item* Junio. *&* Specul. *tit. de teſte.* §. *11. verſ. quid ſi olim.*

Concluſio LXXXVII.

125. CAEteroquin, † ſi adhuc durent reliquiæ priſtinæ domeſticitatis, ceu in liberto & filio emancipato, is, qui deſiit eſſe domeſticus, non poterit eſſe teſtis pro ſuo quondam domino.

126. *Vt docuit* Bart. *in d.l.1.* §. *item* Junio. † *exemplo liberti, qui non poteſt torqueri in caput patroni. d. l. 1.* §. *ſi ſervum. Sed iſte text. non loquitur, utrùm poſſit produci pro domeſtico, ſed an contra domeſticum. Fieri enim poteſt, quod propter reverentiam quam debet filius vel libertus patrono & patri, non poſſit produci contra ipſum; & tamen ſi deſiit eſſe domeſticus, poſſit produci pro ipſo: & ideò gl. in d. l. 1.* § *ſi ſervum: ſunt contraria.*

Concluſio LXXXVIII.

127. EX † quo ſequitur, quòd ille, qui prohibetur produci contra aliquem ratione reverentiæ, ut filius emancipatus & libertus, prohibeatur etiam produci ab ipſo, vel pro ipſo.

Vt tradit Bart. *in l. 3.* §. *lege* Julia. *ff. de teſtib. & in l. qui teſtamento. 20.* §. *1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. per l. nullus. 10. ff. de teſtib.*

Concluſio LXXXIX.

128. SIcut † nec tunc olim domeſtico teſtificari licet, ſi ego expulerim eum lite jàm ante mota vel præparata.

Vt ſenſit Specul. *tit. de teſte.* §. *1. verſ. quid ſi olim. &* Bart. *in d. l. 1.* §. *ſi ſervum. quia præſumor hoc feciſſe in fraudem. d. l. 1.* §. *ſi ſervum. ibi. ſuſcepta cognitionis. ubi dicitur, ſi poſt accuſationem inchoatam aliquis emit ſervum alicujus, ne torquetur contra ſe, iſta*
129. *fraus ſibi non prodeſt. Dolus † autem & fraus nemini debent patrocinium impartiri. c. ſedes. extr. de reſcript. Contrarius enim eſt*

dolus bonæ fidei, quæ bona fides in hujusmodi contractibus bonæ fidei maximè exigitur. l. ſi dolo. C. de reſcind. vendit. Imò, bonam fidem in contractibus conſiderari æquum eſt. l. bonam fidem. C. de oblig. & actio.

Concluſio XC.

NIſi † quod dominus ſi famulus ab eo propter hoc, ut teſtificetur, dimiſsus, eſt verè dimiſsus, iſtum familiarem pro ſe in teſtem producere, non impediatur, nulla inducenda differentia, utrùm lis agi diſceptariq; cœpta eſt, an minùs. 130.

Vt ſenſit Cyn. *in l. 2. C. de teſtib. &* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi olim. Non † enim videtur fraus fieri, nec videtur aliquis eſſe in dolo, qui parat ſibi probationem per aliquod factum, ſine quo aliàs ſuccumberet. l. At, qui natura. §. cùm me abſente. ff. de negot. geſt. Nec obſtat l. 1. § ſi ſervum ff. de quæſtio. Quia ideò illic aliud placuit, quòd per emtionem illam hoc fuerat quæſitum, ut ſubtraheretur adverſario probatio. Vndè eſt fraus & dolus, qui non debet prodeſſe hoc procuranti, ut eſt text. ubi* Bart. *&* Bald. *in auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Sed † parare ſibi probationem hoc non eſt illicitum. d. l. At, qui natura. §. cum me abſente.* 131. 132.

Concluſio XCI.

SEd, † ſi famulus dimittatur ſimulatè, hoc eſt, ad finem ut poſt teſtimonium rediret ad dominum, (ex quo ſimulatus diſceſsus præſumitur) nihil valet ejus atteſtatio, adeò ut nec ex ea ſe adjuvare dominus quicquam queat. 133.

l. ſi ventri. §. fin. ff. de privileg. credit. & probatur per ſingularem text. quo ſic adductus decidit & Bart. *in l. fin. ff. de donat. int. Vir. & uxor. quia adhuc videtur eſſe domeſticus. Ergò teſtimonium pro ſuo domino non ritè dare poteſt. l. idonei. ff. de teſtib.*

Et ſi.

Digitized by Google

134. *Et † ſiquidem famulus iſtius ſimulatæ dimiſsionis fuerit conſcius, ut quia promiſerit domino, ſe ad eum poſt teſtimonium reverſurum, in totum à teſtificando repellitur, annihilaturq́; dictum ejus, quia nihil doloſius doloſo. l. filium. de liberal. cauſ. l. quoniam. C. de reſtit. in integr. l. quoniam. verſ. inter ſe. C. de hæret.*

Concluſio XCII.

135. MOdò † actum fuerit inter dominum & famulum, ut effectu teſtimonio in continenti redeat. Secùs, ſi ex intervallo. nam tunc atteſtatio ejus pro domino facta, viribus ſubſiſtit.

Vt poſt Jacob. de Are. *&* Cyn. *in l. 2. C. de teſtib. quos citat, advertit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi olim. per d. l. ſi ventri. §. fin. & docuit* Bart. *in d. l. fin. Præſumitur † enim diſceſſus ſimulatus, quando confeſtim poſt teſtimonium re-*
136. *diret famulus ad dominum. d. l. ſi ventri. §. fin.*

Concluſio XCIII.

UT ergò † ſimulationis ſuſpicio ceſset, vel intervallum ali-
137. quod dumtaxat ſufficere, verius exiſtimo, etſi nonnulli, quod vel, nunquam redeat famulus ad dominum: vel, quod poſuerit ſe cum alio: vel, quod quæſierit ſe ponere, neceſsarium eſse arbitrati fuerint.

Vt Bart. *in l. fin. ff. de donat. int. vir. & uxor. & maximè, ſi boni & honeſti viri interfuerunt hujusmodi dimiſsioni, propter quorum præſentiam præſumitur abeſſe omnis dolus, fraus, vel ſimulatio. l. tranſactionem. C. de tranſact.*

Concluſio XCIV.

138. QVatenus † tamen intervallum hoc interceſserit poſt teſtificatum: alioquin, ſi interceſserit ante teſtificatum, & poſt teſtifica-

Digitized by Google

teſtificatum famulus redierit incontinenti, magna erit ſuſpicio contra teſtem, quod ſaltem ſub ſpe redeundi fuerit ſubornando dimiſsus adeò, ut, mea ſententia, nec arbitrarium eſse poſset, an eſset admittendus, & imò in dubio prorſus repellendus.

Quia † factum ſubſequens multùm declarat animum præteriti temporis. l. ſed & Julianus. 9. §. mutui. 2. ff. ad maced. quando ex facto præſumatur adfectus. l. dolum. C. de dol. & plus eſt facto, quàm verbo aliquid facere. c. dilecti. ext. de appell. l. certum. 6. ff. ſi cert. pet. Niſi quod is, qui talem allegat ſimulatum diſceſſum illum probare debeat. Expediti enim juris eſt, quòd quando deducitur vel requiritur actus, vel factum qualificatum, non ſufficiat probare factum, ſine illa qualitate. l. Prætor vit. §. docere. verſ. cæterùm, ſi alibi. ff. vi bonor. rapt. l. Fulcinius. §. cùm autem. junct. gl. in verb. debet fraudationis. in princ. ibiq; Bart. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Et tantò fortius in præſenti ſpecie, cùm illa ſimulationis qualitas requirat duo indicia. Nam eſſe in dolo, & eſſe in culpa, ſunt duæ qualitates. Ideò intentans dolum & probans culpam in dimittendo famulum, ſivè levem ſivè latam, debet ſuccumbere, & admitti teſtis. Cùm non ſit ex hoc capite exceptum. l. illud. in princ. ibiq; gl. ff. de liber. cauſ. Inſuper, ſicut ſe habet actio in civili, ita accuſatio in criminali. l. libellorum. 3. l. Senatus. ff. de accuſat. Ideò, ſi quis intentet unam actionem ſeu exceptionem, & probat in alia, nihil agit, quia ſuper non intentato non valent probationes. Imò, non poſſet formari ſententia conformiter libello, quia forma libelli attenditur penes concluſionem, ut tradunt omnes in d. l. Fulcinius. §. cùm autem. & Bart. in l. Divus. 32. col. 1. verſ. ſed adverte. ff. de re judic. dixit: quòd, ſi quis dicat ſe ſuperatum ex dictis & falſarum atteſtationum, teſtibus corruptis, hoc eſt, quaſi teſtes dixerint falſum corrupti, non ſufficit probare corruptelam ſine falſitate, nec falſitatem ſine corruptela: quia adſtrinxit ſe loquendo limi- 139.

E e tate,

tatè. Et ſubjungit Bart. in d.l. Divus. col.1. verſ. ſed adverte. hic eſt caſus, quem tene menti. Hæc pariter ſententia probatur & ex d. l. Fulcinius. §. quòd, ſi autem. ubi dicitur, non ſufficit quem latitare, niſi cauſa fraudationis fiat, & requiritur, quòd fraus adhibeatur ad hoc, ut creditores fraudentur. Hinc Bart. expreſse idem probans in d. l. Fulcinius. §. quòd, ſi autem. poſt princ. in fortioribus terminis in hæc prorupit verba: Ex hoc dico: ſi aliquis dicit ſe oppreſsum falſis atteſtationibus, quia corruptus pecunia, & ille probat teſtes falſum dixiſse & eſse corruptos, & contra eum dicant, certè non ſufficit, caſus eſt hic, quem tene menti. Fulcitur jam relata ſententia inſuper & ex c. licèt cauſam, 9. ibi. ſe adſtrinxit. ubi Abb. in 9. notab. extr. de probat. nam proponens duo, quorum unum venit qualificativè ad reliquum, ita, quod eſt unum dictum qualificatum, videtur ſe in dubio adſtringere ad utrumq; probandum, nec ſufficit alterum probare, licèt illud per ſe aliàs ſufficiat, ut docuit Bart. in d.l. Divus. 32. Hinc etiam in ſpecie decidit Joan. Andr. & Innoc. in c. conqueſtus. extr. de for. compet. quòd fundans ſe in libello ſuper certa qualitate, ſi eam non probet, ſuccumbit: quia ſi ita non probatur, non videtur illud factum in judicium deductum, ut traditur & in c. cùm ſit. extr. eod. Quare Cyn. poſt Jaco. de Arc. in l. 2. C. de probat. non ineleganter dixit: ſi fuit inquiſitio vel accuſatio facta de inſultu cum armis, vel de percuſsione cum ſanguinis effuſione, ſi poſteà probetur inſultus, ſed non cum armis, vel percuſsio ſine ſanguinis effuſione, quòd reus ſit abſolvendus: quia non videtur hoc factum probatum, fuiſse in judicium deductum, deficiente qualitate, Abb. in d. c. conqueſtus. verſ. ſecundò colligitur. col. 2. cum princ. ſeq. ſubjungens: Et nota benè hæc duo dicta. cui addo Bart. in l. denunciaſse. §. quid tamen. poſt princ. ff. de adult. ubi format eandem quæſtionem, & decidit inter cætera, quòd quando illa qualitas, quæ non probatur, facit ceſsare propoſitam actionem ſeu accuſationem, debeat ſequi abſolutio. d. l.

Prætor

Digitized by Google

Prætor ait. §. docere. Et ſic expreſſe vult Bart. *& bene: quòd, quando quis accuſavit quem de vi expulſiva cum manu armata, & ſic per legem Juliam de vi publica, & probaverit violentiam, non tamen qualificatam cum armis, ſequi debeat abſolutio. Cui ſubſcribit* Salic. *in l. 2. col. 2. in fin. verſ. ex prædictis. C. de vi publ. adducens pro hoc, rationem: quia pœna violentiæ privatæ, non eſt in judicium deducta.* Jaſ. *in l. pen. §. in eum. col. 2. verſ. adde, ad iſtam ff. ne quis eum, qui in jus vocat. eſt, vi exim. Quin imò, quando aliquid profertur à lege, cum aliqua qualitate, debet utrumq; probari, ſcilicèt illud & qualitas ejus. l. 1. §. ait Prætor. ff. ne quid in loc. publ. Ex qua egregiè dixit* Joan. Andr. *in c. 1. De homicid. in 6. quòd evaſerit quendam Prælatum à pœna. d. c. 1. ubi puniuntur illi, qui fecerunt aliquem chriſtianum occidi per aſſaſſinos. Nam fuerat probatum, quòd Prælatus quidam fecerat occidi homines per aſſaſſinos: tamen non erat probatum, quòd erant homines chriſtiani. Ideò, ipſum à pœna d. c. 1. evaſerit: quia debent in articulis & probationibus ad unguem verba legis vel ſtatuti ſervari, ut traditur in c. Prælatis. De homicid. in 6. & in c. 1. §. grave. ibiq; gl. De ſtat. regul. in 6. & docuit* Bart. *in d. l. 1. §. ait Prætor. quem refert & ſequitur* Alex. de Imol. *conſ. 1. col. 6. verſ. hoc probo per id. & conſ. 82. col. 4. verſ. ſed ad hoc. lib. 3. Et procedunt hæc omnia in propoſito noſtro ſine dubio, ut ſi quis contra dimiſſionem famuli à ſuo domino in teſtem producti, excipere vult de ſimulatione, debeat illam probare cum omni qualitate, aliàs teſtificatus ejus recipietur.*

Concluſio XCV.

RVrſus † ex diverſo, ſi teſtis hodiè, dum ſcilicèt producitur 14 eſt penitùs extraneus, & poſteà, hoc eſt, teſtificatus tem-

pore, effectus domeſticus, ut teſtis quidem & recipi, & examinari debet, ſed ſine effectu probandi: quando dictum ejus domino in nullo ſuffragetur.

l. 1. §. item Junio. ff. de quæſt. l. nullus. ff. de teſtib. & ſenſiſſe ita etiam viſus eſt Bart. *in l. 1. §. ſi ſervus. ff. de quæſt. & eum ſecutus*
141. Bald. *in l. 2. C. de teſtib. nam † dictum & qualitas teſtis conſideratur tempore, quo teſtificatur, & non, quo producitur. l. 3. §. lege* Julia. *ff. de teſt. l. qui teſtamento. 20. §. conditionem. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

Concluſio XCVI.

142. QVamvis † deniq; domeſtici regulariter teſtes in cauſa domeſtici eſse impediantur: ubicunq; tamen alii teſtes qui ſunt omni exceptione majores cum illis concurrunt, tunc ex illorum exuberanti fide defectus domeſticitatis purgari poteſt.

143. *Vt placuit* Angel. *conſ. 1. col. 1. nam † dictum teſtis domeſtici reintegratur per alios idoneos, ſicut & regulare eſt, quòd dictum unius, qui non ſit integer teſtis, ſuppletur per alium, qui ſit valdè idoneus, ut docuit* Bald. *in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. & reſpondit* Deci. *conſ. 133. col. 1. in fin.*

DE SVBDITO ET VASALLO.

PARS XVII.

1. Subditus an pro ſuo domino dicere poſſit teſtimonium? & quatenus? nu. 5. & 11. cur non dicatur domeſticus? n. 4. & quousq;? nu. 9. quando in cauſa ſui domini recuſari poſſit? nu. 10.

3. Poteſtatis verbum quid ſignificet in perſona magiſtratus?

6. Metus reverentialis quando inducatur per preces ſuperioris? obedientia quotuplex ſit? nu. 7. & 8.

12. Va-

Digitized by Google

12. Vaſallus contra ſuum feudi dominum an ſuper quæſtione non feudali teſtis eſſe poſsit? num. 16. vel ſaltem in ſubſidium? nu. 19. & quousq;? nu. 29. qua cautela uti poſsit ne teſtificando feudo privetur? nu. 25. an teſtificetur in cauſa feudi? nu. 17. an ſit de perſonis teſtificari prohibitis? n. 14. cui adſimiletur? num. 15. ſecreta domini an impunè poſsit propalare? nu. 18.

13. Edictum, de teſtibus, eſt prohibitorium.

20. Privilegium de non teſtificando, ubi ceſſet? n. 21. utrum concurrat cum non privilegiatis? n. 22.

23. Explicatur gl. in l. inviti. 12. in verb. licet, verſ. ſed quid ſi veritas. ff. de teſtib. nu. 24.

26. Judicis auctoritas eſſe non debet eluſoria: juſſus, an excuſet? nu. 27. & quatenùs? nu. 28.

29. Producenti teſtem privilegiatum ſubſidiariè, quid incumbat probare? nu. 30.

31. Exceptio à quo ſit probanda?

Concluſio XCVII.

IN † ſumma, ſciendum eſt, quæſitum eſse, an ſubjectus alicui ratione jurisdictionis ſicq; ſubditus in cauſa jurisdictionis poſsit pro ſuo principe teſtificari? Et hoc eum poſse magis eſt. 1.

Quia † ſuperior non habet jus patriæ vel dominicæ poteſtatis, vel aliquid ſimile, eoq; ei ſubjectus, dici domeſticus non poteſt, ut ſuprà concl. 56. Nametſi diximus ex vi jurisdictionis & poteſtatem in ſubditum habere videatur dominus: illa † tamen poteſtas in perſona magiſtratuum, ſignificat imperium. l. 2. ff. de jurisdict. omni. jud. l. poteſtatis. 225. in princip. ff. de verb. ſignif. Subditus ergò pro ſuo domino teſtificari poteſt. Aliàs princeps in probando aliquem actum per ſe geſtum, non poſset uti teſtimonio, quod videretur non modò eſse inconveniens. Imò & valdè abſurdum, maximè in principe habente latum dominium, & in Prælatis; qui fortè vellent ſe purgare per manum ſub- 2. 3.

 ditorum

Digitized by Google

ditorum ſuorum, vel probare innocentiam ſuam. Et hanc concluſionem probavit Cyn. *in l. Eos. C. de teſtib.* & Bart. *in l. idonei. ff. Eod. quibus ipſe pariter ſubſcribo, reprobando gl. quæ cenſuit expreſſim oppoſitum, ut & à pleriſq; rejicitur in d. l. idonei. licèt pro gl. valdè urgeat text. in l. ſi libertus. ff. de furt. quem ſupra Concluſio. 62.*
4. *& text. in c. 1. Qualit. deb. Vaſal. jurar. fidelit. Nam † ſubditus & domeſticus communiter debent præſtare domino eidem juramentum. d. c. 1. Vndè videtur, quòd ſaltem ſint ſimilis qualitatis, reſpectu ſuperioritatis.*

Concluſio XCVIII.

5. CAEterùm † placuit ita demùm non repelli ſubditum à domino in teſtem pro ſe productum, ſi dominus, cui competit majoritas cum poteſtate publica, non conſueverit eſſe terribilis, comminataq; exſequi.

Vt declaravit Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed nunquid Vaſallus.* & Bald. *in l. Eos. C. de teſtib. quos eſt ſecutus cum aliis* Abb. *in c. ſuper eo. in fin. extr. de teſtib. & probat clarè text.*
6. *in c. inſinuante. extr. qui cler. vel vovent. dùm dicit, † quòd preces vel mandatum ſuperioris non includant metum reverentialem, niſi ſit conſuetus non parentibus inferre terrorem. Imò, etiamſi ſint preces inſtantes, nihilominùs non præſumitur metus reverentialis, ut dixit ſingulariter* Innoc. *in c. cùm inter ſeniorem. extr. de elect.*
7. *Metus † autem, qui infertur cauſa majoritatis & obedientiæ, dupliciter conſideratur. nam quædam eſt majoritas abſq; poteſtate publica, & quæ habetur à marito in uxorem, & à patrono in libertum, ut iſte metus reſcinditur officio judicis. l. 1. §. qui honorandæ. ff. quar. rer. act. non dat. l. fin. ff. de furt. quædam † eſt ma-*
8. *joritas cum publica poteſtate, cujus timore ſi aliquid geritur, reſcinditur illud condictione ex l. ſi per impreſſionem. C. de his, quæ fiunt vi met.*

Digitized by Google

vi met. cauſ. Et in hac concluſione conſideramus metum in hoc poſteriori ſignificatu. Nec huic adverſatur Concluſioni text. in c. 1. Qualit. Vaſal. jurar. deb. fidel. quem ſuprà concluſ. 100. Cent. 2. in oppoſitum adduximus. Nam † licèt æquiparentur ſubditus & domeſticus quò ad 9.
illud juramentum: non tamen quò ad omnia, necq; quò ad hoc eſt eadem in uno atq; altero ratio, ut alibi expoſuimus, cùm † ſubditus in cauſa domini ſui recuſari poſſit, ut ſuſpectus ſi eſt judex. c. accedens. 10.
extr. de lit. conteſt.

Concluſio XCIX.

CVi † eſt conſequens dicere, ſi domini perſona eſt talis qua- 11.
litatis, ut præſumeretur inferre violentiam teſti, ſi non teſtificaretur ſuo modo, vel in ipſius favorem, tunc ſubditum non admitti ut teſtem, pro domino.

d. c. inſinuante. & tradit Joan. Andr. *ad* Specul. *d. loc.* Bald. *in d. l. Eos. &* Abb. *in d. c. ſuper eo. in fin. arg. c. fin. extr. de appell. & l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de nov. oper. nunciat.*

Concluſio C.

ALia † ſanè cauſa eſt, ſi Vaſallus in cauſa alterius contra ſu- 12.
um dominum pro teſte inductus fuerit. nam is, etſi domini domeſticus vel ſubditus non ſit, teſtimonium contra eum reddere non poteſt, tàm in cauſa civili modica, quàm in criminali, & ſi contra fecerit feudo privabitur.

c. 1. §. pen. De conſue. rect. feud. Nam † edictum de teſtibus, *eſt pro-* 13.
hibitorium certarũ perſonarũ, cùm omnis perſona, quæ non reperitur expreſſè prohibita à jure, poſſit teſtificari. l. 1. ibiq; gl. ff. de teſt. gl. in l. quoniã. in fin. C. de hæret. De † perſonis autem prohibitis & privilegia- 14.
tis à jure, eſt Vaſallus, quia jure prohibetur ſub pœna privationis feudi. d. c. 1. §. fin. gl. in c. de forma. 22. q. 5. Paul. de Caſt. *in l. libertorũ.*

C. de

Digitized by Google

C. de teſtib. Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid Vaſallus, ne*
15. *contra feudi dominum teſtificetur. d. c. 1. §. pen. ea ratione: quia † Vaſallus æquiparatur liberto. gl. fin. in l. ſolo. C. de liberal. cauſ. & in d. c. 1. §. pen. & in c. 1. in verb. ſalva. De milit. Vaſall. qui contum. eſt. Sed libertus non poteſt teſtificari contra patronum. d. l. libertorum. & l. lege* Julia. *ff. de teſtib. §. item lege* Julia. *4. q. 3. Ergò nec Vaſallus, & tantò magis, cùm ſimus in materia pœnali, ut in qua agitur de privatione totius feudi. ut cenſuit gl. in d. l. ſolo. & in l. 1. §. cùm patronus. in verb. cùm inimicis. ff. de offic. præfect. urb.*

F I N I S

Centuriæ Tertiæ.

Digitized by Google

RUDOLPHI VOLC-MARI HESS,

JurisConſulti,

Practicarum Concluſionum DE TESTIBVS.

Centuria IV.

Concluſio I.

QVando † utiq; extra controverſiam feudalem & nulla co- 16. gente neceſsitate, adeoq; ultrò Vaſallus in teſtem productus teſtimonium adverſus dominum ſuum dixerit: alioquin, 17. Vaſallus, ſi producitur ad teſtificandum in controverſia orta ſuper inveſtitura, impunè contra feudi dominum teſtificari poterit.

c. 1. Qui teſt. ſunt neceſs. ad nov. inveſtit. proband. & c. 1. §. 1. Quid ſit inveſtit. & traditur per Alvar. & Alex. *in c. 1. §. pen. De conſuetud. rect. feud. Sed † cur tàm variè? ne ſcilicèt Vaſallus ſcienter* 18. *videatur manifeſtare credentiam ſui domini in ejus præjudicium.* Alvar. *in d. c. 1. §. pen.*

Concluſio II.

NIſi quod, † ubicunq; veritas aliter haberi vel ſciri non poſ- 19. ſit, quàm per ipſum Vaſallum, de jure quiverit Vaſallus dicere teſtimonium, etiam in quæſtione non feudali, & imo cogi, ſi monitus recuſaverit, ad teſtificandum contra feudi dominum.

Vt eſt apud F.F. in d. c. 1. §. pen. nam † privilegiati à jure. ut 20.

Ff *non*

non teneantur teſtificari, non gaudent huiuſmodi privilegio, quando veritas aliter haberi non poteſt: aliàs celare veritatem eſſet peccatum mortale. c. quiſquis. 11. q. 3. ut ſic 21. *† tale privilegium non excuſet in toto, ſed tunc ſolum quando alii haberi non poſſunt, ut docuit valdè eleganter* Hoſt. *in c. 1. extr. de cogend. teſtib. & anteà gl. in c. 1. in verb. occultetur, 14. q. 2. quos eſt ſecutus* Abb. *in d. c. 1. & prater omnes* Specul. *tit. de teſtib. §. de teſtium repulſione. in princ. &* Anton. de Butr. *in c. cùm nuncius. & in c. cùm à nobis. 27. extr. de teſtib.* Abb. *&* Anton. de Butr. *in c. dilectorum. extr. de cog. teſtib.* Domi. *in c. ſtatutum, 2. q. 6. Nec propterea videtur nullum privilegium iſtorum privilegiatorum, quaſi nulla eſſet differentia in-*
22. *ter privilegiatos & non privilegiatos. Nam † adhuc magna eſt inter eos differentia: quia non privilegiati coguntur teſtificari, etiamſi per alios poſſit haberi veritas, ex quo moniti teſtificari recuſant. Privilegiati verò non coguntur, ubi veritas per alios haberi poteſt, ut poſt*
23. Hoſt. *tradunt cæteri omnes in d. c. 1. & in d. c. dilectorum. Sed † quid tàm differenter? cùm exemti à teſtimonio ferendo, etiam in defectum veritatis non admittantur, ut videtur ſentire gl. in l. inviti. 12.*
24. *in verb. licet. verſ. ſed quid ſi veritas? ff. de teſtib. Non † tamen ſatis convenienter menti illius gl. ut quæ intelligitur loqui de his, quorum aliqui exonerentur à teſtimonio, non quaſi eſſent privilegiati à jure, ſed aliàs inhabiles: quòd etiam tunc in auxilium veritatis non admitterentur, quando materia eſt talis, quæ de ſui natura aliter ſciri poſſet, ut declaravit* Felin. *in d. c. 1. col. 2. verſ. item, in quantum dicit, & reſpondit* Schurff. *conſ. 60. num. 14. Cent. 1.*

Concluſio III.

25. PRo † tantò, quòd etiam Vaſallus, ſi citatus à judice & requiſitus ad teſtificandum, ſe civiliter excuſando proteſtatus ſit;

non

rus ſit: *Jure feudorum ſub amiſſione feudi prohibitum eſſe, ne Vaſallus in ſuum teſtimonium dicat dominum*: & judex nihilominus vel captis pignoribus vel multa indicta, Vaſallum ad ferendum teſtimonium compulerit, à feudi excuſetur privatione Vaſallus teſtis.

Vt cenſuit gl. in d. c. 1. §. pen. in verb. privabitur. De conſuetud. rect. feud. ex l. 2. §. 1. ff. ſi quis cautio. & arg. l. poſtquam. §. an libertus. ff. de his, quib. ut indig. & tradit Alvar. *in c. 1. §. item ſi delator. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Judicis † *enim auctoritas non debet eſſe ludibrio. l. ſi Prætor. 75. in fin. ff. de judic. tùm etiam, quia quod quis mandato judicis facit, non videtur dolo facere, eò, quòd parêre neceſſe habeat. c. quod quis. 24. De reg. jur. in 6. & parendi neceſſitas faciat ceſſare præſumptionem doli. l. qui cum major. §. ſi pater. ff. de bon. libert. l. mater. C. de calum. quinimò, † judicis auctoritas ſemper excuſat. l. non videtur. §. qui juſſu. ff. eod. l ſi quis. C. ad Sillania. niſi quis illicitum quid faciat judicis mandato. Is enim non excuſatur, imò ei imputatur, & qui non reſiſtit præcipienti punitur. l. omnes. C. de decurio. l. evidenter. C. de excuſat. muner. lib. 10. l. 1. in fin. C. de magiſtr. ſcri. lib. 12. In † his enim, quæ apertè contra legem ſunt, obtemperandum non eſt, nec q; judici ipſi, quando judex apertè contra legem procedit. l. prohibitum. C. de jur. delib. & eſt apud gl. in l. quanquam. in verb. actionem.* Bart & Alex. *in l. ſi quis, id quod. §. fin. ibiq; gl. in verb. doli. ff. de juriſd. omni. jud. &* Specul. *tit. de oblig. & ſolut. §. 2. verſ. illud.*

26. 27. 28.

Concluſio IV.

NIſi † tamen producens in teſtem Vaſallum Principis contra ipſius in alia quàm feudi quæſtione, dominum probaverit: *quòd veritas aliter, quàm per Vaſallum haberi non poſſit*: Vaſallus ad teſtimonium dicendum, cogi nullatenus debet. 29.

Digitized by Google

30. *Cùm* † *non teſti producto privilegiato, ſed producenti incumbat probare;* veritatem ſcil. aliàs non poſſe haberi: *quia privilegiatus habet intentionem fundatam ex jure communi, ut non compellatur teſtificari in ſubſidium, niſi ex adverſo, adeoq; per producentem doceatur,* quòd veritas aliter haberi non poſſit: *Nam* † *ex quo*
31. *in certo caſu excipit, debet exceptionem ſuam probare, ut cum* Jōan-And. *concludit* Ant. de Butr. Imol. & Felin. *in c. ſuper literis. ext. de reſcript. & alii, quos eſt in conſulendo ſecutus* Schurff. *d. conſ. 60. nu. 15.*

DE SOCIO ET PROXENETA,

PARS XVIII.

1. *Socius utrùm ſimpliciter in cauſa conſocii eſſe teſtis quiverit? & an pro ſocii ſocio? nu. 2. mei ſocii, num & meus videatur ſocius? nu. 4.*
3. *Societas quomodo ſe habeat ad inſtar fraternitatis?*
5. *Proxeneta, quatenùs teſtificetur in cauſa, in qua mediator extitit? nu. 6. an ſit teſtis in matrimonialibus? num. 8.*

Concluſio V.

1. SOcius † inſuper in cauſa & contractu ſocii teſtimonium ferre non prohibetur: niſi vel ſocius ſit omnium bonorum, vel ſua interſit. nam tunc teſtis eſſe non poteſt, *a* licet non ſit totorum bonorum ſocius, adeò, ut nequidem ſuper parte ſocii
2. teſtificari queat, *a* licèt † pro ſocio ſui ſocii in teſtem ſine ulla recipi debeat difficultate: *b*

3. a] *Vt placuit* Innoc. *in c. præſentium. 29. ext. de teſtib. Hoc* † *enim ſummam rationem habet, cum ſocietas jus fraternitatis in ſe quodam-*

Digitized by Google

quodammodo contineat. l. verum. 64. in princ. ff. pro ſoc. nam ſocii ſe adinvicem ut fratres diligunt, & ratione ſocietatis res ita fiunt communes, ſicut ratione fraternitatis. ut adfirmavit gl. in d. l. verum. 64. in princ. in verb. fraternitatis. Vt ergo fratres ſunt ſuſpecti in ſuis teſtimoniis: ita & ſocii inter ſe, etiamſi non univerſorum bonorum ſocii ſint, ſed unius rei. d. l. verum. 64. in princ. Quod enim juris eſt de toto quò ad totum, idem & de parte quò ad partem eſt intelligendum. l. quæ de tota. 76. in princ. ff. de rei vend.

b] *Cùm tunc nulla vel modica præſumatur adfectionis ſuſpicio & fraterna dilectio. Nam † ſocii mei ſocius, meus ſocius non eſt. l. nam ſocii. 20. ff. pro ſoc. l. Modeſtinus. 105. ff. de verb. ſig. l. conſilii. 48. in fin. ff. de reg. jur.* 4.

Concluſio VI.

ENimverò † proxeneta ſeu mediator, ſi utraq; pars conſentiat, eorum fieri poteſt teſtificator, ut & ubi teſtimonium perhibere noluerit propter utriuſq; partis conſenſum compellere eum judex debeat. 5.

Novell. conſtit. 59. tit. 2. §. quoniam verò, Collat. 7. quæ adducta ſit cenſuit gl. in c. fin. in verb. in teſtem. De teſtib. in 6. Proxeneta † autem dicitur communis amicus, & arbitrator & amicabilis compoſitor, qui à partibus electus non more judiciorum, ſed, ut communis amicus ſeu neceſſarius de aliquo inter partes controverſias ordinat, & diſponit. Componuntur enim ea quæ ab eo dicuntur. d. Novell. 59. §. quoniam verò. 6.

Concluſio VII.

QVòd, ſi alterutra partium dumtaxat conſenſerit, teſtificari quidem mediatori licèt, nolens autem teſtimonium dare, compellendus non eſt. a & tantò minus admitti debet, ſi neutra pars conſenſerit. b 7.

a] Novell. *conſtit. 59. tit. 2. §. quoniam verò. in princ. collat. 7. arg. l. arbor. 19. §. de veſtibulo. 1. ff. com. divid.*

b] *Vt cenſuit gl. in d.* Novell. *conſtit. 59. §. quoniam verò. cui adſentitur gl. in c. fin. in verb. in teſtem. De teſtibus in 6. quam probavit* Bart. *in l. deferre. circa fin ff. de jur. fiſc. & in l. omnibus. 10. in fin. C. de teſtib. cum* Ant. de Butr. & Imol. *in c. cùm à nobis. extr. de teſtib.*
8. *& † in cauſa matrimoniali tradit* Alex. *conſ. 150. verſ. tertia ratione, lib. 5.*

DE AMICO.

PARS XIX.

1. *Amicus utrùm indifferenter expellatur à teſtimonio ſui amici? num. 6. 7. 12. & 13. an ſit teſtis integer? num. 2. & 12. cui comparetur? num. 3. quis intelligatur appellatione* Suorum? *num. 4. & poſſit injuriam proſequi amici ſui? num. 5. favere amico ſolet. num. 9.*

9. *num teſtificetur rectè pro inimico amici ſui? num. 21.*

3. *Amicitia ubi habeatur perinde ac fraternitas? quotupliciter conſideretur in teſtimoniis? num. 6. 7. 12. & 13. quæ dicatur vera & incorrupta? num. 10.*

11 *qualiter diſcriminetur ab inimicitia? num. 11. cujusmodi ſit nomen? num. 18.*

8. *Adſectionis par cauſa quid excludat? exceſſus, quid operetur? num. 20.*

14. *Amicum quæ ſuperent? num. 15.*

16. *Fraternum nomen quæ tranſcendant?*

17. *Frater undè dicatur?*

19. *Judicis officium cujusmodi eſſe debeat circa atteſtationem amici?*

21. *Vaſallus contra quos teſtis eſſe nequeat?*

22. *Inimicus mei an ſit amicus inimici mei?*

24. *Excepti qui intelligantur in juramento Vaſallageo.*

Cor

Concluſio VIII.

QVantumvis † ergò amicus non repellitur à teſtificatu, utcunq; etiam amicitiæ ſit neceſsitudo: ſi tamen eſt amicus magnus, non eſt teſtis omninò integer, nec omni exceptione major. 1.

Ut cenſuit gl. in Novell. conſtit. 5. §. cogitandum. in verb. teſtes. in fin. col. 1. qua dixit, † hoc ideò eſſe, quòd ei aliquantulum minor fides habeatur, per l. 3 ff. de teſtib. & l. Eos. C. Eod. quod tradit & Bart. *in l. admonendi. col. 9. ff. de jurejur.* Alex. *conſ. 13. lib. 1.* Aret. *conſ. 71. & viſus eſt ſentire* Bald. *in l. data opera, col. 22. C. qui accuſ. non poſſ. & tradit poſt eos* Felin. *in c. quoties. notab. 6. extr. de teſtib. Imò, † conſanguineo æquiparatur amicus magnus; à* Bart. *in l. ſi plagii. ff. de verb. oblig. per text. in c. cùm voluntate. extr. de ſent. excom. & amicitia magna eſt majoris ponderis, quàm fraternitas, ut adfirmavit* Alb. de Roſat. *in l. ſed & hæ. ff. de procurat. adductus text. in l. cùm allegas. C de caſtr. pecul. lib. 12. Quò fit, † quòd appellatione* Suorum, *veniat amicus ſingularis, ut eſt apud* Bald. *in l. ſi crimen. 10. col. 11. C. de his, qui accuſ. non poſſ. proindeq; non inſcitè dixerit* Alex. *in l. ſæpè. col. 50. ff. de re judic. quòd † talis amicus poſſit injuriam proſequi, tanquàm factam attinentibus ſuis, & retulit* Bald. *in rep. c. ſi pater. De teſtam. in 6. & conſ. 78. lib. 4.*

(Margin numbers beside this paragraph: 2. 3. 4. 5.)

Concluſio IX.

NIſi † amicitia fuerit ordinata & reciproca adeoq; communis cum reo & actore: nam illa à teſtimonio amicum non repellit, Imò, judex debet arbitrari, quòd, ſi alia non ſubſit ratio quàm amicitia, ſit teſtis idoneus: *a* ut ſic † ex inordinata & ſingulari amicitia dumtaxat, multùm amicus ſit à teſtificando expellendus: *b* vel per accidens, ut quia ex amicitia unius reſultat odioſitas alterius. *c* 6. 7.

a] l. ſcien-

8. a] *l. ſciendum. 4 ff. de legatio: Nam † paritas adfectionis, ſuſpicionem removet. l. non ſolùm. 67. §. 1. ff. de rit. nupt. gl. in c. poſtremò. extr. de appell. & tradunt omnes poſt* Bald. *in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. per l. Eos. C. Eod. quam* Bald. *in l. 2. C. Eod. intelligit*
9. *loqui, in teſtibus inſtrumentalibus. Amicus † etenim amico vult benè. Ergò non vult falſum dicere pro eo: quia eſſet ſibi hoc malum & non bonum.*

10. b] *Per tradita in c. cum oportet. ext. de accuſat. Ea † enim vera & incorrupta eſt animicitia, quæ virtute probitateq; conciliatur, eoq; præferenda conſanguinitati & ſanguinis conjunctioni, quaſi ipſa benevolentia devinciat homines charitate, at verò nulla omnium ſocietatum eſt præſtantior; nulla firmior, quàm cùm viri boni ſimiles moribus, ſunt familiaritate conjuncti, ut eſt apud Cicero. 1. officior. Magna igitur eſt vis amicitiæ.*

11. c] *Vt placuit* Bald. *in l. ſi quis. col. ult. C. de teſtib. Nam † amicitia contra eſt vitium. Vnde vitium repellit, & non virtus, juxta* Bald. *in l. 3. in princ. ff. eod. qui diſtinguit inter amicitiam levem & magnam.*

Concluſio X.

12. QVare † nullâ amicitiâ quis à teſtimonio ferendo repellitur ſed fide amici ſaltem pro quantitate amicitiæ, detrahitur, *a* ut, ſi amici adverſus fidem teſtationis ſuæ, vacillant, audien-
13. di non ſint; *b* aliter quàm, † ſi tàm immenſa poteſt deprehendi amicitià, ut non ſolùm diminueretur fides, ſed omninò elevaretur. *c*

14. *Vt advertit* Bald. *in l. 2. in fin. ff. de teſtib. Magnum † eſt nomen amici, majus coætanei, maximum contubernalis. Nihil etenim eſt, tàm amicum, quàm contubernalitas & cænobium eorum, qui deligunt ſe mutuò, qui ſimul vivunt, & hi benevoli magis ſunt, qu im*

amicì

Digitized by Google

amici nominandi. Poſt hos † omnes noviſſimo loco collocatur frater, 15.
quo nomine omnis adfectio, omnis benevolentia, omniaq; charitatis nomina fermè minora ſunt. Quodnàm † nomen eſt amantiùs, quàm 16.
fraternum? quæ poteſt eſſe tàm amicitia fœlix, quæ imitetur fraternitatem? Frater † quippè dictus eſt, quaſi ferè alter. Hinc, fraternus 17.
appellatur fratris filius, teſte Nigidio.

c] *Vt tradidit* Felin. *in c. quoties, ext. de teſtib. licèt aliud viſum ſit* Bald. *in l. Eos. C. Eod. Cum † enim amicitia virtutis & fidei* 18.
nomen ſit, non eſt admittendum, ut propter eam fidei minus teſti adhibeatur. Judex † igitur amicitiæ cauſam inſpicere debet, & ſi ex ſocie- 19.
tate ocioſa vel non multùm egregia eam proveniſſe deprehenderit, ſummamq; eſſe, nihil ei fidet. Magna † enim adfectio veritatem pror- 20.
ſus impedit, c. accuſatores. 3. q. 5. Hinc eſt, ſi accuſatio alicujus publicè inſtituta ſit, non eſt compellendus accuſator ejus legationem ſuſcipere, qui ſe amicum vel domeſticum dicit ejus, qui accuſatur. d. l. ſciendum. 4.

Concluſio XI.

QVomodo † & amicus pro inimico meo rectè teſtificabitur, *a* tametſi Vaſallus contra ſui domini dominum, ceu 21.
antiquiorem hoc impunè facere non poſſit, quando utiq; & ipſius Vaſalli feudum ab antiquiore proceſſerit pendeatq;. *b*

a] *Vt aperuit* Andr. de Piſ. *in l. qui admittitur. C. de teſtib.* & Bald. *poſt* Cyn. *in l. ſi quis. col. fin. verſ. octavò quæritur. & verſ. quærit. C. de teſtib. quia † amicus mei inimici, non eſt meus* 22.
inimicus. l. conſilii. 48. in fin. ff. de reg. jur. utiq; materialiter. Cum † & formaliter non ſolum inimicus, ſed etiam amicus vel domeſticus 23.
inimici mei, mihi eſſe poſſit ſuſpectus. gl. in c. ſi inimicus, in verb. nolite, diſt. 93. fac. l. liberi. C. de in offic. teſt. & c. repellantur. ext. de accuſ. & tradit Bart. *in l. ſciendum. 4. §. ſi accuſatio. ff. de legat.*

G 2 b] *Nam*

Digitized by Google

24. b] *Nam † in juramento fidelitatis, quod Vaſallus præſtat domino, excipitur Imperator. c. 1. in fin. De prohib. feud. alie. per* Frid. *vel Rex. c. 1. De nov. for. fidelit. & alius dominus antiquior, à quo ante feudum tenebat Vaſalli dominus. Ille enim eſt cæteris præferendus. c. 1. in fin. Hic finit. lex.*

DE TESTE INFAMI.

PARS XX.

1. *Infamia & levitas an quem à ferendo teſtimonio repellat? qualiter? num. 5. & 9. & quando? num. 10. & 14. facti, an per ſe ſola quem faciat inteſtabilem? num. 12. & an indifferenter? num. 7. 17. 19. & 20. an naſcatur ex delicto privato? num. 30. quomodo purgetur? num. 107. & à quibus? num. 108. juris, quid præſupponat? num 72.*
2. *Teſtis cujus eſſe debeat qualitatis? ut ratione criminis repellatur à teſtificando, quid requiratur? num 11. an ex poſt facto repelli poſſit? num. 14. & 16. Infamis de facto an indicium teſtificando ad torquendum faciat? num. 31. & 36. & quouſq; ? num. 37. & 38. concurrens cum teſte integro, an plenè probet? num. 113. & 114.*
3. *Levitas quid ſignificet in teſtibus? cenſetur eſſe in faciliter credulo? num. 4.*
6. *Text. in c. licèt cauſam. 9. extr. de probat. declaratur.*
7. *Infamis de facto in quibus teſtis eſſe poſſit, vel non? num. 31. & 51? & quatenus? num. 38. an ſit teſtis in caſibus permiſſis integer?. num. 8. & 34. an eſſe teſtis queat in teſtamento? nu. 16. & in aliis negotiis quæ in judicio agitantur? num. 17. 18. & 19. quando quis efficiatur ex furto? num. 30. qualiter in capitalibus eſſe poſſit teſtis ſubſidiarius? num. 40. torturæ ſubiici? num. 42. & 44. unde? num.*

Digitized by Google

num. 46. de jure, an repellatur à teſtimonio? num. 69. & an per omnia? num. 82. 92. 93. & 98. indicium an faciat ad torquendum? num. 31. & 36. & quousq; ? num. 37. & 38. concurrens cum teſte integro, an plenè probet? num. 113. & 114.

13. *Crimen ex quo probari poſſit?*

15. *Conditio teſtium an pariformiter conſideretur? num. 16. quæ præſupponat? num. 48.*

20. *Accuſatus criminaliter an teſtis eſſe poſſit? num. 21.*

22. *Teſtificari qualis ſit actus? num. 35. infamis an poſſit in criminalibus? num. 31. in criminali cauſa quatenus impediatur? num. 38. & admittatur? num. 40. qui non poſſint in cauſa matrimoniali? num. 51. & 79.*

23. Abbat. *opinatio in c. teſtimonium, 51. extr. de teſtib. circa teſtes infames de facto, refellitur.*

24. *Ingratitudo Vaſalli per quos teſtes probari debeat? num. 119.*

25. *Jura feudorum, an recipiant extenſionem? num 121.*

26. *Probatio excepta à regula, quousq; ſe extendat? facta in cauſa criminali mixta, an producat effectum in criminali mera? num. 29. plena, per quos dicatur fieri? num. 32. privilegiata, quales teſtes exigat, ſuper actu magni præjudicii? num. 51. & 53. actoris, quando præponderet probationi rei? num. 55. quæ ſufficiat ſuper matrimonio? numer. 68. qualis cenſeatur eſſe? num. 62. & fieri debeat contra præſumptionem in oppoſitum? num. 66.*

27. *Cauſæ graves an ſimpliciter comparentur criminalibus? nu. 28.*

30. *Furti cauſa, qualis eſſe dicatur?*

33. *Praxis articulandi ſuper teſtium legalitate, quæ ſit?*

39. Bald. *in auth. ſi dicatur.* C. *de teſtib. doctrina de teſte crimino ſo, falſa oſtenditur.*

41. *Socius criminis, quando poſſit teſtificari in cauſa criminali?*

42. *Tortura an ſimpliciter ſupponi*

debeant teſtes infames? nu. 44. & 45. & perſona viles? nu. 43. ut quis ſubjici poſſit, quod præcedere debeat? nu. 47. an quis poſſit ex teſtimonio unius? nu. 91.

49. *Fides cujusq; rei, ex quibus pendeat?*

50. *Judicis officium, quod eſſe debeat circa teſtes, eorundemq; atteſtationes? nu. 56. & 57. in quo potiſſimum verſetur? num. 58.*

52. *Teſtes omni exceptione majores qui dicantur? eſſe an ſemper debeant in cauſa matrimoniali? nu. 58. 61. & 64. quando ſint neceſſarii? nu. 119. & 120.*

54. *Examinatio teſtium quomodo fieri debat in præjudicialibus?*

56. *Variatio teſtium quatenus non officiat?*

58. *Veritas qualiter ſoleat elucescere?*

59. *Favor matrimonii quousq; procedat? nu. 67. & cujus ſit potentiæ? nu. 60.*

61. *Matrimonium qualiter contrahatur? clandeſtinum, quatenus obliget? nu. 62.*

64. *Argumentum de diſſolvendo matrimonio an procedat ad probandum matrimonium?*

65. *Præſumitur pro inſtrumento?*

67. *Cauſa matrimonialis, quatenus dicatur eſſe gravis?*

68. *Gl. in c. in literis. in fin. ext. de teſtib. refutatur.*

70. *Criminaliter puniendus, an emendatus teſtis eſſe in cauſa capitali poſſit?*

71. *Infames, qui repellantur à ferendo teſtimonio ipſo jure? nu. 76. 77. 80. 81. 83. & 68.*

73. *Cauſæ cognitio quæ efflagitet in teſtibus infamibus de jure? nu. 101. 104. & 105.*

74. *Repetundarum damnatus an ſit inteſtabilis? & cujus reſpectu? nu. 75.*

78. *Ludus quid ſit?*

80. *Mundatores latrinarum quales eſſe cenſeantur?*

84. *Heretici quibus in actibus expellantur à ferendo teſtimonio? an ſint infames ipſo jure? nu. 86. & 88. an poſſint aliquo caſu teſtes fieri legitimi? num. 87. ſunt inimici DEI. nu. 89. an aliquod*

debeant

Digitized by Google

debeant habere commercium? nu. 90.
85. Probandi facultas non eſt coanguſtanda.
88. Majeſtatem divinam offendere eſt omnium graviſſimum.
90. Commiſſa in regionem, quorum reſpiciant contumeliam?
94. Exceptio infamiæ, qualiter ſit contra teſtes infames proponenda? nu. 95. hæreſis, an quem repellat ab agendo contra debitores ſuos? nu. 100.
96. Opinio communis in quibus faciat perſonam inhabilem haberi pro habili? eſtq; nullius effectus? nu. 97.
99. Conſtitutio pœnam irrogans ipſo jure quid præſupponat?
102. Notorii vis & natura quæſit.
103. Sententia quatenus inducat notorium?
106. Factum ubi probari ſufficiat?
107. Purgatio Canonica in quibus obtineat? nu. 108. & cujus ſit effectus? nu. 109.
110. Plus in ſe minus continet.
111. Defectus in teſtibus an ſuppleatur ex legalitate alicujus? num. 114. & 119. vel ex numero teſtium? nu. 112.
115. Teſtimonia à quibus ſint requirenda?
116. Dictionis præcipuè & maximè natura? nu. 117.
118. l. 1. in princ. ff. de teſt. declaratur.
123. Honeſtas perſonæ auctoris qualiter probetur?
124. Statuto an recipi poſſit quod probatio illegitima præſumatur legitima?

Concluſio XII.

SEd † & teſtes repelluntur à teſtimonio ex infamia facti & levitate; adeò, ut, ſi iſtæ duæ qualitates, *infamia & levitas*; ſimul ſunt in teſtibus, non poſsimus dicere, quòd aliquibus eorum credatur aliquid, & aliquibus non, cùm omnes habeant eandem qualitatem. 1.

c. licèt cauſam. 9. ext. de probat. c. forus. §. vita, ext. de verb. ſignif. Nec † enim ulla debet teſtis ſiniſtri rumoris labe eſſe labacſcta- 2.

 tus.

tus. c. teſtes. 2. q. 7. c. ex parte. extr. de teſtib. c. prætereà. §. hujuſ-
3. *modi. extr. de cogend. teſtib. Levitas † autem ſignificat hominem mendacem ſine alterius præjudicio, ut ſenſit* Abb. *in d. c. licet cauſam. 9. qualis eſſe reputatur eſſe is, qui facilè credit, à gl. in c. nolumus. 2. q.*
4. *5. Nemo † enim eſſe debet nimis credulus, niſi quod excuſetur ſi quis gravi & honeſto crediderit viro.*

Concluſio XIII.

5. EST † tamen in judicis arbitrio, vel totaliter repellere teſtem, vel non totaliter: non ſolùm, ſi ſit infamis infamia facti, ſed etiam, ſi ſit levis opinionis.

6. *d. c. licet cauſam. 9. verſ. quanquàm. † quia iſta verba:* eorum dictis nulla vel modica: *generaliter referuntur ad præcedentia, & ſic videntur dicta tàm de levibus, quàm de infamibus: licèt* Abb. *verba illa aliter expoſuerit, & quidem ut, cùm dicit text.* nulla, *referatur illud ad infamiam facti; & cùm dicitur,* vel modica, *referatur ad hominem levis opinionis; quaſi ſic probaret text. iſte, quòd infamis infamia facti totaliter repellatur, ſed homo levis opinionis non totaliter. Sed prior expoſitio magis arridet. Sed prior expoſitio magis arridet. Et quod totum hoc ſit in arbitrio judicis, diſertè probat text. in c. teſtimonium. 51. extr. de teſtib. & tradit* Bart. *in l. 1. C. de Sum. Trinit. & fid. cathol.*

Concluſio XIV.

7. SI † ergò de aliquo boni viri malè opinentur, is regulariter nuſquàm eſt admittendus in teſtem, præterquàm in cauſis gravioribus, quales ſunt civiles maximi ponderis & momenti, ſcil. cauſa matrimonii, ſtatus vel famæ, & quales ſunt omnes criminales.

Nam

Nam † infamis infamia facti in gravibus non eſt integer teſtis. 8.
ut traditur in l. 1. C. de Sum. Trinit. & eſt apud Bald. *in c. ad no-*
ſtram. extr. de probat. & tradit Angel. *conſ. 152. col. 4. lib. 5. ubi*
infert, quòd talis non ſit teſtis idoneus in probando matrimonium. In
his enim non probant plures, necq; inducunt, ut torqueatur reus, niſi
agatur de crimine, quod ſolet clanculum fieri.

Concluſio XV.

TEſtis † inſuper propter ſolam infamiam indiſtinctè poteſt 9.
repelli à teſtificando, ſi eſt infamis infamia facti: quamvis
de crimine ſit emendatus.

c. teſtimonium. 51. Extr. de teſtib. & tradit Ang. *in l. 1. in fin. ff. de his, qui not. infam. qui ſimpliciter dixit, quod de jure Canonico teſtis infamis infamia facti, non admittatur. quod ſenſit &* Flor. *principaliter propter text. in d. c. teſtimonium. 51. qui generaliter de infamia, ſecundum eum, loquitur. Sed iſta dicta ſunt falſa, & contra text. in d. c. teſtimonium. 51. verſ. quamvis, ut ſufficienter demonſtravit* Abb. *in d. c. teſtimonium, ubi rationes* Flor. *egregiè deſtruit.*

Concluſio XVI.

SI † dumtaxat crimen nunc probatum fuerit. nam illud te- 10.
ſtem repellit, etiamſi de crimine illo aliàs non ſit damna-
tus, convinci autem poſsit.

c. ſuper eo. 12. Extr. de teſtib. l. Athletas. §. calumniator. ff. de his,
qui not. infam. c. deniq;. extr. de except. c. cùm dilectus. in fin. extr. de
ord. cognit. nam † ad hoc ut ratione criminis teſtis repellatur, videntur 11.
requiri duo, quòd vel ſit convictus de crimine, vel convincatur. Sed
† per famam vel infamiã facti, non dicitur quis convictus de crimine, 12.
d. c. teſtimonium. 51. in fin. ibi. aut gravata ſit ejus opinio, ubi iſtud po-
nitur ut diverſum à convictione. Ergò non videtur poſſe dici, quod ſola
infa-

vincitur de crimine, licèt etiam de jure civili repellatur à teſtificando, *c* non tamen prorſus & omninò repelli poteſt. *d*

a] *d. c. teſtimonium. & d. c. licèt cauſam. Nam † fortius gravatur opinio accuſati per inſcriptionem, quam facit accuſator ad pœnem talionis, quàm ex vocibus vulgi, qui aliquando mentitur. c. Oſius. De elect. Et tamen iſte admittitur in teſtem. Ergò multò fortius ille, qui eſt infamis infamia facti. † Et ſecundum hanc limitationem debet intelligi quod dixit* Bald. *in l. Barbarius. ff. de offic. Prat. &* Ang. *in l. 1. C. de poſtul. rei. accuſatum pendente judicio non poſſe eſſe teſtem, hoc eſt, niſi in cauſa civili: licèt non plenè probet. ut traditur in l. 1. C. de ſum. trinit. & per* Bart. *in l. Caſſius. ff. de ſenat. & gl. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de carb. edict.* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod eſt infamis.* 20. 21.

b] *c. frequens. De reſtit. ſpol. in 6. l. propter litem. §. 1. ff. de excuſat. tut.* c] *fac. c. Omnipotens. ext. de accuſat. c. tantis Daniel. diſt. 81. ut & clarè ſenſit* Bald. *in l. 1. C. de ſum. trinit. quia eſt vilis perſona. l. 1. C. ubi ſenat. vel clariſſ. Ferre † autem teſtimonium eſt dignitas. c. præceptivum. 32. q. 5. à qua viles ſunt remoti. c. infamibus. 187. De reg. jur. in 6.* 22.

d] *d. c. licèt cauſam. & d. c. teſtimonium. etſi †* Abb. *in d. c. teſtimonium. dixerit, quod in cauſis gravibus teſtis infamis infamia facti omninò repellatur. Sed ſine aliquo fundamento. Nec* Abbat. *ſuffragatur auctoritas* Bald. *in d. l. 1. C. de ſum. trinit. Non enim loquitur* Bald. *de cauſis gravibus, ſed de quadam infamia, quæ cohæret ipſi crimini, hoc ipſo quod crimen eſt commiſſum, ex quo delinquens dicitur infamis, etiamſi nullus ſciat illud delictum. Vnde non loquitur de infamia facti, quæ procedit à diffamatione hominum. Atqui † text. quem conſiderat* Bald. *in c. 1. in verb. integræ opinionis. Quod teſt. ſint neceſſar. diſertè probat, quòd ſuper crimine, quod habet gravare perſonam Vaſalli, licet agatur civiliter ad amiſſionem* 23. 24.

Digitized by Google

Concluſio XX.

CVi † conſequens eſt dicere, teſti, qui eſt infamis infamia facti in cauſa criminali & quæ huic comparatur, nihil eſſe omninò credendum, a ut ne quidem, ſi deponit de ipſo delicto faciat indicium ad torturam. b & tantò magis in cauſa civili ardua à teſtimonio repellitur, dictumq; ſuum nihil probat. c 31.

a] *Vt clarè docuit* Bald. *in auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Quando † enim quis plenam facere vult probationem, debet factum probari* 32. *per teſtes optimæ opinionis,* Alex. *in l. 2. §. diem. col. fin. ff. quemad. teſtam. aper. & fac. doctrina* Bald. *in l. qui accuſare. C. de edend.* Cyn. *in l. in bonæ fidei. q. 7. C. de reb. credit. &* Bart. *in l. admonendi. col. pen. ff. de jurejur. Et hoc maximè dicendum eſt in criminalibus, ubi probationes clariores requiruntur. l. fin. C. de probat. Quò † fit, ut* 33. *quando teſtes bonæ opinionis & omni exceptione majores requiruntur, illa qualitas debet articulari & probari, ut tradit* Bart. *in l. 1. §. ſi quis neget. col. fin. ff. quemad. teſtam. aper. dicens, quod cautus debet eſſe advocatus, ut faciat probationem de fidelitate teſtium. Quia au-* 34. *tem † infames infamia facti non ſint omni exceptione majores, l. 2. l. 3. ff. de teſtib. non videntur probare poſſe, ſi in cauſa criminali ſint producti, juxta tradita per* Alex. *conſ. 70. lib. 1. & conſ. 143. lib. 2. Ferre † quippè teſtimonium computatur inter actus legitimos. l. pen. circa* 35. *fin. C. de hæret. l. 1. ff. de teſtib. l. 2. §. miles. 3. ff. de his, qui not. infam. l. ſi quis. ff. quemad. teſta. aper. At verò infamibus actus legitimi non patent. c. infamibus. 27. De reg. jur. in 6.*

b] *Juxta doctrinam* Bart. *in l. fin. ff. de quæſt. nam † ad hoc ut in* 36. *criminibus teſtis faciat indicium ad torturam, debet teſtis ille eſſe omni exceptione major, ut decidit* Angel. *in l. fin. C. de quæſt. Sed infamis de facto omni exceptione major non eſt. Cùm objici ei crimen poſſit. Nihil ergò penitùs probat, & tantò † fortiùs* 37.

ventur. fac. text. cum gl. in c. cum dilecti. Ext. de Elect. b] *c. licèt heli. ext. de Simo. Facti enim infamia à DEO ſolo poteſt aboleri. l. Caſſius. ff. de ſenat. l. 1. C. de Sum. trinit.* Bald. *in d. auth. ſi dicatur. col. ult.* Bart. *in d. l. ob carmen. §. 2. Sed † utrum debeat adhiberi tortura? eſt majus dubium: quia contra* Bart. *videtur eſſe caſus clarus in l. Divus. 9. §. fin. ff. de quaſt. ubi probatur, quod deportatus, qui producitur in teſtem, qui ſine dubio eſt infamis & infamia juris & facti, non debet torqueri. Et hoc text. adductus cenſuit idem &* Bart. *in l. ex libero. 15. in princ. ff. eod. adfirmans, quod † necq; deportatus, necq; alia vilis perſona & abjecta libera, poſſit torqueri, niſi in uno de tribus caſibus, quos nunc non proſequor, quia non faciunt ad rem.* 42. 43.

Concluſio XXIII.

DVmmodò † teſtes ſint perſonæ non ſolum infames infamia juris, ſed etiam viles & inhoneſtæ, propter qualitatem criminis, ex qua reſultat infamia, ceu ſunt pugnantes cum beſtiis, hiſtriones, joculatores & ſimiles. 44.

l. 1. & 2. in fin. ff. de his, qui not. infam. c. inprimis. q. 1. §. omnes. 4. q. 2. c. non oportet. diſt. 44. Nam de his, quod eis non credatur ſine tormentis, loquitur d. l. ob carmen. 21. §. 2. & accipi debet, quod per illum text. tradidit Bart. *in d. l. ob carmen, 21. §. 2. &* Bald. *in auth. ſi dicatur. col. ult. C. de teſtib.*

Concluſio XXIV.

CAEteroquin, † ſi ſunt perſonæ tales, quæ etſi ſint infames infamia juris, propter crimen de quo ſunt damnatæ, non tamen ſunt perſonæ turpes ex ratione communis ſtatus & exercitii ſui, in ſubſidium credetur eis ſine tortura: *a* dum tamen cum dictis eorum concurrant adminicula & aliæ præſumptiones. *b* 45.

Digitized by Google

magni præjudicii, puta, ad ſeparandum matrimonium; quòd tunc teſtes eſse debeant omni exceptione majores, & ſic non videatur admitti debere infamis infamia facti.

c.1.ext. de conſang. & adfin. Quia † teſtes omni exceptione majores dicuntur illi, qui nulla exceptione legitima repelli poſſunt, ut per gl. in d.c.1. in verb. omni. & in §. item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipul. Bald. *in l. optimam. 14. C. de contrah. ſtipul. col.2.* Alex. *conſ. 18. col. fin. lib.1. Atqui contra infames infamia facti excipi poteſt. Ergo illi omni exceptione majores non dicuntur, ut traditur per* Bald. *in l. 1. C. qui & adverſ. quos. & per conſequens quando agitur ad ſeparandum matrimoniū teſtificari non poſſunt, ut cenſuit gl. in d.c.1. ext. de conſang. & adfin. & fac. text. in c. licèt ex quadam. 44. ibi. exceptis majoribus: ext. de teſtib. & in c. laudabilem. ibi. bona fama. ext. de frigid. & malef. nam † quando probatio debet fieri contra juris communis regulas, putà per auditum, requiritur, quod ille, qui jurat ſit omni exceptione major.* Bald. *in l. qui accuſare. C. de edend.* Cyn. *in l. in bonæ fidei. q.7. C. de reb. cred. & † major debet adhiberi diligentia in examinatione teſtis, quàm alias. c. tuæ nos. ext. de conſang. & adfinit.* 52. 53. 54.

Concluſio XXVII.

UT † proindè, ſi actoris teſtimonium careat omni probabili ſuſpicione; & teſtimonium rei conventi juris præſumptione ſit ſuſpectiſsimum, probatio actoris ſit multò præferenda probationi partis adverſæ, ſicq; teſtimonium idoneum præferri debeat minus idoneo, non obſtante multitudine ſeu majori numero teſtium. 55.

c. licèt cauſam. 9. extr. de probat. Quandoquidem † ſi ex teſtib. quidam eorum aliud dixerint, licèt impari numero, credendum eſt, ſecundum quod naturæ negotii convenit & quod inimicitiæ aut gratiæ ſuſpicione carent: confirmabitq́; judex motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, quæ & rei aptiora & vero proximiora 56.

eſſe

57. *eſſe compererit. Non † enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem & teſtimonia, quibus potiùs lux veri-*
58. *tatis adſiſtit. l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de teſtib. Etenim † judex laborare debet pro veritate. l. 2. C. de edend. c. judicantem. 30. q. 5. Veritas namq; exagitata ſæpè, magis ſplendeſcit in lucem. c. grave. 35. quæſt. 2.*

Concluſio XXVIII.

QVando etiam, ubicunq; agitur de contrahendo matrimonio, adeoq; de ipſius contractus matrimonialis probatione, ſufficiant teſtes tales, quales haberi poſſunt, nec eos omni exceptione majores eſſe oporteat.

59. *c. fin. ext. de re. jud. ut † cujus cauſa eſt favorabilis. c. videtur. in fin. ext. qui matr. accuſ. poſſ. c. directò. ext. de appell. c. fin. extr. de condit. adpoſit. & talis favor videtur procedere in probationibus. arg.*
60. *l. lege* Julia. *ff. de manu. Vndè † videmus, quòd ille, qui ſtat pro matrimonio, poteſt favore matrimonii petere, quod adverſarius cogatur edere, non ſic ubi impugnatur matrimonium, ut docuit* Joan. Andr. *in c. ſeries. ext. de teſtib. &* Abb. *in c. juravit. ext. de prob.*
61. *& ideò † videtur, quod in probando matrimonium ordinaria ſufficiat probatio: quia in matrimonio ſolus conſenſus ſufficit. c. cùm locum. 14. ext. de ſponſal. etiam in clandeſtino.* Abb. *in c. 1. ext. de cland. deſponſ. Si ſolus conſenſus ſufficit. Ergò non requiritur extraordinaria*
62. *probatio, aliàs, ſolus conſenſus non ſufficeret. Et † quia matrimonium clandeſtinum obligat in foro animæ, ut ergò evitetur peccatum, favo-*
63. *rabilis videtur probatio matrimonij clandeſtini: quia † favorabilis eſt diſpoſitio, per quam ſaluti animæ conſulitur.* Bartolus *in auth. ſacramenta. C. ſi verſ. vendit.* Joan. Andr. *& alii in c. ex te-*
64. *nore. ext. qui fil. ſint legit. Nec † obſtat c. 1. ext. de conſang. & adfin. Quia loquitur in matrimonio infringedo. Non autem rectè infertur de diſſol-*

de diſſolvendo matrimonium ad probandum matrimonium. Cùm enim in d. c. 1. fuiſſet matrimonium contractum & copula ſecuta, à tali matrimonio propter ſcandalum non erat de facili recedendum. Ideò, requiruntur teſtes omni exceptione majores. d. c. 1. ſicut etiam, quando agitur de reprobando inſtrumentum. d. l. optimam. 14. & d. §. item verborum. quia † pro inſtrumento præſumitur l. cùm precibus. 65.
C. de probat. ideò teſtes omni exceptione majores requiruntur: quia † quando debet probare illud, quod habet præſumptionem in contrari- 66.
um, probationes clariores requiruntur, ut traditur in c. quia veriſimile. ext. de præſumpt. Secùs, ubi agitur ſimpliciter de probatione matrimonii. Nec † obſtat, quod cauſa matrimonialis dicatur gravis: quia 67.
hoc verum eſt eo ſolo reſpectu, quod non defertur juramentum in defectum probationis. Sed propter hoc non infertur, quòd probatio ordinaria, non ſufficiat. Nec † adverſatur quod dixit gl. in c. in literis. 24. in 68.
fin. ext. de teſtib. teſtes omni exceptione majores requiri, præcipuè ubi agitur de matrimonio infringendo: quaſi in illo verbo, præcipuè, *ſentiat, idem eſſe ubi agitur de matrimonio probando, ut ſenſit* Abb. *conſ. 53. col. 3. in fin. & col. 4. in princ. & conſ. 45. col. 1. lib. 1. Nam verbum illud* præcipuè *videtur reſpicere verba ſequentia & non præcedentia & videtur ſenſus: quòd præcipuè teſtes omni exceptione majores requiruntur, & ſic non negatur quin etiam alii admittantur: & hoc modo probaret contrarium gl. in d. c. in literis. 24.*

Concluſio XXIX.

SEd † & teſtis infamis infamia juris, quamvis ſit correctus de 69.
crimine repellitur à teſtimonio, & quidem totaliter: ſecus quàm infamis infamia facti.

d. c. teſtimonium. 53. in fin. l. 3. §. lege Julia. *l. ſcio. 14. l. inviti. 19. l. ex eo. 18. l. in teſtimonium. 20. l. ob carmen. 21. ff. de teſt.*

I i   *& tra*

70. *& tradit* Bart. *in l. 1. C. de Sum. Trinit. & fid. cathol. nam † ille, qui poteſt criminaliter puniri de crimine, emendatus, non admittitur in teſtem in cauſa criminali. d. c. teſtimonium. 53. in fin. ut nec in cauſa civili ardua, & licèt admiſſus fuerit, ipſius tamen dictum non probat.* Bald. *in c. ad noſtram. extr. de probat.* Felin. *in d. c. teſtimonium. 53. col. 5. in fin. quia cauſa magna æquiparatur criminali. c. 1. De reſtit. ſpoliat. in 6. l. propter. 21. §. 1. ff. de excuſat. tutor.*

Concluſio XXX.

71. ET † ſanè juſtè propter vitæ ſuæ notam & infamiam ad teſtimonii fideiq; officium admittendi non ſunt, qui eſt damnatus adulterii: *a* vel repetundarum: *b* vel ob carmen famoſum: *c* qui quævè in vinculis cuſtodiavè publica erit: qui cum beſtiis ut depugnaret, ſe locaverat: quæ palàm quæſtum faceret, feceritque: qui ob teſtimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepiſse judicatus vel convictus erit.

72. a] *l. ſcio. 13. l. ex eo. 15. ff. de teſtib. Eſt † enim infamis. l. infamem. 7. ff. de publ. judic. & quidem ipſo jure. l. qui adulterium. 29. C. de adult. attamen ſubſecuta ſententia arg. l. quoniam. C. de hæret. Nam*
73. *† quoties cauſa cognitio requiritur, toties proceſſu & ſententia opus eſt. l. de unoquoq;. ff. de re jud. l. obſervare. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſul.*

b] *l. ob carmen. 18. ff. de teſtib. l. lex Cornelia. 5. §. ſi quis li-*
74. *berum. ff. de injur. nam † talis efficitur inteſtabilis ex lege. d. l. lex Cornelia. 5. §. ſi quis. 6. adeò ut ne ipſi dicatur teſtimonium. l. cum lege. 26. in fin. ff. qui teſtam. fac. poſſ. utiq; in teſtamento. d. l. cum le-*
75. *ge. 26. in fin. ſecùs † atq; in contractibus, ut aperuit gl. in d. l. cum lege. 26. in verb. putant. niſi damnatus perdat libertatem & civitatem, ut declaravit gl. in d. l. cum lege. 26. in verb. putant.*

c] *l. 3.*

Digitized by Google

f] *l. 3. §. pen. ff. de teſtib. Sunt enim infames ipſo jure. l. 1. §. removet. 4. ff. de poſtul. Nam † eos qui quæſtus cauſa in certamina* 76.
deſcendunt, & omnes propter præmium in ſcenam prodeuntes, famoſos eſſe, Pegaſus & Nerva filius reſponderunt. l. 2. in fin. ff. de his, qui not. infam.

Concluſio XXXI.

QVemadmodum † etiam infamiæ ratione à teſtimonio repellitur Joculator: *a* & omnis perſona levis, ut ſunt; tabernarii adeoq; qui frequentant diverſoria, **die täglich in den Dorffſchencken vnd Bierhäuſern ligen:** *b* Luſores: *c* officii ſordidi qui ſunt aut viliſsimi, ceu ſunt, qui latrinas mundant & qui partes obſcœnas radunt, *d* & perjurus. *e* 77.

a] *l. 1. & 2. in fin. ff. de his qui not. infam. l. pen. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. §. omnes. 4. q. 2.* b] *l. humilem. 5. C. de inceſt. nupt. c. ſi conſtiterit. ext. de accuſat. c. non oportet. diſt. 44.*

c] *c. inter dilectos. circa princ. extr. de exceſſ. Prælat. & arg. c. clerici. extr. de vit. & honeſt. cler. ut qui ſunt malæ conditionis & famæ, ſicut & blaſphematores. Nam † ludus eſt crimen, ut tradit* 78.
Bart. *in Proœm. ff. §. illud. & ludens præſumitur dilapidare bona ſua, maleq; uti ſua ſubſtantia, ut dixit* Bald. *in authent. quod locum: circa fin. C. de collat. Et † ideò reſpondit* Alex. *conſ. 152. col. 4. lib.* 79.
5. quod in cauſa matrimoniali repelluntur teſtes luſores & blaſphematores. d] *authent. ſed uſus. §. ſed necq; viliſſimos. C. de teſtam. Novell. conſtit. 59. tit. 2. § ſancimus. Collat. 7. nam † qui* 80.
latrinas mundant, & radunt homines in locis inhoneſtis ſunt homines viliſſimi. d. l. humilem. 5. nec eis credendum, arg. l. qui adulterium. C. de adult. & c. deniq;. ext. de except. e] *l. ſi quis major. C. de tranſact. l. Lucius. ff. de his qui not. infa. c. ſicut à nobis. 27. c.*

Digitized by Google

teſtimonium. 53. ext. de teſtib. c. literas. verſ. præter juratoriam ext. de præſumpt. c. querelam. ext. de jurejur. c. quicunq;. c. infames. 6. q. 1. c. parvuli. 23. q. 5. c. ſi quis convictus. 3. quæſt. 8. de quo infrà prolixius.

Concluſio XXXII.

81. QVinimò † & furti, vi bonorum raptorum: injuriarum: de dolo: item tutelæ, mandati, depoſiti, item pro ſocio damnati, ſicq; raptor & fur manifeſtus teſtimonium dicere non poſſunt.

Nam his judiciis, actionibus directis non contrariis damnatis ignominia notantur. §. pen. inſtit. de pœn. temer. litig. Quocunq; au-
82. *tem † modo quis efficitur infamis, de jure à teſtimonio excluditur. l. fin. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 1. & tot. tit. ff. de his, qui not. infam. l. 3. §. lege Julia. & l. lege. 4. ff. de teſtib. c. præterea. ext. de cog. teſtib. c. præſul. 2. q. 5. l. necq; famoſis. C. de dignit. lib. 12. l. una.*
83. *C. de infamib. lib. 10. Quicunq; igitur † ex delicto obnoxius, precio dato paciſcitur, teſtis eſſe non poteſt, cùm fiat ignominioſus. d. §. pen.*

Concluſio XXXIII.

84. HOc † ampliùs & hæreticis teſtimonia contra orthodoxos ſunt inhibita, ſed judicialia tantummodò. Quando teſtamentaria teſtimonia eorum, & quæ in ultimis elogiis vel in contractibus conſiſtunt, recipi ſine ulla diſtinctione, ſit permiſſum.

85. *l. pen. in fin. C. de hæret. Cur † tàm variè? propter utilitatem neceſſarii uſus: præcipuè verò ne probationum facultas coanguſtetur. d.*
86. *l. pen. in fin. l. generaliter. in princ. C. de reb. cred. Quia † tamen hæretici omnes ipſo jure notentur infamia facti, non autem infamia juris. d. l. pen. ideò teſtimonium in judicio dicere non poſſunt. d. l. pen.*

Con-

Concluſio XXXIV.

NIſi † quod, ſi qui ex profeſſo ſunt hæretici nullatenùs ad 87.
teſtimonium admitti debeant: *a* præterquàm, ſi utraq; pars eos adprobat, vel cùm rem à ſe geſtam explicant adhibitis tormentis: vel ſi producantur ſuper criminibus exceptis, putà Simoniæ, hæreſeos, ſacrilegii, læſæ majeſtatis, & expilatæ annonæ. nam tunc, ſi dicunt veriſimilia, vel ſint numero plures, procedit eorum atteſtatio, *b*

a] *Quia † manifeſti hæretici ſunt infames ipſo jure. Cum longè* 88.
gravius ſit divinam; quàm temporalem offendere majeſtatem. auth. Gazaros. C. de hæret. ideoq; † non immeritò proſcribuntur hodiè & 89.
fugantur, tanquàm inimici conjurati DEI creatoris Optimi Maximi. c. 1. & paſſim tot. tit. ext. de hæret. & nos omnes inſurgere in eos debemus. l. Manichæos. 4. C. de hæret. Quià † quod in religio- 90.
nem divinam committitur, in omnium fertur injuriam. d. l. Manichæos. 4. Vt proindè non donandi: non vendendi: non poſtremò contrahendi cuiquàm convictò ſit facultas. In mortem quoq; inquiſitio extendatur. Nam ſi in criminibus majeſtatis licet memoriam accuſare defuncti; non immeritò & hic debet ſubire tale judicium. d. l. Manichæos. 4.

b] *Vt eſt apud* Cyn. *in l. maritus. ff. de quæſt. non † tamen opi-* 91.
nor ex unius atteſtatione quemquàm torturæ ſupponi poſſe, licèt aliud viſum fuerit Bart. *in l. 3. C. ad L.* Jul. *majeſt. dùm dixit, quòd ſufficiat unum indicium ad ponendum quem in tortura, licèt leges dicant præcedentibus indiciis: & pro hoc* Bart. *adducit gl. in d. l. 3. in verb. convictus.*

Concluſio XXXV.

HActenus tamen † propter juris infamiam quis rejicitur à te- 92.
ſtimonio, quatenùs articulatum & probatum extiterit,

Digitized by Google

quod pro tali habebatur & reputabatur tempore depoſitionis: aliàs non ſufficiet ad repellendum teſtem, probare, quod
93. eo tempore fuerit infamis ipſo jure: *a* ſicut † & repelli non poteſt ſi communi opinione toleratur pro idoneo. *b*

a] *gl. in l. cum lege. ff. qui teſta. fac. poſſ. & tradit* Bart. *in l. 1. C. de teſtam. & in l. ad teſtium. 22. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. reprehenſus à*
94. Bald. *in d. l. 1. Cùm † enim exceptio infamiæ, quæ proponitur contra teſtem, debeat proponi cum expreſſione criminis, ex quo eſt tota fundata ſuper crimine. c. præſentium. De teſtib. in 6. hoc ipſo, quod eſt propoſitum crimen ex quo dico teſtem eſſe damnatū & factum infamem, præſumitur quod teſtis communiter pro tali habeatur, & ſic non eſt opus aliter alle-*
95. *gare & probare. Sed † hoc dictum* Bald. *non procedit ſimpliciter, imò uterq; poteſt dicere verum ſed diverſo reſpectu, ut ex ſeqq. concluſ. manifeſtius adparebit.* b] *§. ſed cùm aliquis. 5. Inſtit. de ord. teſtam.*
96. *quia † non ſolùm in officiis publicis auctoritate & utilitate communis opinio & juſta ignorantia cauſa facit perſonam inhabilem haberi pro habili, ſed etiam in officiis privatis utilitate, ſicut eſt officium teſtis. l. 1. C. de teſtam. & tradit* Bart. *in l. ad teſtium. 22. § conditionem ff. qui teſta. fac*
97. *poſſ. poſt gl. in l. cum lege. ff. eod. aliter † quàm in procuratore inhabili. nam eum communis opinio habilitare non poteſt, ut valeant geſta per eū, in favorem eorum, qui ignorant eum eſſe talem ut traditur in c. poſt ceſſionem. ext. de probat. Quia l. 1. C. de teſtam. loquitur in officio publico ſaltem auctoritate. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. aper. cujuſmodi officium procuratoris non eſt. Præterea in d. l. 1. communis opinio habilitat inhabilem ad actum dumtaxat ſolennizandum, quod eſt minoris præjudicii, quàm habilitare inhabilem ad cauſandam ſubſtantiam actus in ipſo* Bald. *in l. ſi arbiter. in fin. C. de ſent. & interloc.*

Concluſio XXXVI.

98. ET ſiquidem † infamia juris infertur ipſo jure per legem, ſicut in caſibus *l. 1 ff. de his, qui not. infa.* non ſufficit probare contra.

contra teſtem, quòd ſit infamis, niſi etiam probetur, quòd communiter habeatur pro infami.

Et hoc reſpectu verior eſt doctrina Batt. *in l. 1. & in l. ad teſtium. 22. §. 1. ff. qui teſta. fac. poſſ. qui ante criminis declarationem adſerit crimen eſſe occultũ, ut in c. cùm ſecundum. de hæret. in 6. & in c. fin. de præſcript. in 6. Sicut † videmus, quod quantumcunq; conſtitutio irroget pœnam ipſo jure: tamen requiritur ſententia declaratoria ſuper ea, antequàm executio fiat ſuper bonis. d. c. cùm ſecundum. in verb. confiſcationes. Ex† quo arguitur, quòd per exceptionẽ hæreſis non poſſet quis excludi ab agendo contra proprios debitores. nam ante talẽ ſententiam retinere videtur adminiſtrationẽ bonorum. arg. d. c. cùm ſecundum. & l. aufertur. §. in reatu. ff. de jur. fiſc. gl. in l. conſequenter. 16. ff. famil. erciſ. & in l. 2. ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pet.* 99. 100.

Concluſio XXXVII.

INterdùm† verò ſe res aliter habere videtur. *a* nam ſi teſtis eſt infamis factus per ſententiam, tunc vel allegare dumtaxat infamiam ſufficit, vel & propoſitione & probatione eſt opus. Et omnium maximè, quando ad minùs dicas, *præſumitur ab omnibus ſciri teſtem eſſe ut infamem damnatum,* hocquidem non debet probari, ſed ſolùm allegari. *b* Diſsimiliter quam ſi hoc non præſumitur. nam tunc infamia quoq; probanda erit. *c* 101.

a] *Vt ita doctrina* Bald. *in l. 1. C. de teſta. ſuſtineri poſſit, cum dicto* Bart. *ibid.* b] *Sicut † videmus in notorio, quod non probatione, ſed tantùm allegatione indiget. gl. in Clem. appellanti. De appell. & traditur per* Joan. And. *& alios in c. 2. ext. Vt lit. non conteſt.* 102.

c] Juxta *doctrinam* Bald. *in d. l. 1. C. de teſta. quia † licèt quoad partes & judicem ſententia inducat notorium: tamen quò ad præſumptionem ſcientiæ & aliorum, videlicèt quòd omnes ſciant vel ſcire debeant. diſtinguitur qualitas fori, numerus Officialium & multitudo eorum, quæ ſolent intereſſe talibus ſententiis, ut cenſuit gl. ſingul. in Clem. 1. in verb. publicè. De ſepult. quam probant omnes in c. exceptionem. ext. de except.* 103.

Vndè

Digitized by Google

minus. Cui † enim licet quod eſt plus, licet utiq́ quod eſt minus, c. qui 110.
licet, 53. De reg. jur. in 6.

Concluſio XXXIX.

VEruntamen † ſi unus teſtis infamis, eſt conjunctus cum altero qui eſt vir gravis & magnæ auctoritatis, defectus ejus ſupplebitur per ſocium. 111.

l. ſi quis ex argentariis. §. 1. & ibi Bald. *ff. de edend. Quia †* 112.
numerus ſupplet defectum perſonarum, ut retulit gl. in l. 3. § ejuſdem quoq́. in verb. numerus. ff. de teſt. Hinc, ſi duo ſufficiunt, quando ſunt integræ fidei, ſi ſint tres, tunc numerus ceu major quàm requiratur, ſupplet defectum, Floria. *ind. l. 3. in princ. col. 2. verſ. adverte tamen. & tradit* Alex. *conſ. 5. col. 3. lib. 1. & conſ. 47. col. 1. lib. 2.* Roma. *conſ. 486. in fin. Unus † autem teſtis idoneus, cum alio minus* 113.
idoneo, ut ſocio criminis, vel participe, an faciant plenam probationem, vel unus teſtis inidoneus cum fama? traditur in c. veniens. 10. & in c. tàm literis. 33. Ext. de teſtib. de quo dicemus inferius.

Concluſio XL.

QVamobrem, † ſi ſunt examinati duo teſtes, quorum unus 114.
eſt infamis infamia facti, alter verò teſtis valdè honeſtus & dignus, illi duo teſtes plenè probabunt.

Ut perquàm ſcitè admodum dixit Bald. *in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. nam † teſtimoniorum uſus ab his præcipuè exigen-* 115.
dus eſt, quorum fides non vacillat. l. 1. ff. de teſtib. Ergò dictum teſtis invalidum, confirmari poteſt per depoſitionem conteſtium, ut † oſten- 116.
dit dictio præcipuè, *in d. l. 1. in princ. quæ eſt implicativa, & ſic caſum contrarium, licèt non expreſſum comprehendit. ut ſenſit gl. in d. l. 1. in princ. in verb. præcipuè. ſicut † de dictione* maximè ſonderlich *cenſuit gl. in l. illud. in verb. æſtimari. ff. ad L. Aquil. & in l.* 117.

Digitized by Google

Concluſio XLII.

Licèt † igitur unus magnæ auctoritatis & famæ ſuppleat defectum alterius teſtis, qui eſt vilis perſona & abjecta. *a* honeſta tamen perſona auctoris non ſupplet in caſu differenti, adeoq; turpitudo teſtis deponentis non ſuppletur ex idoneitate & honeſtate ſui auctoris. *b* 122

a] Bald. *in d. l. ſi quis ex argentariis.* §. *1.* b] *c. licet ex quadam. 47. verſ. nec tamen. ext. de teſtib. quia † de adſerta auctoris perſonæ honeſtate, aliter conſtare non poteſt, niſi per medium teſtis ſuſpecti. Vndè, qua ratione alia ejus dicta ſunt ſuſpecta, eâdem erit & ſuſpectum ejus dictum, quod audiverit à tali, & ſic quòd perſona honeſta ſit auctor ſuus.* 123

Concluſio XLIII.

Qvemadmodum † etiam nec conſuetudo nec ſtatutum valet, per quod diſponitur, quòd probans per teſtes viles & criminoſos, debeat vincere eum, qui probat legitimè per teſtes idoneos, ſicq; teſtes viles & abjecti præferantur honeſtis & fide dignis. 124

c. ad noſtram. & ibi. Anto. de Butr. *extr. de probat.*

DE TESTE CRIMINOSO.

PARS XXI.

1. *Statuto induci an poſſit; ut minus ritè facta probatio confundet legitimam? num. 3. vel præferatur legaliter factæ probationi? num. 2.*
4. *Criminoſus an teſtis eſſe poſſit ſuper criminibus exceptis? num. 8. & 10. quando? num. 7. & 20. an accuſare poſſit? num. 11. & 18.*
5. *Socius criminis ubi in cauſa criminali eſſe teſtis nequeat?*

 6. *Lai-*

Concluſio XLV.

ET † uſq; adeo criminoſi & infames repelluntur à teſtimonio, quòd etiam contra accuſatum de crimine Simoniæ, nullus teſtis criminoſus vel infamis admittatur: *a* ſecùs quàm in alio crimine excepto. *b* 4.

a] *Vt cenſuit gl. in c. veniens. 10. Ext. de teſtib. quam communiter probant DD. in c. per tuas. ubi gl. in verb. diſtinguendo. Ext. de Simo. confirmatur iſta concluſio per text. in c. 1. in fin. De teſtib. in 6. ubi dicitur, quòd † cum agitur criminaliter ſocius criminis in crimine Simoniæ non admittitur in teſtem. Et ſecundum hoc quò ad admiſsionem talium teſtium, nullum habet privilegium crimen Simoniæ. Contrarium ſenſit gl. in c. licèt heli. in verb. indifferenter. Ext. de Simo. Et licèt gl. hæc ab omnibus exactè perpenſa reprehendatur: pro illa tamen multum facit arguendo à fortiori: nam † ſi laici admittuntur contra clericos in crimine Simoniæ, licèt agatur criminaliter, ut poſt gl. tradunt communiter DD. in c. cùm. P. ext. de accuſat. & in c. de cætero. 14. ext. de teſt. fortiùs videtur, quod admittatur clericus, licèt criminoſus, vel infamis: niſi dicas, quod plus fidei datur laico, ſi eſt integra perſona, quàm criminoſo clerico, licèt ſit emendatus de crimine. Sed opinio relata in c. per tuas. Ext. de Simo. ſervatur in practica, tanquàm communis, quam tamen ipſe declaro non procedere, quando † veritas aliter haberi non poteſt. nam tunc infames admitti ſolere, tradit* Marſil. *in l. infames. nu. 35. ff. de ſicar. & cenſuit gl. in c. fin. in verb. juramento. ext. de cogend. teſtib. & eſt apud* Bald. *in auth. ſi dicatur. in fin. C. de teſtib.* 5. 6. 7.

b] *Vt placuit gl. in d. c. per tuas. in verb. diſtinguendo. licèt aliter ſenſerit gl. in verb. parvitate. in d. c. per tuas. adſerens. non † ſolùm in crimine Simoniæ, ſed etiam in quolibet alio crimine excepto, non eſſe admittendum criminoſum vel infamem. Sed hanc gl. ſenten-* 8.

Digitized by Google

tiam rejecit & rectè Abb. *in d.c.per tuas. adductus text.in c.1.ext. de conſecrat. & in c. ult. 15.q. 3. & in c. in fidei. De hæret.in 6. Quæ*
9. *† autem ſint crimina excepta, traditur in c. In ſumma. 2. q. 7. & per* Specul. *tit.de accuſat. juxta fin.*

Concluſio XLVI.

10. IDemq; † dicendum eſt, ut nullus ſcilicèt criminoſus vel infamis admitti debeat ad teſtificandum, ubi de crimine Simoniæ agitur civiliter: niſi teſtis iſte ſit laicus & teſtificetur contra ipſum infamatum.

c. cùm P. Extr. de accuſat. & cenſuit gl. in c. veniens. 10. Ext. de
11. *teſtib. quia † ſi laicus criminoſus vel vilis perſona repellitur ab accuſando. de Simonia. c. inprimis. 2. quæſt. 1. & d. c. cùm P. multò fortius eodem modo repellitur à teſtificando. ut probatur ex d. c. de cætero. 14. Extr. de teſtib. & in c. licèt heli. Extr. de Simon.*
12. *ubi probatur, quòd † faciliùs diſpenſatur cum inhabili, ut accuſet, quàm ut teſtificetur. Ergò ècontra, ſi repellitur ab accuſando,*
13. *fortiùs & à teſtificando. Sed † ita demùm, quando aliquis eſt bonæ opinionis & famæ, vilis perſona non admittitur ad accuſandum clericum de Simonia, ſi talis perſona vilis eſt laicus, ut probat text. in d. c. cùm P. in fin. junct. princ. Et licèt gl. in d. c. cùm P. dicat, quòd ideò laicus in caſu d. c. cùm P. repellitur, quia erat inimicus:*
14. *illa tamen doctrina gl. eſt contra † text. in d. c. cùm P. in princ. qui fundat ſe in repellendo accuſatorem in illa qualitate, quòd erat laicus, non quòd erat inimicus. Vndè melior eſt ſententia dicentium, quod ante accuſationem clericus ille non erat infamatus de crimine, & ſic laicus ut vilis perſona, non admittebatur ad ipſum accuſandum. Et quamvis textus in d. c. cùm P. dicat, quod fuit repulſus, quia laicus, & ſic videatur aliqualiter divinare, quia ſubjungit,*

Digitized by Google

git, quòd erat vilis perſona: minùs tamen divinatur hoc modo, quàm primo modo, ſubaudiendo, quòd eſſet inimicus. Quia, ut patet in text. d. c. cùm P. frater illius laici fuit repulſus tanquam inimicus, & tamen erat clericus. Veriſimile ergò eſt, quod fortiùs fuiſſet repulſus iſto prætextu laicus, ſi fuiſſet inimicus. Et ſi gloſſ. iſta ſic intellexit, rectè procedit. Si verò intellexit, quòd clerici participes criminis vel viles perſonæ repellantur ipſi ab accuſatione, tunc hoc eſt magis dubium, quia text. in c. ſanè. 15. quæſt. 3. quò ad proponendam accuſationem, æquiparat crimen Simoniæ & læſæ majeſtatis. Sed † in crimine læſæ majeſtatis admittitur quilibet ſine dubio ad accuſandum. c. ſi quis Papa. diſtinct. 79. & ibi gl. 15.
Ergò idem dicendum eſt, in crimine Simoniæ. Et hoc videtur ſentire expreſſè Pontifex in cap. licèt heli. verſ. fin. Extr. de Simo. Et quamvis ibi ponantur allegationes partium: adparet tamen ex text. quod utraq; pars concordabat in hoc, quòd ad accuſandum de Simonia quilibet criminoſus admittitur, non facta diſtinctione, utrùm accuſatus ſit infamatus, an non: quia æquiparatur læſæ majeſtati. Et cùm Pontifex hanc ſententiam ibi non reprehendat, tacitè videtur ipſam confirmare. Et text. in c. tanta. Extr. de Simon. etiam ſimpliciter admittit criminoſum ſine aliqua diſtinctione. Et † poteſt eſſe ratio diverſitatis, quia in laico & vili 16.
perſona concurreret duplex ratio ſpecialitatis, quòd non admitteretur ad accuſandum, ut quia laicus, & quia criminoſus. cap. in ſumma. 2. quæſt. 7. cap. de cætero. 14. Extr. de teſtib. Sed in clerico non concurrit, niſi una ſpecialitas. Duplex † autem ſpecia- 17.
litas regulariter non admittitur circa idem. l. 1. C. de dot. promiſſ. Ergò fortiùs debet repelli laicus, quàm clericus. Et propter prædictam æquiparationem, videretur dicendum, quòd † criminoſus 18.
admitteretur ad accuſandum, etiamſi non eſſet emendatus de crimine: quia benè admittitur in crimine læſæ majeſtatis.

pro

ſi quod in eo admittat teſtem, etiam non emendatum de crimine.

b] *Vt viſus eſt ſentire* Innoc. & Hoſt, *in d.c. per tuas. & probat ille text. in verb. præſertim. non impropriando literam, & ibi hoc docuit* Abb. *quod* † *tamen ipſe intelligo, dummodò non ſint laici, quià* 24. *illos dico admittendos, ſed cum diſtinctione, tradita per gl. in d. c. cùm P. & A. videlicèt utrùm agatur contra infamatum vel non? Atqui,* † *& in caſu d. c. per tuas. agitur contra infamatum. Ergò etiam* 25. *illo caſu, laici admittuntur. Niſi quod, ubicunq; non concurrunt illæ omnes qualitates, teſtes quidem criminoſi & infames in crimine Simoniæ, etiamſi ſint laici, ſunt admittendi. Quanta autem fides eis adhiberi debeat ſit arbitrarium. Quando porrò debeant admitti & quando non? traditur latiùs in d.c. veniens. 10. & in d.c. per tuas. In* † 26. *laicis tamen ſi ſint viles & criminoſi, ſervatur diſtinctio gl. in d. c. veniens: 10. & in d. c. cùm P.*

DE LEGITIMATIONE TESTIS inidonei.

PARS XXII.

1. *Teſtes inhabiles ubi reputentur idonei? nu. 8. & 13. qui admittantur in Simonia? numer. 10. duo quid probent? numer. 12.*
2. *Papa accuſato quis ſit judex competens? an poſſit legitimare inhabiles? num. 8. & quatenus? nu. 9.*
3. *Heretici per quos convinci teſtes debeant. nu. 1.*
4. *Favor fidei ſeu religionis quantus ſit?*
5. *Exceptio criminis ſeu infamiæ, an talionis replicatione circa teſtium perſonas elidi poſſit? an inferat injuriam ad effectum agendi? nu. 7. falſitatis an ſummoveatur per legitimationem teſtis? nu. 11.*

Digitized by Google

ſus, debet convinci per teſtes idoneos, ut dixit gl. notabilis in c. teſtimonium. Extr. de teſtib. cui addo Bart. & poſt eum Bald. *in l. cum mulier. ff. ſol. matri. & l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. Imò, † ſi teſtibus contra me productis objiciam, & dicam,* ipſos eſſe infames, *non teneor eis actione injuriarum: c. illi, qui. & c. omnes. 6. q. 1.* 7.

Concluſio XLIX.

SEd † & ſi teſtes minus idonei per ſummum Principem, ceu 8. Papam, vel Imperatorem habilitati, ſicut eos idoneos ad ferendum teſtimonium reputare poteſt, fuerint, dicto eorum creditur.

d. c. in fidei. Et † hoc verum intelligo quando exceptio contra teſtes 9. *cauſatur à jure poſitivo; putà, exceptio excommunicationis, criminis, ſervitutis, & ſimoniæ. Si verò cauſaretur à jure naturali, putà exceptio inimicitiæ, vel quòd teſtes careant ſenſu, & ſimiles, iſtas non videtur Papam poſſe auferre. arg. Clem. 1. De re judic. & tradit* Bart. *in l. ſi filius. ff. de donat. Et hoc probatur in c. per tuas. Extr. de Simo. ubi † in illo crimine Papa vult admitti teſtes criminoſos, &* 10. *alios minùs idoneos: non tamen conſpiratores, & inimicos, qui de facili mentiuntur. l. 1. §. præterea. ff. de quæſt. & hoc eſt, quod dicit text. in d. c. in fidei. ſi ex veriſimilibus conjecturis, non falſa dicere præſumuntur: quaſi † per admiſſionem teſtis inhabilis, non ſit excluſa exceptio falſitatis etiam contra dictum teſtium.* 11.

Concluſio L.

CAEteroquin, † duo teſtes minus idonei ſoli ſemiplenam 12. probationem, tanquàm perſonæ non integræ, ut quia viles, vel criminoſi, nedùm plenam non conſtituent, ita quod ejus prætextu habeat locum delatio juramenti.

Digitized by Google

14. Judex quando videatur eſſe perjurus vel non?
15. Falſitas quid efflagitet? cauſata ex delicto, quando exſpiret? nu. 31.
16. Pœnis l. ſi quis. 41. C. de tranſact. qui illaqueentur?
19. Dolus an culpæ nomine quoq; veniat?
20. Impotentia qualiter excuſet à perjurio? Vaſalli, à quo ipſum relevat? nu. 21.
22. Perjurii reatus an ſit ſeparabilis ab ipſo actu?
23. Argumentum à perjurii actu ad reatum, quatenus procedat?
25. Infamis juris infamia, quæ perdat?
30. Criminoſus quando in quavis cauſa eſſe poſſit teſtis integer?
31. Fraudis præſumptio ex maleficio proveniens, ubi ceſſat? quo ex delicti genere deſcendat in perjuro & criminoſo? nu. 32.
33. Vſurarius ſemper contra ſe habet fraudis præſumptionem?
34. Judicium quando dicatur mixtum? inquiſitionis, an ſit civile? nu. 35. 36. & 37.
38. Teſtis à teſtimonio ſi ut perjurus excluditur, quid probet? nu. 39.
40. Credulitas quid importet? nu. 41.

Concluſio LI.

INſuper † ex perjurio quoq; quis non minus, ac ex crimine, in 1
famatur, vel ipſo jure, vel per ſententiam, *a* Quo fit ut de jure Canonico quilibet perjurus ſit infamis, non ſolum infamia canonica, ſed etiam infamia vera. *b*

a] *gl. in c. teſtimonium. 53. in verb. perjurii. Ext. de teſtib. Et † veniens contra factum & juramentum, ipſo jure eſt infamis: veniens verò contra juramentum ſolum non eſt infamis ipſo jure, efficitur tamen infamis per ſententiam, ut eſt text. ſingular. cum gl. &* Bart. *in l. quotiens. C. de dignit. lib. 12. Quia † condemnatus de perjurio ſpoliatur dignitate. Et in hoc doctrina* Angel. *in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. quam infra Concluſ. 52. referam, vera eſſe poteſt.*

Digitized by Google

b] *Per ea, quæ tradit gl. in c. querelam. Extr. de jurejur. & in c. pervenit. Extr. de fidejuſſ. & probat l. quoties. C. de dignit. lib. l. ſi quis. 41. C. de transact. l. Lucius. 21. ff. de his qui not. infam. Hinc,*

4\. *† perjurus non poteſt promoveri ad ſacros ordines. c. Infames. 6. q. 1. & excluditur à defendenda eccleſia. c. dilecti. extr. de except. nam Deus multùm conteſtatur de perjurio, l. qui relictum. ibi* Bald. *C. de*

5\. *indict. viduit. toll. Atqui † perjurus peracta pœnitentia poteſt in officio ſuſcepto miniſtrare, & aſcendere ad novos ordines, ſi ſit occultus. c. fin. in verb. perjurii. Extr. de temp. ord. Ergò perjurus infamis non eſt. Nec enim recedere debemus à Canonibus expreſſe con-*

6\. *tradicentibus. Sed ratio hæc non eſt bona: quia, † ſicut dicitur in c. paſtoralis. in princ. Extr. de appell, ſemper verba legis & reſcripti ſunt interpretanda, ne ſint ſuperflua: etiamſi inducant aliquid exorbitans à jure communi, ut tradit* Bart. *in l. 3. §. Prætor ait. ff.*

7\. *de dam. infect. Unde, † ut evitetur ſuperfluitas ad limitanda jura expreſſa, dici poteſt, ut, dùm dicunt, perjurum eſſe infamem, intelligantur de infamia canonica, quæ aboletur poſt peractam pœnitentiam, ſi perjurus eſt occultè criminoſus, ita ut extunc habeat exſecutionem of-*

8\. *ficii. d. c. fin. in princ. Proindè, † excipienti: perjurus aliquo caſu eſt infamis ipſo jure, etiam infamia civili, putà ſi ſit præſtitum juramentum promiſſorium, & non ſervatum. l. ſi quis major. 41. C. de tranſact. Ergò, ut infamis, non habet exſecutionem ordinis: reſponderi*

9\. *† poteſt, quòd d. c. fin. intelligatur loqui de juramento adſertorio, propter quod quis non incurrit infamiam civilem.*

Concluſio LII.

1\. SI † maximè perjurus ideò damnatur, quia doloſe juraverit. nam ſemper ita condemnatus de perjurio, fit infamis. ut

ideò

ideò & teſtes, quorum teſtimonium reprobatum eſt, quaſi ex falſo teſtimonio, inter infames habeantur.

l. Lucius. 20. ff. de his qui notant. infam. Angel. *in l. Lucius. 20. ff. de his, qui not. infam. Cùm † enim ille propriè dicatur perjurus, qui eſt in dolo, ut dixit* Bald. *in l. obſervare. §. proficiſci. q. 33. ff. de offic. proconſ. conveniens eſt, quòd condemnatus ratione doli, ſit infamis. Quia † quò ad incurrendum perjurium requiritur dolus, & ſine dolo non committitur. l. qui juraſſe. 26. in fin. ff. de jurejur. adeò, quòd &, ſi volo te accuſare de perjurio, & in accuſatione dico;* te juraſse falſum: *iſta accuſatio non concludat, niſi dicam, quòd ſcienter & doloſè juraveris falſum: quia poteſt falſum eſſe juratum, & non eſſe perjurium, ut eo textu adductus cenſuit* Paul. de Caſtr. *& eum ſecutus* Jaſ. *in d. l. qui juraſſe. 26. in fin. & probat textus in c. humanæ. §. item objicitur. la. 2. 22. quæſt. 5. cum gl. in c. 1. in verb. peccata. Extr. de delict. puer. Vt † inde, quòd difficultas excuſet à dolo, non inſcitè dixerit gloſ. quam probant communiter omnes in c. brevi. extr. de jurejur. cùm propter difficultatem ceſſet dolus.* Bald. *in l. obſervare. 4. §. proficiſci. collat. 2. verſ. ſed nunquid judex. ff. de offic. proconſ. ubi expreſſè dicit, quòd † ſine dolo judex non ſit perjurus: aliàs enim ſequeretur, quod ex culpa eſſet infamis. Quinimò is, qui juramentum non ſervat, ex cauſa permiſſa, non eſt perjurus. l. fin. ff. qui ſatisdar. cog. Et licèt eum mero jure incidere in perjurium, niſi quod relaxari debeat, placuerit gloſ. in d. l. fin. in fin. illam tamen poſt* Bald. *reprobavit* Paul. de Caſtr. *in d. l. fin. dicens, quòd ipſo jure non incidat in perjurium: quoniam non eſt perjurium ſine dolo, ſicut nec furtum nec falſum, d. l. qui juraſſe. ubi pulchrè* Alex. *&* Jaſ. *in fin. Quia † perjurium eſt quædam falſitas: Falſitas autem non committitur ſine dolo. l. nec exemplum. 20. C. de falſ. luſorib. & d. l. fin. Ex quo egregiè admo-*

11. 12. 13. 14. 15.

admodum Alex. *conſ. 92. col. pen. in fin. verſ. item poſito. junct.*
16. *princ. col. ult. lib. 1. dixit, quod † ideò & l. ſi quis major. 41. C. de tranſ. act. voluerit illis pœnis, quarum illic fit mentio, eos illaqueari tan-*
17. *tùm, qui eſſent etiam verè doli capaces, id eſt, majores. Et † quod perjurium requirat dolum, communi omnium receptum eſt calculo, ut &* Jaſ. *in d. l. qui juraſſe. 26. col. 2. audacter dixerit, quòd non inveniat quem ſcribentium ab illa concluſione diſcrepaſſe, vel adhuc diſcrepare,*
18. *licèt † ille adducat aliqua in oppoſitum, quibus videtur probari, quòd culpa ſufficiat, ut aliquis incidat in perjurium, quæ tamen parùm urgent & facile evitari poſſunt. Nam qui in contrarium adducitur text. in c. licèt. Si de feud. fuer. controverſ. & in c. fin. De alie. feud. pater. non obſtat. Non enim faciunt mentionem de culpa. Ergò neceſſario debent intelligi text. illi de dolo. & ſic ſecundum d. l. qui juraſſe. 26. in fin. per l. nam ad ea. 5. & l. ſed & poſteriores. 27. ff. de legib.*
19. *nec † eſt infrequens in jure, quòd culpa accipiatur ab interpretibus pro verbo doli, ut ad* Bald. *docuit* Barb. *in d. c. licèt. & in c. homines. in fin. 22. q. 2. ſubjungens, perjurium non committit ſine dolo, per d. l.*
20. *qui juraſſe. 26. in princ. Et † licèt qui impotentia non poteſt ſolvere ſit perjurus, quò ad actum; non tamen eſt perjurus quò ad reatum. Nam inopia quandam exceptionem præſtat. l. Titius. 76. ff. de procur. Si †*
21. *enim impotentia Vaſalli excuſat eũ à reatu perjurii. ita, quod non amittat feudum. c. 1. Ex quib. cauſ. feud. amitt. ergò ſimpliciter non eſt*
22. *perjurus: quia † reatus perjurii non poteſt ſeparari à perjurio, licèt*
23. *fortè aliud poſſit eſſe quo ad pœnam perjurii. Et † videtur bona ſequentia:* Titius eſt perjurus ad actum tantum, & non quò ad reatum. Ergò non eſt perjurus: *à dicto ſcil. ſecundum quid adfirmativè, ad dictum ſimpliciter negativè.*

Concluſio LIII.

24. DVmmodo † agi contra perjurum poſſit civiliter actione, quæ infamat, ut potè, de dolo: *a* alias, ſi actio civilis, quæ com-

competeret pro perjurio eſſet alia actio, quàm actio de dolo, & talis, quæ non infamaret, perjurus, licèt de perjurio damnatus, infamis non efficeretur.

a] *Vt probatur in l. furti. 6. §. fin. & ibi per. gl. ff. de his, qui notant. infam. cui addo gl. in c. niſi cùm pedem. §. pro defectu quoq́. Extr. de renunciat. dum dixit, quod † infamis infamia juris, etiam poſt peractam pœnitentiam, non habeat exſecutionem officii.* 25.

b] *Et ſic ſunt declaranda & limitanda dicta. DD. qui ſatis clarè ſentiunt in d. c. teſtimonium. 53. quòd † perjurus de præſenti vel præterito juramento ſcil. adſertivo, putà rem ſuam eſſe, non eſt infamis, etiamſi ſit damnatus ratione ſolius perjurii, ut l. 2. & l. ult: ff. de crimi. ſtellio. præterquàm † ſi perjurus damnetur judicio publico, tanquàm teſtis falſus, ut tradunt plerią; & rectè in d. c. teſtimonium. 53. Si autem de futuro jurat, non notatur quidem, niſi & contra ſacramentum & contra pactionem venerit, ut quia juravit ſe quid daturum vel facturum. d. l. ſi quis, 41. C. de tranſact. & d. l. Lucius. 21. ibią; gl. in verb. debeant.* 26. 27.

Concluſio LIV.

QVibus † conſequitur, quòd & perjuro quidem ſit teſtimonii dicto, ſed non utią;. Nam ſi dolo malo pejeravit, teſtimonium dicere perjurus non poteſt, tàm in cauſa criminali, quàm civili, etiamſi de crimine perjurii ſit emendatus. 28.

d. c. teſtimonium. 53. Alex. *conſ. 20. col. 2. & 4. & conſ. 54. col. 4. lib. 2. nam perjurus licèt non ſit infamis, infamia juris ſi egerit pœnitentiam, & de hoc conſtet, nunquàm poteſt amplius admitti in teſtem. d. c. teſtimonium. 53. quia pœna perjurii qui adficitur eſt infamis, l. ſi quis major. 41. C. de tranſact. & nullus niſi Rex vel Papa poteſt remittere infamiam, ut dixit* Bart. *in l. infamem. in fin. ff. de publ.*

de publ. jud. eoq; ad teſtimonium ferendam non admittitur: & patet
30. ex his, quæ concluſ. 52. & 53. tradidimus. Cùm † tamen criminoſus ſi
eſt de crimine emendatus in nulla cauſa repellatur. d. c. teſtimonium.
31. Nam † præſumptio fraudis & falſitas cauſata ex delicto in præteri-
tum commiſſo circà ipſam probationem ceſſat per pœnitentiam & ſa-
tisfactionem conſecutam. d. c. teſtimonium. Sed diverſa ratio eſt in
32. utroq;: quia † in perjuro præſumptio fraudis oritur ex delicto manife-
ſto in eodem genere delicti: & ſemel malus, ſemper præſumitur malus,
in eodem delicti genere. c. ſemel. 8. De reg. jur. in 6. In criminoſo verò
33. præſumptio oritur ex alio delicti genere. nam † quia quis eſt Vſura-
rius, idcircò præſumitur facere contractus in fraudem uſurarum. l.
34. Eos. 26. § 1. ubi Bald. C. de uſur. Quia † verò hic incidit mentio cau-
ſæ criminalis & civilis, ſciendum eſt, quòd quando intentatur in judi-
cio actio civilis, quæ oritur ex crimine, illud judicium non dicitur pro-
priè civile, necq; cauſa civilis, ſed potiùs poteſt dici aliquid mixtum c.
tua. Extr. de procur. & tradit Abb. in d. c. teſtimonium. 53. in prin.
& fac. text. in c. ſuper his. extr. de accuſat. & ſecundum hoc, eſt
35. text. in c. per tuas. extr. de Simo. qui dicit, quod † judicium inquiſi-
tionis de jure Canonico eſt judicium civile: quia non agitur ad pœnam
ordinariam delicti, ſed ad privationem à beneficio duntaxat: Qui
text. declarandus erit iſto modo, ut ſit judicium civile largo modo,
ſed ſtricto modo dicatur mixtum, & fortè, hoc poteſt eſſe verum in
terminis iſtorum jurium, in quibus non agitur ad pœnam pecunia-
riam adplicandam parti. licèt Joan. Andr. in c. frequens. in novell.
36. Extr. de reſtit. ſpoliat. ſingulariter dicat, quòd † judicium Inquiſitio-
nis de jure Canonico ſit civile, etiam in illis caſibus, in quibus omninò
eadem pœna venit imponenda, quæ imponeretur per viam accuſatio-
37. nis, ut in c. Inquiſitionis. in princ. Extr. de accuſat. Sed, † ubi ageretur
ad pœnam pecuniariam adplicandam parti, licèt in libello requiratur
major ſpecificatio, cum intentatur actio famoſa ex delicto. l. Prætor
edi

Digitized by Google

edixit. in prin. & ibi per Bart. *ff. de injur. & c. præſentium. De teſtib. in 6. Civilis tamen actio, & judicium civile diceretur, plenè* Bart. *in l. Agraria. ff. de ter. mot. & cenſuit gl. in l. 3. ff. de ſepulchr. violat. & ſatis probatur in l. 1. C. quand. civil. act. Et ſecundum hanc diſtinctionem debet intelligi hæc concluſio & text. in d. c. teſtimonium. 53. cum ponit cauſam civilem, velut diverſam à crimine civiliter intentato.*

Concluſio LV.

UT † & teſtis, quando repellitur à teſtimonio ut perjurus, 38.
nullum faciat indicium. *a* niſi crediderit ſe verum dicere. nam tunc non eſt perjurus, ſi jurat, licèt veritas ſit in contrarium. *b*

a] *Ut videtur ſingulariter probari in c. ſicut. 8. ibi. aliquatenùs admittendum, extr. de teſtib. & ſic debet limitari eleganter* Bart. *in l. maritus. 20. ff. de quæſt. & in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. pariter &* Bald. *in l. ſervus. C. de teſtib. dùm dicit, quòd, † quando* 39.
teſtis repellitur ratione infamiæ, examinatus tamen facit indicium, per l. qui ultimo. ff. de pæn. Sed reſponderi poteſt, quòd non facit indicium, quò ad effectum probationis: ſed quò ad hoc ut tribuat juſtam cauſam inquirendi ſuper corruptione, vel excuſandi partem à præſumpta calumnia, propter quam requiritur juramentum malitiæ, ſatis videtur ſufficere.

b] *Ut tradit* Bald. *in l. 2. §. quod obſervari, in 3. notab. C. de jura. calum. quem ſequitur* Anchor. *in c. 2. Eod. tit. in 6. quia † credulitas* 40.
vehemens habetur pro certitudine. Felin. *in c. 1. circa fin. extr. de lit. conteſt. ſi eſt conſona veritati, ut retulit gl. in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum. ff. de adq. hæred. quam ibid. ſummè extollit* Bald. *dicens, quòd † multa ſunt, de quibus non poteſt haberi vera certitudo;* 41.
tamen vehemens opinio juncta veritate, idem operatur quod certitudo. pro quo multa citavit Marſ. *in rub. C. de probat. num. 173. & Singul. 205.*

Digitized by Google

PRACTICAR. CONCLVS.

DE TESTE CONFESSO, VEL CONvicto de crimine.

PARS XXIV.

1. *Teſtis confeſſus vel convictus de crimine, quando & quomodo, à teſtimonio repellatur. num. 4. confeſſio, quanti ſint momenti? num. 9.*
2. *Sententia in cauſa criminali lata, cui proficiat? nu. 11.*
3. *Probationes cui ſuffragentur in criminalibus? & quatenus? numer. 4. facta, uno in judicio, qualiter conſiderentur? numer. 5.*
6. *Exceptio criminis, quomodo ſit contra teſtem opponenda? quæ opponitur teſti, qualis ſit? num. 8.*
7. Abbat. *opinio in c. teſtimonium. 53. ext. de teſtib. circa teſtes convictos de crimine, evertitur.*
10. *Confeſſio cuius ſit potentiæ?*
12. *Acta cauſæ criminalis quibus opitulentur & obſint?*
13. *Perjurus an in qualibet cauſa teſtimonio expellatur? & quando? nu. 14.*

Concluſio LVI.

1. TEſtis † confeſſus vel convictus de crimine in judicio criminali repellitur ex probationibus in illo judicio factis, licèt iſta cauſa non ſit inter alias perſonas & agatur de crimine ad alium finem.

Vt aperuit gl. in d. c. teſtimonium 53. in verb. confeſſus, quod videtur contra regulas poſitas in c. quamvis. 10. Ext. de reg. jur. & in c. inter dilectos. Ext. de fid. inſtrum. ubi eſt propriè caſus in teſte.
2. *Vt † autem ſententia lata pro primo accuſatore prodeſt ſecundo. c. de his Ext. de accuſat. l. ſi cui. & ibi per* Bart. *ff. eod. & ſenſit clarè* Bart.
3. *in l. 2. §. Divus. ff. de jur. fiſc. Ita † probationes factæ proderunt ſibi in di-*

Digitized by Google

in diverſa inſtantia. ut docuit Bart. *in l. 2. col. ult. ff. jud. ſol. Non ſolum autem proderunt ſecundo accuſatori, ſed cuiq; volenti probare crimen, etiam civiliter, ut eſt caſus notabil. in d. c. teſtimonium. 53.*

Concluſio LVII.

QVando † præſertim crimen poteſt inferre magnum præ- 4.
judicium: ſecùs atq; ſi agitur de levi præjudicio. nam tunc teſtis ex primis probationibus in alio judicio repelli nequit.

Juxta gl. in c. ex parte. 6. Ext. de teſtib. & in c. 1. Extr. de Except. Iſta † enim probatio, quæ facta eſt in primo judicio reſpectu etiam 5.
teſtis, poteſt levis eſſe præjudicii, & etiam magni, in quantum ejus repulſio veriſimiliter habet notare ſeu infamare perſonam ejus de facto. Vnde † ubi non agitur de non levi præjudicio, exceptio criminis 6.
contra teſtem debet opponi deſignando crimen ſpecificè, ſicut ſi ageretur de crimine civiliter. c. præſentium. De teſtib. in 6. quod non eſt, niſi ratione gravis præjudicii, ut dixit text. in l. item exigit. ff. de dol. & tradit Bart. *in l. Prætor edixit. §. 1. ff. de injur. Quod † ergo* 7.
dixit Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. hoc, quod ſupra concluſ. 56. dictum eſt, ita eſſe, ubi agitur de levi præjudicio, non videtur poſſe ſtare, necq; reſpectu partis producentis teſtem, necq; reſpectu ipſius teſtis. Nam †* 8.
exceptio, quæ opponitur contra teſtem, per indirectum dicitur peremptoria: quia ſi repellitur teſtis, poteſt jus partis perire, ut ſenſit gl. in d. c. 1. & d. c. ex parte.

Concluſio LVIII.

EX † quo ſequitur, quòd teſtis & confeſſio contra illum, 9.
contra quem fuerunt recepta in uno judicio, faciant fidem non ſolùm in favorem tertiæ perſonæ, *a* ſed etiam omnium quorum intereſt. *b*

Digitized by Google

a] *Ut eo text. adductus cenſuit* Abb. *in d.c. teſtimonium. 53. Con-*
10. *feſſio † enim inducit notorium. c. fin. extr. de cohabit. cler. propter quod poteſt ferri ſententia eo ſolùm allegato. c. ad noſtram. el. 3. extr. de jurejur. c. porrò. extr. de divort. nec indiget probatione, ut cenſuit gl. in Clem. appellanti. in verb. alia. De appell. & habetur in c. evidentia. ext. de accuſat.*

b] *Prout eſt caſus notab. & menti tenendus in d. c. teſtimonium.*
11. *53. ſicut † ſententia lata in judicio accuſationis, vel pro accuſatore vel contra accuſatorem, prodeſt regulariter & nocet omnibus. c. de his. Extr. de accuſat. & l. ſi cui. ubi* Bart. *ff. Eod. & probatur plenè per*
12. Bart. *in l 2. §. Divus. ff. de jur. fiſc. ut † ita acta facta in criminalibus, licèt non ſit data ſententia, noceant & proſint omnibus. quia cui nocet ſententia, nocent & acta.* Innoc. *in c. cauſamq́. 10. Extr. de teſtib.*

Concluſio LIX.

13. UT † proindè, etiam teſtis convictus de perjurio in una cauſa, repelli poſſit in alia quacunq; cauſa à teſtimonio, licèt non fuerit condemnatus.

c. ex parte. 6. ibi. de perjurio. extr. de teſtib. c. parvuli. 22. q. 5. & c. teſtimonium. 53. extr. de teſtib. etiam de jure civili, ut multùm ſolenniter tradidit Bald. *in l. 2. in fin. C. de fid. inſtrum. licèt gl. in d.*
14. *l. 2. ſentiat contrarium. Hoc † autem contingit, quando perjurus efficitur infamis, ut infamia eum comitetur quocunq; vadat, & in quacunq; cauſa. l. ex ea. ff. de poſtul. & c. ſcito turpem q. 1.*

DE TESTE EXCOMMUNICATO.

PARS XXV.

1. Excommunicatus an exercere poſſit actus judiciales tùm agendo, tùm teſtificando? num. 2. cur à ferendo excludatur teſtimonio?

Digitized by Google

nio? num. 4. an ſit infamis de jure? num. 5. & perpetuò? num. 62. quando teſtis eſſe poſſit idoneus? num. 9. & 29. ubi ſit à ferendo teſtimonio, etiamſi ſit abſolutus, repellendus? num. 11. & 23. & qualiter? num. 17. an ſubſidiarius eſſe teſtis poſſit? num. 34. & quando? num. 35. & 43. quando teſtificandi gratia abſolvi poſſit vel ad cautelam, vel in ſubſidium? num. 30. 41. & 50. vel ſimpliciter? num. 40. & 44. an repellatur ne ſit teſtis, ſi ſe offerat? num. 46. & 47. quando nec in ſubſidium, nec ad cautelam ſit abſolvendus? num. 51. ubi ſine diſcrimine ad cautelam abſolvi poſſit? num. 52. abſolutus ad actum ferendi teſtimonii, an eo peracto reincidat in excommunicationem? num. 58. 59. & 61. an prætextu excommunicationis nihilominus teſtimonio expelli poſſit? num. 60.

2. Officium Procuratoris quale ſit?

7. Sententia excommunicationis eſt medicinalis: & temporalis. num. 7. & 62. ob quam infligatur cauſam? num. 10. & 15. lata contra abſentem, quando incipiat currere? num. 19.

8. Favor fidei ſeu religionis qualis ſit?

12. Excommunicatio an ſimpliciter obſiſtat, ne excommunicatus eſſe teſtis poſſit? an ſit cauſa delicti immediata? num. 13. & 63. & quando? num 14. ubi fiat expreſſa cauſa mediata delicti? num. 23. & 64. vel contumaciæ? num. 29. ad tempus, quando dicatur fieri? num. 53. an perpetuò infamet? num. 62.

15. Cauſa expreſſa an abſolutè probetur per ſententiam? num. 16. delicti, an exprimi debeat in ſententia excommunicationis? num. 27. & 28.

18. Abbat. opinio in c. teſtimonium. 53. extr. de teſtib. circa criminis probationem, quò ad excommunicationem, refellitur. num. 19. 21. & 22.

20. Præſumitur pro ſententia, & quando? etiam lata in cauſa excommunicationis? num. 24. & quomodo? num. 25. & 26.

30. Con-

Digitized by Google

30. *Contumacia cujuſmodi ſit crimen? an ſit propriè delictum? num. 31. quid præſupponat? nu. 32. qualiter poſſit pecuniariè puniri? nu. 33.*

35. *Abſolutio excommunicationis ad effectum teſtificandi, quomodo fiat? nu. 37. 41. 43. & 44. an fieri poſſit excommunicato non petente? nu. 42. per quem fieri poſſit? nu. 55. ad effectum ferendi teſtimonii facta, an ſit perpetua? nu. 57.*

36. *Explicatur text. in c. decernimus. De ſent. excomm. in 6.*

39. *Remotio faciliter fieri poteſt in judice, quàm in teſte.*

45. *Conſanguineus ubi totaliter repellatur à teſtimonio?*

48. *Privilegium facilius, tollitur, quàm jus commune.*

49. *Parentes quando ſuper matrimonio teſtificari nequeant?*

56. *Incidenter fieri ſæpè poteſt, quod non licèt principaliter.*

Concluſio LX.

1. PRæterea, ut agere & patrocinari: *a* ſic etiam teſtificari prohibetur excommunicatus. *b* Præterquàm favore fidei, *c* etſi jam fuerit excommunicatione abſolutus. *d*

2. [a] *]c. decernimus. De ſent. excomm. in 6. ubi excommunicatus repellitur à poſtulando & eſt de prohibitis in primo ordine, juxta gl. 1. in d. c. decernimus. & ſi contra iſtud jus patrocinetur, tenetur ad reſtitutionem ſalaris inde percepti, ut docuit* Hoſt. *in c. pia. Ext. de*
3. *ſent. excom. Quamvis † enim officium procuratoris ſit vile, ita quod poſſit exerceri etiam ab infami, juxta tradita in c. imperatores. ext. de jura. cal. & in §. fin. inſtit. de except. tamen non poteſt exerceri ab excommunicato. c. poſt ceſſionem. 7. ext. de probat. Nam intereſt reipublicæ delicta puniri l. ita vulneratus. ff. ad L. Aquil. l. ſi à reo. §. fin. ff. de fidejuſſ.*

[b] *]d. c. decernimus. tùm propter periculum communionis. c.*
4. *pia. ext. de except. quia † videtur eſſe criminoſus, propter crimen ab eo ad-*

Digitized by Google

eo admiſſum: tùm etiam, quia poſſet aliquo caſu ipſi teſtificanti eſſe utile, quod non eſt concedendum, ut faciliùs convertatur excommunicatus, & ſic habilis fieri ad teſtificandum: ſicut etiam his rationibus removetur à judicando & à procurando, d. c. decernimus. Nam † hoc 5.
confirmant omnes, quòd excommunicatus non eſt infamis infamia civili: quia poſt reconciliationem tollitur illa infamia. c. illi, qui. in fin. 6. q. 1. quem text. ad hoc adducit Archid. *in d. c. decernimus. Et hoc ſuadet etiam natura ſententiæ, quæ † cùm ſit medicinalis. c. 1. De* 6.
ſent. excom. in 6. c. nonnulli. 2. q. 1. non debet inferre tantum detrimentum, ſecuta abſolutione, ut poſt Innoc. *in d. c. teſtimonium. 53. quem citat, dixit* Bald. *in l. quid ergò. § pœna. ff. de his, qui not. infam. Nam † de ſui natura excommunicatio eſt potiùs medicina, quàm* 7.
pœna. d. c. 1. & licèt ſit pœna, eſt tamen temporalis, non perpetua. c. Ex literis. extr. de conſtit. c] *c. in fidei. Extr. de hæret. nam † in* 8.
favorem fidei, multa contra rationem diſputandi ſunt recepta. d. c. in fidei. d] *Vt tradunt* Innoc. & Hoſt. *in c. teſtimonium. 53. Extr. de teſtib. nam † ex quo probatur abſolutus, præſumitur &* 9.
de crimine emendatus, & talis à teſtimonio non repellitur. d. c. teſtimonium. 53. & grave eſſet ſentire, quòd excommunicatio perpetuam irrogaret infamiam. nam † cùm ſolùm propter contumaciam infligatur, ea ceſſante, ceſſat & pœna. d. c. ex literis. 10.

Concluſio LXI.

NIſi † judex excommunicet expreſſa cauſa mediata delicti, & immediata contumaciæ, dicendo alicui: *Si non reſtituas rem furatam à Titio, ſicut à me fuiſti monitus, excommunico te.* nam tunc propter cauſam expreſſam in excommunicatione, teſtis eſſe nequit. 11.

Vt dixit Anton. *de* Butr. *cui adſentiuntur cæteri omnes in d. c. teſtimonium. 53. Non † enim ſimpliciter obſtat teſti, quod fuerit ex-* 12.

N n *commu-*

communicatus, ſi nunc adpareat abſolutus. Imò, neceſſe eſt probari per excommunicationem crimen, propter quod fuit excommunicatus, ad hoc, ut à teſtimonio repellatur. & quantumcunq; ſit grave, ſemper eſt
13 monitio præmittenda. c. ſacro. extr. de ſent. excom. Sic, † excommunicatio vel privatio à communione fidelium vel ſacrorum non eſt proxima cauſa vel pœna delicti. Imò eſt aliud inter medium, ſcilicet contumacia, propter quam ſolam excommunicatio fertur ab homine, &
14. nunquàm pro crimine. d. c. ſacro. Sicut † & ſi excommunicatio ſit proxima pœna delicti, quod tunc eſt, quando à jure infligitur: quia in talibus non fertur ſententia excommunicationis ab homine, ſed à jure. Vndè non ampliùs repellitur talis excommunicatus propter excommunicationem, quàm propter crimen, durante tamen excommunicatione, vel quouſq; pœnitentiam agat, ut traditur in d. c. teſtimonium. 53. in verb. per excommunicationem. Contra tamen iſtam communem
15. opinionem multum facit quod dicitur, quod † cauſa expreſſa in ſententia verè probatur per ſententiam: quod nihil aliud eſt dicere, niſi quod judici credatur de ſubſtantia probationum, quas recepit coram ſe. Cùm enim judex dicit; quia furatus es, ideò te excommunico: iſtâ ſuâ adſertione probatur furtum. Ergò ſtatur relationi judicis de pro-
16. bationibus factis de furto. Sed † iſtud eſt falſum. c. quoniam contra. 11. in fin. Extr. de probat. c. cùm à nobis. 27. Extr. de teſtib. & per conſequens iſta doctrina non videtur procedere. Quinimò, etiam cum judex procedere ſine actis poteſt & ſine ſcripturis, non creditur ſibi de actis probatoriis, ut tradit Ant. de Butr. in c. quintavallis. extr. de jurejur. Vnde non video, quomodo iſta dicta procedant, præſertim in ſententia excommunicationis, quæ non ſemper fertur cum tanta cauſæ cognitione, ſicut deberet, & tamen valet, ut in d. c. ſacro. & hoc propter auctoritatem majorum, & ob id hanc opinionem relinquo in dubio.

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXII.

NEc † refert, utrùm ſententia ſit lata in præſentem, qui non appellando videtur ſententiam adprobare: *a* ſivè contra abſentem & ignorantem ſe eſſe excommunicatum. Vtrobique enim, quia ſententia videtur adprobata per tacitum conſenſum, crimen, ni fallor, probabitur, & excommunicatus à teſtimonio repelletur. 17.

Nam † licèt Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. in hoc aliter diſtinxerit, & in abſente ſententiam crimen probare exiſtimaverit, iſta tamen ſua diſtinctio non videtur probabilis.* Primò, † *quia etiam, ſi ſententia ſit lata contra abſentem, ut currat ſibi tempus appellandi, debuit habere notitiam ſententiæ ex poſt facto. auth. hodiè. C. de appell. ubi gl. & ſic ſimiliter tacendo videretur adprobaſſe.* Præterea, † *ſicut præſumitur pro inſtrumento ſententia lata contra præſentem in præjudicium ipſius contra quem fertur: ita quoq; ad ipſius præjudicium præſumitur pro ſententia lata contra abſentem, ſi tranſivit in rem judicatam c. bona. Ext. de elect. & tenent communiter DD. in c. quoniam contra. ext. de probat. Quinimò, † ſecundum hanc* Abbat. *diſtinctionem haberemus dicere, quod vel contra reum contumacem, quia non poteſt appellare, vel contra eum, qui ſecundò probavit & ſuccubuit, non dicitur tacita adprobatio ſententiæ, ſicut dicitur in ſimili materia in c. novit. extr. de judic. & in c. quia pleriq;. extr. de immu. eccleſ. Ergò non probaretur crimen: quod † ego non credo eſſe verum, tùm ratione ſupra dicta, tùm, quia ſicut dicit* Bart. *in l. ab eo. C. quomod. & quand. jud. ille, qui non appellat à ſententia, non dicitur verè adprobare ſententiam, ſed ex fictione juris. Unde etiam caſu, quo quis non appellat, non datur verus conſenſus non appellantis.* 18. 19. 20. 21. 22.

Concluſio LXIII.

SEd; † ſi excommunicatio fertur nulla cauſa in ea expreſſa, vel cum cauſæ quidem expreſſione, ſed tantùm mediata 23.

Digitized by Google

delicti,ut ſi dicat judex: *excommunico te,quia non ſatisfeciſti de tali crimine,de quo eras culpabilis,vel condemnatus: vel,mando tibi ut compareas,& niſi comparueris infra tantum tempus,excommunico te:* hoc caſu,contra excommunicatum vel abſolutum non probatur crimen,ut in teſtem productus,tanquàm criminoſus,repellatur à teſtificando.

Sicut hoc clarè videntur probare text. qui ſic intelliguntur in c. 1. & c. 2. 4. q. 1. & opiniones tenentium hoc in gl. d. c. 1. & 2. quæ in hoc puncto refert plures opiniones. Et ratio eſt, quia † licèt pro ſen-
24. *tentia excommunicationis à qua non eſt appellatum, elapſo termino, præſumatur, ut traditur in c. quoniam contra. 11. extr. de probat. &*
25. *per* Innoc. *& alios in c. bona. extr. de elect. iſta † tamen præſumptio juſtificat ſententiam in cauſa de qua agitur inter ipſas partes, & quò ad judicem qui tulit eam, ſcilicèt ad præjudicandum excommunicato*
26. *jàm abſoluto; At verò, † quantùm ad tertium qui objicit ſibi excommunicationem, iſta præſumptio non extenditur, ut ſatis colligitur ex mente citatorum jurium: Ideoq; teſtis vel accuſator non repellitur.*
27. *Propterea* Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. addit, quòd † cùm hodiè in ſententia excommunicationis debeat exprimi cauſa, aliàs ſententia præſumetur injuſta, & ſine difficultate relaxabitur. c. 1. De ſent. excom. in 6. Indubitatum eſt, quòd hodiè iſtâ ſententiâ non probetur crimen: quinimò ex illo text. poſſet inferri, quod etiamſi cauſa proba-*
28. *retur per acta, nihilominùs teſtis non repelleretur; cujus † tamen contrarium dixit* Anton. de Butr. *in d. c. teſtimonium. 53. quia cùm text. in d. c. 1. indiſtinctè velit, in odium judicis ſententiam relaxari, ut injuſtam, adparet, quod etiam tollit virtutem probandi.*

Concluſio LXIIII.

29. QVomodo † &,ſi judex excommunicat ſimpliciter expreſſa ſola cauſa contumaciæ,dicendo: *quia fuiſti contumax in non*

non comparendo, excommunico te: excommunicatus abſolutus, à teſtimonio ferendo non repellitur, niſi diu perſeveraſset in contumacia.

Vt tradit Abb. *in d.c. teſtimonium. 53. quaſi † ſentiat, quòd contumacia aliàs ſit leve crimen, ex quo quis non repellitur à teſtificando, poſtquam eſt emendatus, ſicut ipſe dixit, eſſe de æquitate. Quod & verum eſt; quia † contumacia non dicitur propriè delictum, niſi quando habet originem à crimine. l. omne. §. contumacia. ubi* Bart. *ff. de re milit. ut † quæ contrahitur ex dolo, & ob id puniri poteſt criminaliter, ut clarè dixit* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de jurejur.* §. *1. Nam † multa poteſt imponi pro contumacia, non ſolùm officio judicis, ut dixit* Bart. *in l. 2. in fin. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. ſed etiam per viam accuſationis. l. 1. §. fin. ubi* Bart. *ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* 30. 31. 32. 33.

Concluſio LXV.

ET † uſq; adeò excommunicatus repellitur à teſtimonio, quod etiam in ſubſidium non ſit abſolvendus ad effectum teſtificandi, hoc eſt, ut poſsit teſtificari. 34.

c. veniens. 35. ibiq; gl. extr. de teſtib. & cenſuit gl. in c. licèt cauſam. 9. in verb. inimicos: ibi, nec intelligas, quòd quilibet excommunicatus. extr. de probat. & gl. in c. decernimus. De ſent. excom. in 6. quibus accedit Abb. *in d.c. veniens. 35. Quia excommunicatus ante abſolutionem, non ſolùm à corpore Chriſti: ſed etiam à fidelium communione eſt ſeparatus. Novell. conſtit. 5. tit. de privileg. dot. hæret. mulier. in fin. princ. Collat. 8. quamvis conveniri poſſit. arg. l. relega. §. fin. ff. de interd. & releg.*

Concluſio LXVI.

NIſi † dicat ſe nulliter excommunicatum. nam tunc abſolvitur quidem excommunicatus, ut teſtificari poſsit; ſed vel in ſubſidium, vel ad cautelam. 35.

Vt placuit gl. in d.c. licèt cauſam 9. & probat ſingulariter text. in
36. *d.c. veniens. 35. nam † text. in d.c. decernimus. dicit ſimpliciter, quòd excommunicatus non admittitur ad teſtimonium, ſed non loquitur de eo, qui dicit excommunicationem nullam, de quo text. in c. ſolet. in fin. De ſent. excom. in 6. dicit, quod talis non debet vitari extra judicium, ſed in judicio tanquàm actor, & ſic quod de uno negatur, videtur concedi de alio, ut ſi poßet eße judex. Ergò & teſtis. Si poteſt eße teſtis, Conſequitur, quòd ille, qui dicit, ſe nulliter excommunicatum ſemper debeat abſolvi, non quidem ad cautelam, ſed in ſubſidium. d.c. ſolet. in*
37. *fin. c. Venerabilibus. in fin. De ſent. excom. in 6. Hinc † &* Abb. *in d.c. Veniens. 35. non reprehendendo gl. ſed ejus tenendo diſtinctionem, ſimpliciter videtur concedere, quòd fiat indiſtinctè abſolutio, ut teſtis poßit teſtificari. Sed falſa hac eſt* Abbat. *conſideratio. Cùm contrarium ſignanter determinetur in d.c. Veniens. 35. & in d. c. decer-*
38. *nimus. & illa oppugnat gl. utrobiq;. Quia † ſicut ille, qui dicit excommunicationem nullam abſolvitur ad cautelam, ut fortè poßit agere in judicio. d.c. Venerabilibus. in fin. Ita abſolvitur, ut poßit teſtificari. d. c. Veniens. & ſi repellitur à teſtimonio, multò fortiùs à judicando:*
39. *quia † faciliùs repellitur judex, quàm teſtis. c. cum R. extr. de offic. deleg. & c. poſtremò. extr. de appell. Et ideò hac concluſio erit declaranda, ut concluſ. 68. referam.*

Concluſio LXVII.

40. NEc † diſtinguitur, undecunq; provenerit nullitas ſententiæ, licèt nulla dicatur ex defectu jurisdictionis. Semper enim qui adſerit ſententiam excommunicationis in ſe eſſe nulliter latam, petere poteſt abſolutionem.

Quia plures ſunt hujus nullitatis ſpecies, ut traditur in c. præſenti. ext. de ſent. excom. Atqui text. in d.c. ſolet. in princ. generaliter loquitur, dum adſerit, eße nullam. Ergò de qualibet nullitate debet intelligi. l. 1. § generaliter. ff. de legat. 1. c. ſi Romanorum. diſt. 19.

Con-

Concluſio LXVIII.

ET † ſiquidem à producente teſtes petatur abſolutio, debet excommunicatus abſolvi in ſubſidium, ut teſtis eſſe poſsit. Sin autem ipſe excommunicatus petat ſe abſolvi, fieri debet abſolutio ſaltem ad cautelam. 41.

d.c.Veniens.35. Cùm † enim abſolutio regulariter non debeat fieri ipſo excommunicato non petente. c. ſignificavit. extr. de eo, qui dux. in matri. & d.c. ſolet. in verb. petierit. & in d. c. per tuas. illa ad inſtantiam partis fieri non debebit, niſi in ſubſidium. d.c. veniens. 35. 42.

Concluſio LXIX.

UBi † tamen excommunicatus hoc petiit & vel expreſſo, ut poſsit teſtificari, vel aliàs præſumptivè factum non poſſet probari per alios, judex non poteſt aliter eum abſolvere, nec arbitrari ipſum admittendum, niſi in ſubſidium. 43.

Videtur quippè tunc teſtis ſe offerre bono zelo, ne periret veritas: aliàs ſe abſolvi ad cautelam petendo, reddit ſe ſuſpectum, quaſi ſpontè ſe offerat, arg. eorum, quæ traduntur in c. 2. extr. de teſtib. & in l. poſt legatum. §. is verò. ff. de his, quib. ut indig.

Concluſio LXX.

QVòd, † ſi ſimpliciter petat ſe abſolvi, non ad effectum ferendi teſtimonii, indiſtinctè debet ei abſolutio impartiri, ut tamen poſsit eſſe aliqua ſuſpicio, quod petat ſe abſolvi propter hoc. 44.

d. c. ſolet. in fin. d. c. Venerabilibus. in fin. & d. c. decernimus. licèt habeatur quodammodo ſuſpectus. Sicut † enim Conſanguineus, qui ſe ſpontè offert ad teſtificandum, totaliter repellitur à teſtimonio. c. ex literis. ext. de reſtit. in integr. & dixit Bart. *de aliàs ſuſpecto, in l. ex libero. in fin. ff. de quaſt. & eſt gl. in Novell. conſtit. 4. de teſtib. §. ſi verò* 45.

Digitized by Google

verò odioſus. in fin. Collat. 7. dum loquitur de Proxeneta, qui producitur in teſtem, & ſicut in illis caſibus teſtis aliqualiter ſuſpectus, efficitur magis ſuſpectus, & repellitur, quia ſe offert. Ita † excommunica-
46. *tus de jure communi repelleretur, & offerendo ſeipſum repelletur multò fortiùs. d. c. Veniens. 35. Fatendum tamen eſt, quòd iſta non ſunt*
47. *omninò ſimilia: quia † excommunicatus non repellitur propter ſuſpicionem, ut conſanguineus, ſed potiùs propter odium ſui, qui non admittitur ad teſtificandũ, licèt petat ſe admitti ex juris diſpoſitione contra regulas juris, ex quo offerendo ſe eſt ſuſpectus. Et placet mihi ſenten-*
48. *tia Concluſ. 69. relata: quia † faciliùs tollitur privilegium, quàm jus commune. l. Ejus militis. §. militia miſſus. ff. de teſtam. milit. & pro illa Concluſione videtur eſſe optimus text. in c. cùm in tua. verſ.*
49. *ſpontè oblata. extr. de ſponſal. ubi probatur, quòd † licèt aliàs parentes admittantur ad teſtificandum ſuper matrimonio, hoc tamen eſt verum, niſi ſpontè ſe offerant.*

Concluſio LXXI.

50. QVin imò, † teſtis, ni fallor, in ſubſidium abſolvi poteſt, ſi excommunicatio non dicitur nulla, ſed injuſta, licèt non
51. petat ſe abſolvi. a Quatenùs † tamen remoto vinculo excommunicationis remaneret in peccato evidenti, eum non, puto, eſſe abſolvendum. b

a] *d. c. Veniens. 35. & quamvis text. iſte loquatur ſolummodò in eo, qui dicebat excommunicationem nullam: eadem tamen ratione videtur eſſe in eo, qui dicit excommunicationem injuſtam, ita quod non conſtat notoriè eum eſſe in peccato. quia in caſu d. c. Veniens. 35. etiam ille, qui dixit excommunicationem nullam, ex quo petebat ſe abſolvi, non erat abſolvendus, & tamen abſolvitur, ne pereat facultas probandi.*

b] *Quia*

b] *Quia adhuc remoto vinculo excommunicationis, remaneret criminoſus, & eſſet repellendus à teſtimonio, ut declaravit* Abb. *in d. c. veniens. 38.*

Concluſio LXXII.

INterdùm, † etiam indifferenter poteſt excommunicato indulgeri abſolutio ad cautelam, hoc eſt, ut excommunicato teſtificatus cauſa detur abſolutio ad tempus, quo effluxo rurſus reincidat in excommunicationem, & maximè tunc, quando veritas aliter haberi nequeat. 52.

Vt viſus eſt ſentire Anto. de Butr. *in d. c. veniens. 10. fin. cujus. dictum, ſic, ut diximus, egregriè reſtrinxit ibid.* Abb. *& licèt ſua ratio fortè non ſit vera: placet tamen iſta opinio, quia pro ea eſt caſus in d. c. veniens. 30. in ratione ſui. Quod † autem dictum eſt, quod excommunicatio poteſt fieri ad tempus, non ſic eſt intelligendum, ut excommunicatus, verbi gratia, pro duobus menſibus, vel usq; ad duos menſes, incontinenti elapſo termino ſit abſolutus. Quia † excommunicatio requirit abſolutionem formalem, ut tradunt omnes. in c. cùm bonæ. ext. de ætat. & qualit. fac. text. & gl. à ſimili in Clem. 1. De decim. & in c. fin. De immunit. eccleſ. in 6. & quod traditur in c. 1. ext. de judic.* 53. 54.

Concluſio LXXIII.

NEc † refert, coràm quo ſivè ordinario, ſivè delegato abſolutio, incidente caſu de teſte excommunicato, petatur ad cautelam: quando illa fieri poſſit per quemcunq; judicem, etiam delegatum, licèt ſpecialiter ei abſolutio ad cautelam in reſcripto ſit commiſſa. 55.

d. c. veniens. 38. in fin. Sæpè † enim licet aliquid incidenter, quod non licet principaliter, c. pen. ext. de reſtit. in integr. aliàs eſſet juriſdictio eluſoria, contra l. ſi idem, cum eodem. ff. de juriſdict. omni. jud. & † iſta abſolutio teſtis non eſt vera, ſed durat depoſitione durante arg. 56. 57.

ne. arg. c. ut privilegia. ext. de privileg. & c. ad hoc. ext. de appell. Vnde, cùm ſit modico tempore duratura, non eſt in ea periculum timendum. c. ſi debitori. ext. de judic. Nec ſit contra excommunicantem, vel illum, pro quo lata eſt illa abſolutio, quia non ſit ſimpliciter.

Concluſio LXXIIII.

58. QVum † igitur poſt termini lapſum ſit opus abſolutione, videtur dicendum ècontrario, quòd ſi excommunicatus eſt abſolutus, ut poſsit teſtificari, poſt teſtificatum non ſit ampliùs excommunicatus, niſi denuò reducatur in excommunicationem.

c. quæſtioni. ext. de appell. c. Eos. De ſent. excom. in 6. Nam †
59. *ſemel abſolutus, juſtè abſolutus præſumitur, juxta notatà à contrario ſenſu in l. Ingenuum. 5. ff. de ſtat. homi. in l. Herennius. in fin. ff. de evict. l. hoc enim. ff. de ſuſpect. tut. & in l. ſi præſes. ff. de pæn.*

Concluſio LXXV.

60. UT † ſic teſti non obſtet, quod fuerit excommunicatus, ſi nunc adpareat abſolutus. Imò, neceſse eſt, probari crimen, propter quod fuit excommunicatus, ad hoc, ut à teſtimonio repellatur.

61. *Juxta tradita per* Innoc. & Hoſt. *in d. c. decernimus. Nam † ex quo probatur abſolutus, præſumitur & de crimine emendatus, & talis à teſtimonio non repellitur. c. teſtimonium. 53. extr. de teſtib. &*
62. *grave eſſet ſentire, quod † excommunicatio perpetuam irrogaret infamiam. Nam cum ſolùm propter contumaciam irrogatur, ea ceſſante,*
63. *ceſſat & pœna. c. ex literis. extr. de conſtit. Cùm † excommunicatio vel privatio à communione fidelium vel ſacrorum, non eſt proxima cauſa delicti, vel pœna. Imò eſt aliud inter medium, ſcilicèt contumacia, propter quam ſolam excommunicatio fertur ab homine, & nunquam pro crimine, & quantumcunq; ſit grave, ſemper eſt monitio præmit-*

præmittenda. c. ſacro. De ſent. excom. in 6. Et † licèt excommunicatio 64
ſit proxima pœna delicti, quod tunc eſt, quando à jure infligitur. c. ſi quis ſuadente. extr. de ſent. excom. quia tamen in talibus non fertur ſententia excommunicationis ab homine, ſed à lege. Vnde, non ampliùs repellitur talis excommunicatus, propter excommunicationem, ſed propter crimen, tamen durante excommunicatione vel quouſq; pœnitentiam agat, ut traditur in d. c. teſtimonium. 53. in verb. excommunicationem.

DE TESTE EMENDATO de crimine.

PARS XXVI.

1. Teſtis criminoſus ad quid adſtringatur, ſi, ſe emendatum, allegaverit? nu. 4. & 6. pro quo crimine ſit repellendus? num. 20. à quo ſubmoveri poſſit? condemnatus appellans, an dictum ejus probet? n. 24. idonietas, quo tempore conſideretur? nu. 25. & 26.
2. Pœnitentia confeſſio & ſatisfactio per quem ſit probanda? nu. 3.
5. Emendatus de crimine quando quis dicatur? cui comparetur? num. 21.
6. Interpretatio in occultis, qualiter ſit facienda?
7. Infamis occultus quos exercere actus poſſit?
8. Notarius infamis quando queat validè inſtrumenta conficere?
9. Crimen occultum ubi diſtinguatur à manifeſto?
10. Officiati publici in quibus habeantur actibus loco privatorũ?
11. Exceptio criminis opponi, quo tempore contra teſtem debeat? an reſervetur ad ſententiam uſq;? num. 17. & 18. talionis, an à teſte criminoſo objici poſſit excipienti? num. 22.
12. Acta quid importent? quantamq; vim habeant? num. 16.
14. Judicis poteſtati quæ ſubjaceãt?
15. Calumnia, quando dicatur evidens?
19. Sententia an in criminalibus trahetur retrò?

Digitized by Google

Concluſio LXXVI.

1. CAEterùm, † ſi crimen teſti objicitur in cauſa civili & teſtis dicit: *ſe emendatum de crimine:* onus probandi incumbit teſti crimino ſo, qui dicit, *ſe emendatum de crimine:* nec ſolùm ſi crimen eſt manifeſtum, ſed etiam ſi eſt occultum.

Vt tradit Innoc. *&* Joan. And. *in d. c. teſtimonium 53. dum di-*
2. *cunt, quòd † confeſſio impoſitione pœnitentiæ, debeat probari per ſacerdotem, ut aperuit gl. in d. c. teſtimonium. 53. debet tamen eſſe juratus in forma teſtis, ut declaravit gl. in fin. ibi. quando gravata eſt.*
3. *in d. c. teſtimonium. 53. Satisfactio † autem pœnitentiæ, ſi delictum ſit manifeſtum debet per alios probari. Si ſit occultum, præſumetur: quia cùm ſatis, cauſam fieri in occulto, non poſſit per aliquem ſic probari, ſicut dicitur in ſimili in materia denunciationis evangelicæ. c. ſi peccaverit. 2. quæſt. 1. & in c. in omni. 4. ext de teſtib. placuit † emen-*
4. *dationem occulti criminis per teſtem, debere probari ab eo, qui ſe alle-*
5. *gat emendatum de crimine. Ad hoc † porrò, ut quis dicatur emendatus de crimine, non ſufficit egiſſe pœnitentiam, nec contritio cum confeſſione, ſed requiritur realis peractio pœnitentiæ injunctæ, & hanc ſententiam adprobant poſt* Butri. *cæteri in d. c. teſtimonium. 53. per regulam c. ſemel. 8. De reg. jur. in 6. cui addo optimum text. in c. 1. in verb. ſe probaverint innocentes. hoc eſt, ut rectè expoſuit gl. emendatos de crimine. ext. de except. Verùm contrariam ſententiam pro-*
6. *bavit. gl. in c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. quæ dicit, quod † ſi crimen eſt manifeſtum, onus probandi incumbit teſti crimino ſo, ſecùs ſi ſit occultum. nam in occultis debemus omnia interpretari in meliorem partem. c. ex tenore. ext. de re judic. c. ex tuarum. ext. de ſortileg. cùm multis aliis. Et hanc ſententiam adprobat.* Specul. *tit. de teſt. §. 1. verſ. item opponitur.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXXVII.

NIſi † quòd infamis infamia occulta ſit habilis ad teſtimonium, & ad alios actus extrajudiciales. *a* Quinimò, etiam quò ad actus judiciales, infamis occultus non poteſt repelli. *b* 7.

a] *Vt cenſuit gl. ſingularis, quam probant omnes in l. contra. ff. qui teſta. fac. poſſ.* b] *Vt docuit expreſſe* Bart. *quem eſt ſecutus* Bald. *in l. 1. C. de teſtam. & in l. 1. col. 2. C. de Sum. trinit. & fid. cathol. dùm dixit, quòd † notarius, qui eſt effectus infamis* 8. *ex condemnatione poteſt conficere inſtrumenta, ſi infamia ejus ſit occulta, per gl. in Novell. conſtit 6. de tabell. §. fin. in verb. ipſis. collat. 4. quam allegat in multis aliis locis. Et licèt in notario multitudo geſtorum eſt favor publicus, juxta l. Barbarius. ubi* Bald. *ff. de offic. præſid. & ſenſit* Bart. *in l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. repetund. tamen* Bald. *non fundat ſe expreſſe ſuper iſta ratione. Ideò † non inconcinnè* 9. *dici poteſt, quòd, cùm diſtinctio de publico & occulto habeat tantummodo locum in actibus, qui geruntur ratione publici officii, & agitantur cum aliis, ut ſunt ſententia, teſtimonia, inſtrumenta, exercitium juriſdiſtionis, & ſimilia: iſta geſta ab occulto inhabili, propter communem errorem, & publicum bonum tolerantur, & valent, quæ aliàs non valerent. l. Barbarius. ff. de offic. præt. aliter, quàm in his, quæ non explicantur per modum auctoritatis, ut d. l. Barbarius. licèt †* 10. *ab illis, qui habet publicum officium, ut ſunt electiones, procurationes & ſtatuta, quæ potiùs reſpiciunt honorem facientium, quàm utilitatem aliorum, in quibus actibus illi, qui ipſos agunt, conſiderantur ut privati: & ideò, quò ad eos, & in actibus privatorum reprobatis à jure, non diſtinguimus excommunicatum publicum ab occulto.*

Concluſio LXXVIII.

EXceptio † tamen, quæ ratione criminis opponitur contra 11.
teſtem, ſi eſt notoria, ſicut eſt iſta, *quia aliquem eſſe accuſatum,*

Digitized by Google

12. *ut patet per acta, quæ † faciunt notorium*, [a] non reſervatur poſt exa-minationem teſtis, ſed debet incontinenti opponi. [b]

[a] *c. cùm olim. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. & potiſſimum, poſt-quàm in cauſa eſt concluſum. ut cenſuit gl. in c. ſignificaverunt. in verb. liquere. ext. de teſtib. quam eſt ſecutus* Jaſ. *in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. col. 2. in princ. ff. de jurejurand.* Innoc. *ſuper gl. fin. in fin. &* Abb. *col. 2. in fin. in c. ex inſinuatione. ext. de appell. Hinc †*
13. *ſcitè dixit* Angel. *in l fin. in fin. ff. de petit. hered. quòd ex eis, quæ ad-parent ex actis abſente parte, judex non poſſit inſpicere, & ſe ex eis*
14. *fundare, & exceptionem opponere. Vnde, † ſi inſtrumentum produ-ctum videt cancellatum, poteſt dicere, producentem non audiendum. Item, ſi ex inſtrumento videt agentem agere ante diem. Item, ſi ex forma inſtrumenti pactum, vel transactionem inutilem deprehende-rit. Similiter, ſi ex die appellationis interpoſitæ, videt fatalia elapſa: & eſt ratio, quia notorium eſt judici, ut judici, & ideò ſupplet: & ſubjun-git* Angel. *in d. l. fin. in fin. hæc eſſe notanda. Et dicit* Bart. *in l. fin. ff. de*
15. *publ. judic. quòd † calumnia, quæ adparet ex actis, dicitur evidens.*
16. *Quinimò † acta habent vim teſtium, qui aliàs requiruntur in actu. l. ſancimus. C. de teſtam. quia quando actus fit coram judice, non requi-runtur teſtes, cùm in judiciis ſemper præſumatur adeſſe multitudo te-ſtium, ut poſt* Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. *in 1. notab. retulit* Jaſ. *per gl. in verb. teſtibus. col. 5. cum princ. ſeq. in l. omnium. C. Eod. repro-bata opinione contrarium adſirmantium.*

[b] *c. fin. extr. de teſtib. & ſic limitatur text. in auth. ſi dicatur.*
17. *C. de teſtib. & in c. præſentium. 31. extr. eod. Contrarium † tamen probavit* Abb. *in d. c. fin. dicens text. illum poſſe aliter exponi, ut in-telligamus, quòd iſta exceptio reſervetur uſq; ad ſententiam feren-dam, ut ſi tempore ferendæ ſententiæ adhuc pendebit accuſatio, non credatur teſti, ſi non erit finita accuſatio, credetur teſti, ſi eſſet abſo-*
18. *lutus, ſecùs ſi ſit condemnatus. Sed † iſtud dictum præterquam in caſu*

ibi

ibi poſito per Joan. Andr. *videlicèt, quando judex dubitaret in fraude, non benè probatur jure, & eſt contra regulam, quia licèt poſt depoſitionem teſtis declaretur innocens, & ſic purgetur infamia facti: non tamen ſequitur, quod tempore, quo depoſuit, non eſſet infamis. Nam † ſententia condemnatoria vel abſolutoria ſuper crimine, non trahitur retrò, l. furti. 6. §. 1. verſ. nunc non retrò, ff. de his, qui notant. infam.* 19.

Concluſio LXXIX.

TEſtis † etiam pro crimine privato repellitur à teſtificando criminaliter, licèt ſit emendatus. 20.

arg. d. c. fin. Æquiparatur † enim ille in actu teſtificandi ei qui ſuſcepit ordinem, ut qui prohibetur etiam pro crimine privato teſtimonium dicere. c. fin. diſt. 25. 21.

Concluſio LXXX.

ENimverò, † ſi pars objicit teſti crimen ad eum repellendum, teſtis non poteſt repellere partem objiciendo ei ſimile crimen, quantumcunq; criminoſus & infamis admittatur ad proſequendum jus ſuum. 22.

Vt cenſuit gl. ult. in d. c. teſtimonium. 53. quam ibidem probant omnes. & in c. in omnibus. 4. q. 5. cui addo gl. in Clem. 1. in verb. chriſtianos. De teſtib. & quod tradit Hoſt. *cum* Joan. Andr. *in c. Judæi. extr. eod. quo loco concludunt, quòd † etiam Judæus, qui eſt infamis, poteſt repellere teſtem criminoſum.* 23.

Concluſio LXXXI.

QVemadmodum † & ſi teſtis condemnatus depoſuit ante appellationem, infra terminum appellandi, & poſtea appellavit & abſolutus eſt, dictum teſtis non convalidatur. 24.

Vt dixit Bald. *in d. l. furti. 6. §. 1. quia † ſatis eſt, quod tempore depoſitionis erat inhabilis, id eſt, infamis infamia juris. Ergò eadem* 25.

ratio-

ratione videtur dicendum infamia facti, quæ licèt extinguatur nunc per abſolutionem, tunc tamen tempore depoſitionis erat infamis.
26. *Eſt † enim regula, quod habilitas teſtis inſpicitur tempore depoſitionis. l. 3. §. lege julia. ff. de teſtib. l. notionem. 99. §. 1. ff. de verb. ſig.*

DE TESTE ACCVSATO criminaliter.

PARS XXVII.

1. Exceptio criminis teſti ante vel poſt accuſationem oppoſita, an dicatur fieri in fraudem? & quando? nu. 2. & 3.

4. Judicis officium quod eſſe debeat circa exceptionem criminis, ſi teſti doloſè opponitur? num. 6. auctoritas cujuſmodi ſit circa actiones perpetuas num. 5. & in ducendo latrones ad eum, ut eos torqueret? nu. 7.

8. Criminoſi in quibus caſibus teſtes & quando eſſe poſſint? num. 11. & 19. duo, an plenè probent in cauſa hæreſis? num. 12. & 18.

9. Adminicula quæ adeſſe debeant ut criminoſi in teſtes poſſint recipi?

10. Crimen Simoniæ an ſimpliciter pari ambulet cum læſa majeſtate & hæreſi paſſu?

13. Teſtes quot, intelligantur cum numerus eſt incertus? ſufficere dicuntur in hæreſeos crimine? num. 17. & probent innocentiam alicujus? num. 19.

14. Locutio pluralis, an & ſingulari ſit contenta?

15. Statuti pœna contra falſos producentem teſtes, quando procedat?

16. Sententia pro ſe & aliis an pluraliter promulgari poſſit?

17. Epiſcopi qualiter de ſe loqui ſoleant?

19. Innocentia accuſati quot & per quos teſtes probari debeat?

20. Domeſtici num indifferenter poſſint probare facta domeſtica?

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXXXII.

VEruntamen, † ſi reus ante de ſe factam accuſationem, vel poſt accuſat teſtem, illa accuſatio in dubio non videtur fieri in fraudem teſtimonii ferendi contra ſe, propter pœnam talionis, ad quam ſe inſcribit. 1.

Vt poſt Joan. Andr. *tradunt cæteri omnes in c. ext. de teſtib. Non enim eſt veriſimile, quod tanto periculo ſe ſubjiciat, ut repellat illum à teſtimonio ferendo contra ſe.*

Concluſio LXXXIII.

EXcepto, † ſi ſit accuſatus reus de graviori crimine, nam tunc faciliter poteſt præſumi, quòd propter vitandam pœnam majoris criminis, exponit ſe periculo levioris pœnæ, ſupponendo ſe ad pœnam talionis. 2.

Vt declaravit Joan. And. *poſt gl. in d. c. fin. in verb. pendente accuſatione.*

Concluſio LXXXIV.

ET † hoc maximè in dubio præſumitur facere in fraudem ne dicatur contra ſe teſtimonium, quando reus poſt accuſationem inſtitutam contra ſe, vel ſaltem ordinatam ſeu præparatam accuſat teſtem contra ſe producendum. 3.

Vt eſt caſus ſingularis & pulcher in l. 1. §. ſi ſervus. & ibi per Bart. *in verb. tempore cognitionis ceptæ. ff. de quæſt. & ità in terminis noſtris decidit* Bald. *in auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Et ideò hoc caſu teſtis iſte non repelletur: quia mutavit conditionem ſuam ex facto partis contra quam producitur, in quo præſumitur eſſe fraus.*

Concluſio LXXXV.

QVare, † ſi judex ſuſpicetur de fraude, poteſt ipſe ſtatuere terminum reo accuſanti teſtem, infra quem accuſatio- 4.

Digitized by Google

nem ſuam proſequitur: *a* vel recipere teſtem, reſervato eventu adhibendæ fidei in ſententia ferenda in judicio, in quo teſtis eſt accuſatus. b

a] *Juxta id, quod dicitur in c. frequens. in fin. De reſtit. ſpoliat. in 6. & poſtea eum non audiet. l. diffamari. C. de ingen. manu. fac. quod*
5. *notat. in l. Titia. ff. de accuſat. ſicut † actiones perpetuas & longiſſimæ vitæ judex poteſt ex cauſa coarctare ad tempus breviſſimum, ubi ſubſit legitima cauſa.* Bart. *in l. 2. ff. de reg. jur.* b] *Vt pro cautela tradidit* Joan. Andr. *in d. c. fin. Et interim differretur pronunciatio in cauſa, in qua reus eſt accuſatus, qui accuſavit teſtem producendum, ex traditis in d. c. fin.*

Concluſio LXXXVI.

6. SI † utiq; reus teſtem contra ſe producendum priùs accuſaverit, quàm ipſe accuſaretur, & ſubſit fraudis ſuſpicio, quæ tamen non faciat præſumptionem plenè probantem fraudem: nam cùm ſit tunc in arbitrio judicis, ùtrùm credat, & quantùm credat, *a* locum ſibi vendicat duplex illa cautela, ſuperiori concluſione allata. *b*

a] *Vt eſt caſus notabil. & ibi per* Bart. *aliquid in ſimili in l. 1. §.*
7. *cùm quis latrones. ff. de quaſt. Illic † enim aliquis detulerat aliquos facinoroſos priusquàm ipſi accuſarentur ſeu nominabantur, & dubitabatur, utrùm contra eos crederetur, illis delatis per ſe ad judicem? Et reſpondit* Vlpian. *in d. l. 1. §. ſi quis latrones. quod hoc ſit in arbitrio judicis, ut cauſa cognita ab ipſo æſtimetur, habenda fides ſit, nec ne?* b] *Quam cautelam tradidit* Joan. Andr. *poſt* Nicol. de Matt. *in d. c. fin. & retulit* Bald. *in auth. ſi dicatur. C. de teſtib. quo loco etiam adducit notata per* Joan. Andr. *in d. c. fin. licèt non reſtringat ſe ad ſuſpicionem fraudis, ſed ita debet intelligi.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXXXVII.

NOn † autem ſolùm in criminibus exceſſivis, ſicut eſt cri- 8.
men hæreſis, læſæ majeſtatis & alia, *a* teſtes admittuntur criminoſi, vel infamati de facto, ſi perſona contra quam producuntur eſt infamata: *b* ſed etiam concurrentibus aliis adminiculis, *c* hoc † eſt, quando concurrit vel numerus teſtium, 9.
vel conjecturæ veriſimiles, aut qualitas teſtium, vel illorum, contra quos deponunt, faciat præſumi, quod falſa non dicant. *d*

a] *Quæ perſtrinxit* Anton. de Butr. *in d. c. fin. &* Specul. *tit. de accuſat.* b] *Vt infrà Concluſ. 6. part. 29. Cent. 5. diximus. Aliàs, criminoſi & infames non admitterentur. d. c. fin.*

c] *d. c. fin. quia text. in c. inprimis. 2. q. 1. non aperit, quod loquatur in criminibus exceſſivis: & text. in c. per tuas. extr. de Simon. loquitur in † crimine Simoniæ, quod non pariſicatur omninò, quò ad te-* 10.
ſtes admittendos, crimini hæreſeos, & læſæ majeſtatis. c. licet heli. §. fin. extr. de Simo. d] *Vt in terminis probat text. in c. in fidei. in fin. extr. de hæret. & † ita ſufficit ut admittantur teſtes crimino-* 11.
ſi, vel perſonam eſſe infamatam, ut exemplificat gl. in d. c. in fidei. in fin. vel quòd concurrat numerus teſtium, & conjecturæ veriſimiles. d. c. in fidei. in fin.

Concluſio LXXXVIII.

EX † talibus tamen teſtibus non ſufficiunt, ut aliàs, *a* duo te- 12.
ſtes, etiam concurrentibus conjecturis veriſimilibus. *b*

a] *c. in omni. 4. c. licèt. 23. extr. de teſtib. l. ubi numerus. 12. ff. eod. Nam † ſi certus teſtium numerus non adjicitur duo ſufficiunt. d. l. ubi* 13.
numerus. 12. ex ratione c. pluralis. 40. De reg. jur. in 6. quandoq; † ta- 14.
men pluralis locutio reſolvitur in plures ſingularitates. l. falſa. §. ſi quis. ff. de condit & demonſtr. ut traditur per Bart. *in l. hoc*

Digitized by Google

articulo. ff. de hered. inſtit. quandoutiq; pluralitas non requiritur ad ſubſtantiam actus, aliàs, ſecùs, ut in teſtibus. d. l. ubi numerus. 12.
15. *Proindè † pœna ſtatuti punientis producentem falſos teſtes, habet locum in eo, qui produxerit unum tantùm. l. 1. ibiq;* Bart. *ff. de negot. geſt. l. 1. §. homines. ubi* Dyn. *ff. vi bonor. rapt. & fac. l. fin. ff. ad*
16. *Trebell. Niſi † quòd, unus pro ſe & aliis proferens ſententiam, debeat loqui in plurali, licèt è converſo, ſi ſit unus cogatur loqui in ſingulari. Imò, ſi dicat:* nos talis: *valebit ſententia, ſicut ſi Epiſcopus compromiſſarius ad eligendum diceret,* nos talis: *ut aperuit gl. fin. in c. Ab-*
17. *bate. 3. De re judicat. in 6. Nam † conſueverunt Epiſcopi de ſe loqui in plurali. c. revera. verſ. forte dicis. De conſecrat. diſt. 2. fac. quod tradit* Joan. Andr. *poſt* Hoſt. *in c. 1. ſup. verb. te. ext. de baptiſ. & c. 2. in fin. De pœn. in 6.*

b] *d. c. in fidei, in fin. & ſic intelligo ſingularem doctrinam* Hoſt. *quam refert* Joan. Andr. *in novell. c. ut officium. De haret.*
18. *in 6. dùm dixit, quod † in cauſa hæreſis non ſufficiunt duo teſtes, quando teſtes eſſent criminoſi vel infames. Et hoc dictum ſatis probatur in d. c. in fidei.*

Concluſio LXXXIX.

19. LIcèt † autem in criminibus exceſsivis admittantur teſtes tales ad probandum crimen: ad excuſationem tamen accu-
20. ſati & inquiſiti requiruntur teſtes idonei: adeò, † quòd & domeſtici non recipiantur, etiam ſuper his, quæ fiunt in domo, quamvis aliàs admitterentur, & plures, quàm duo ſint numero.

Juxta tradita in c. in literis. 31. ext. de teſtib. & eſt caſus notabilis & unicus in c. in fidei. in fin. De hæret. in 6. Quia ratio repellendi quæ eſt in uno, eſt in pluribus. Qua autem ratione unus teſtis ſingularis non probat, & unus infamis vel domeſticus reprobatur: pari ratione

tione, ſi ſint plures, omnes repelluntur, ut reſpondit Petr. de Anch. *conſ. 242. Et hoc maximè dicendum eſt in criminalibus, prout hîc agitur, ubi probationes clariores requiruntur. l. fin. C. de probat. Nam ſi in criminalibus adhoc, ut unus teſtis qui deponit de ipſo delicto faciat indicium ad torturam, juxta tradita per* Bart. *in l. fin. ff. de quaſt. debet ille teſtis eſſe omni exceptione major, ut placuit* Angel. *in l. fin. C. eod. poſt* Bald. *in l. milites. C. eod. & ſenſit* Bart. *in d. l. fin. Ergò à fortiori hoc videtur procedere in iſto caſu in quo agitur de plena probatione innocentiæ, & non de ſimplici indicio. Et quando teſtes omni exceptione majores requiruntur, illa qualitas debet articulari & probari.* Bart. *in l. 1. in §. ſi quis neget. col. fin. ff. quemad. teſtam. aper. dicens, quòd cautus debeat eſſe advocatus, ut faciat probationem de legalitate teſtium.*

DE TESTE IN PECCATO mortali conſtituto.

PARS XXVIII.

1. Teſtis, pro quo peccato poſſit à teſtificando arceri? n. 14. & 16. & quatenùs? num. 25. & 40. ſi eſt criminoſus an ſit promovendus ad ordines? num. 6. dicens: Se eſse inimicum inquiſiti: *an probet? nu. 33. in teſtem receptus, quam fidem faciat? n. 41. & 51. repelli an queat? nu. 54. 63. 71. & 72.*

2. Peccatum mortale, quomodo puniatur? nu. 16. & 17. quodlibet, an veniat criminis appellatione? nu. 5. 13. repellatq; quem à promotione? num. 14. an dici poſſit crimen? nu. 18. & quidem grave? nu. 22.

3. Integritas & vita honeſtas ſi deſideratur in teſte, quid fiat? quando intelligatur eſſe in teſte? n. 5.

4. Peccans mortaliter an habeatur omni exceptione major? nu. 5. poſſitq; ordinari ab Epiſcopo? nu. 15.

Digitized by Google

7. *Infames, quatenùs non ſint promovendi ad ordines?*

9. *Jurans temerariè, quando eſſe teſtis poſſit, vel non? num. 10. & 32.*

11. *Jus canonicum quo in corrigat circa teſtes criminoſos jus civile?*

12. *Exceptio criminis quousq; obviet teſti? compenſationis, quando dicatur odioſa? num. 73. quæ ſit odioſa? num. 83.*

13. *Criminis appellatione quid veniat? verbum, quotupliciter accipiatur? num. 20.*

18. *Criminoſus utrùm cujusvis generis ſit à teſtimonio repellendus? quousq; ordines ſuſcipere poſſit citra diſpoſitionem? num. 30. in quibus caſibus teſtimonium ferre queat? num. 34. 45. 49. 54. & 63. quomodo? num. 48. & unde? num. 35. & 47. emendatus, utrùm admittatur in teſtem in cauſa criminali? num. 36. quo jure admitti & repelli ſoleat? num. 37. & 40. à quo ad ferendum teſtimonium reſtitui poſſit? num. 38. 39. & 50. & expelli teſtimonio? nu. 52.*

19. *Præcedentia & ſequentia an ſe illuſtrent ad invicem?*

21. *Scelus quid ſignificet?*

23. *Delicta quotupliciter conſiderari in jure ſoleant?*

24. *Argumentum à prohibito accuſari an procedat ad prohibitum teſtificari?*

26. *Teſtificari contra clericos an liceat eis, qui non poſſunt adſpirare ad ordines? & quando poſſint? num. 31.*

27. *Non poſſe, quis propriè dicatur?*

28. *Epiſcopus quando dicatur nolle vel negligere beneficia conferre? an poſſit inhabilem reſtituere ad actum teſtificandi? num. 50. & 61. accuſatorem inſufficientem an removere queat? num. 65.*

39. *Papa diſpenſare poteſt contra canones.*

42. *Socius criminis qualiter teſtificando probet?*

43. *Reſervatio exceptionum contra teſtes, quid operetur?*

44. *Proteſtatio partis facta contra teſtes, cujus ſit effectus?*

46. *Facta*

48. *Facta domeſtica per quos probari poßint?*
52. *Judex ex officio quando poßit removere teſtem? num. 64. & 70. vel non poßit? num. 54. 63. & 72. de quo ſe circa teſtis perſonam informare queat? num. 53. expellere poteſt accuſatorem. num. 65. procuratorem. num. 66. & actorem. num. 82. ad quid compellere poßit uſurarium? num. 67. ubi poßit inquirere pro intereſſe publico? num. 70. & repellere inhabilem? num. 78. ſupplere ubi poßit? num. 84. an pariformiter queat repellere teſtem, & inquirere, publicæ utilitatis contemplatione? num. 85. & 86.*
56. *Mandatum de ſpoliando an præſumatur? & videatur induci ex patientia & ſcientia? num. 58.*
57. *Pœna ſuſpenſionis vel excommunicationis quid præſupponat?*
59. *Conſuetudo convitiandi, quid & quantum probet?*
60. *Clericus quando teneatur ſe intuitu voluntatis purgare?*
61. *Defectus ſuccedaneus, quid inſinuet?*
62. *Suſpicio voluntatis ex quo poßit argui?*
64. *Declaratur c. quærendum. & c. ſi qui ſunt. 2. q. 7.*
67. *Vſurarius cogi à judice poteſt ad reſtituendum?*
68. *Officium judicis, implorari quando poßit à liberto contra patronum? & ab injuriato, qui experiri pro injuria nequit? num. 69. an infamiam irroget? num. 75.*
70. *Offenſo bannito, quis videatur offendi?*
74. *Actio famoſa contra quem non detur?*
76. *Reverentia an ſit quid tranſmißibile?*
79. *Bannitus, quæ perdat ex forma ſtatuti? num. 80.*
81. *Banniti defectus an per judicem ſuppleri poßit?*
86. *Offenſa quando intelligatur remißa ipſo jure?*
87. *Remißio injuriarum facta à patrono, an ſit in conſequentiam trahenda?*

Con-

Concluſio XC.

1. TEſtis,† non pro quolibet crimine ſeu peccato mortali, *a* nec etiam pro eo crimine, pro quo ſi condemnaretur, efficeretur infamis de jure civili: *b* ſed pro illo dumtaxat peccato mortali, repelli poteſt à teſtimonio, pro quo poſsit criminaliter puniri & criminaliter conveniri in judicio. *c*

[a] *Vt cenſuit gl. in c. teſtimonium. 53. ext. de teſtib. & gl. in c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. quibus adſentitur* Abb. *cum aliis in d. c. teſti-*
2. *monium. 53. moveturq;* Primò, *quia † quodlibet peccatum mortale eſt dignum damnatione ſcil. æterna. & vocatur crimen. c. criminis. diſt. 25.* Secundò, *adducitur text. in c. forus. in fin. ext. de verb.*
3. *ſignif. ubi dicitur, quòd † in teſte requiritur integritas vitæ & bonitas, adeò, ut ſi illa defuerint, fide careat teſtis. Non enim poteſt juſti-*
4. *tia cum ſcelerato homine habere commercium. d. c. forus. Sed † non eſt dubium, quod exiſtens in peccato mortali non habeat vitam bonam, nec eſt integer. Ergò quodlibet peccatum mortale excludit à teſtimonio.* Tertiò, *movetur* Abb. *per text. in c. teſtes. 2. q. 7. ubi*
5. *dicitur, quod † teſtes debeant eſſe ſine ulla macula: quod non poteſt dici de eo, qui convincitur à peccato mortali.* Quartò, *probat hoc*
6. Abb. *à ſimili: quia † ſi teſtis removeretur à teſtificando propter crimen pro quo impeditur promoveri ad ordines, ut traditur in c. ſuper eo. 13. ext. de teſtib. & videtur probari c. teſtes. 2. q. 7. & c. fin. diſt. 25. Ergò ſimiliter pro quolibet peccato mortali quis repellitur à teſtimonio. Et confirmatur hoc, per text. in c. illi qui. junct. c. infames. 6. q. 1. Dicit enim text. in d. c. illi qui. quòd qui agunt ita, de quibus Apoſtolus dicit, talia agentes regnum* DEI *non poſſidebunt. Imò ſunt infames & valdè cavendi. Poſteà verò adjicitur in d. c. infames,*
7. *quòd † illi dicantur infames, quò ad hoc, ut non poſſint promoveri ad ordines, quos leges ſeculi vel canones inter infames computant. Et ſic con-*

Digitized by Google

ſic conſequitur ex his duobus juribus ſimul junctis, quod† etiam illi, 8.
qui ſunt in ſimplici peccato mortali, quod non incidit in crimen punibile in foro contentioſo, non poſſint ordinari. Nam Apoſtolus in illo loco multa peccata mortalia enumerat, pro quibus non eſt conſtituta accuſatio & pœna, & tamen illi repelluntur à ſuſceptione ordinum. Et hanc ſententiam dicit Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. ſentire* Hoſt. *in d. c. teſtimonium. 53. &* Innoc. *in c. intimavit, 18. ext. de teſt. dum dicunt; quòd† ille, qui juravit juramentum temerarium, poteſt* 9.
teſtificari peracta pœnitentia: & tamen pro illo juramento non reperitur impoſita pœna gravis. c. qui juramento. 22. q. 4. ſecus† ante per- 10.
actam pœnitentiam, ut cenſuit gl. in c. 1. De jurejur. in 6. & in c. Florentinum. diſt. 85.

b] *Vt placuit* Flor. *quem retulit* Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. per l. 2. §. lege julia. l. ſcio. 13. & l. repetundarum. 14. ff. de teſtib. & inſuper tali ratione; quia† jus Canonicum corrigit jus civile ſolùm in* 11.
hoc, quod ubi de jure civili teſtis non repellebatur pro ſolo crimine, niſi eſſet condemnatus & effectus infamis, hodiè non requiratur condemnatio & infamia de jure Canonico. Vnde in aliis criminibus, in quibus etiamſi ſequeretur condemnatio, teſtis non repellitur, de jure civili nihil videtur mutatum, & ſic ſtamus diſpoſitioni juris civilis. c. ſi in adjutorium. diſt. 10. c. 1. ext. de nov. oper. nunc. Et pro iſta ſua inductione adducitur text. in c. 1. & in c. ſuper eo; quod etiam. ext. de teſtib. ubi Summus Pontifex reſpondendo quæſtioni propoſitæ dicit, quod† crimina objecta repellant teſtes, etiamſi antea non ſint convi- 12.
cti vel confeſſi: quaſi ſentiat, quòd illa crimina repellant teſtem de jure Canonico, quæ repellebant ipſum de jure civili poſt comdemnationem.

c] *c. teſtimonium. 53. ibi. crimen. ext. de teſtib. ubi fit mentio criminis. Sed† criminis appellatio non continetur omne peccatum* 13.
mortale, ſed peccatum quod poteſt accuſari & puniri, ut declaravit

Digitized by Google

gl.in c. peccatum. 4. De reg jur. in 6. & in l. 1. C. ſi adverſ. delict. &
14. *eſt caſus in c. 1. diſt. 81. Quia † autem propter hoc crimen repellitur quis à promotione, ut viſus eſt ſentire* Anton. de Butr. *in c. ſuper eo. extr. de teſtib. Ergò pro illo crimine etiam repellitur teſtis à teſtimonio, ex doctrina* Joan. Andr. *& aliorum in d. c. ſuper eo. cui ſubſcribit* Petr. de Leazar. *in d. c. teſtimonium 33. Quorum opinionem multùm adjuvat text. in c. ipſi Apoſtoli. & in c. teſtes. & in c.*
15. *ſacerdotes. 2. q. 7. quibus expreſſè dicitur, quòd † illi, qui non poſſunt teſtificari contra clericos, gradum obtinere non poſſunt, id eſt, non poſſunt ad ordines eorum accuſatorum promoveri ratione criminis, vel etiam ratione defectus, putà, quia ſunt illegitimi vel corpore vitiati, ut eſt caſus notabilis cum gloſſ. in c. clericus. 2. quæſt. 7. Pro iſta etiam concluſione adducitur text. in c. 1. in fin.*
16. *extr. de except. Dicitur enim ibi, quòd † ſi teſtis convincitur de criminibus per modum exceptionis, ſatis eſt ipſum repelli à teſtimonio, absq; eo, quòd puniatur pœna ordinaria: quia accuſatio in ipſos ſecundum juris ordinem non proceſſit, ex quo teſtis repellitur, ſed poteſt puniri in foro contentioſo ſi inſtituatur accuſatio. Atq; hinc eſt, quòd pro aliis peccatis mortalibus teſtis non repellatur. Nam ſi pro aliis repelleretur, tunc ratio adſignata*
17. *in d. c. 1. propè fin. non eſſet bona, quòd † non puniantur pœna ordinaria, quia non fuerunt accuſati, ſed potiùs eſſet dicendum in illis peccatis, quòd non puniantur, quia pro eis non datur judicium criminale. Vnde aut oportet dicere, ut dixi, aut reſtringere textum, quòd loquatur de quibusdam criminibus, quod eſt divinare, cùm textus indefinitè ponat regulam ſuper criminibus, quæ teſtes repellant. Secundo, pro iſta concluſione videtur eſſe text. clarius in c. conſtituimus. 3. quæſt. 5. ubi enumeratur aliqua crimina publica vel privata, quæ repellunt teſtes à teſtimonio, & poſtea additur, quòd iſti & eorum ſimiles aliquatenus non admittantur*

tantur

tantur ad teſtimonium. Ex quo patet, quòd † non omnis crimi- 18.
noſus, etiamſi concedam, omne peccatum mortale eſſe crimen, à teſtimonio repellatur, ſed ſolùm ſimile criminibus iſtic expreſſis. Et licèt textus in d. c. conſtituimus. generaliter nominet crimi-
noſos, & dicat, quòd non admittantur ad teſtimonium: quia † ta- 19.
men præcedentia declarant ſequentia, & ècontra. l. ſolitè. extr. de major. & obed. l. qui filiabus. in princ. ff. de legat. 1. hinc, cùm poſteà dicat, enumeratis aliquibus criminibus, quod illa & ſimiles eorum excludantur, ſatis oſtendit, quomodo intellexit verbum, criminoſi, *quod eſt poſitum in medio d. c. conſtituimus. Et*
maximè hoc eſt dicendum in d. c. conſtituimus. quia † verbum 20.
Criminis, *duplex habet ſignificatum & magis propriè ſignificat crimen punibile per viam accuſationis, ut dictum eſt. Vnde poſſumus dicere, quod non reſtringitur illud verbum* criminoſi, *ſed cùm poſſit intelligi in duabus ſignificationibus, per ſequentia declaratur in quo ſignificatu ſit acceptum, ſicut traditur in l. non dubium: 12. C. de legibus. Nec huic declarationi obſtat c. forus. extr. de verb. ſignif. quia non poteſt dici, vel quod determinatur per alia jura ſtrictiùs loquentia, vel melius ex fin. d. c. forus. adparet, quòd non loquitur de quolibet peccatore, dùm dicit; cum*
ſcelerato homine juſtitiam non poſſe communicare. Scelus † enim 21.
videtur ſignificare aliquod grave crimen. Non quoq; refragatur
quod † quodlibet peccatum mortale poſſit dici grave crimen. Equi- 22.
dem verum eſt, attamen in foro conſcientiæ, prout diſtinguitur à peccato veniali, omne peccatum mortale, videtur eſſe grave crimen: ſed in foro contentioſo, & ubi agitur de pœnitentia imponenda, non ſolùm non eſt grave crimen aliquod, peccatum mortale, ſed etiam non eſt crimen propriè ſumtum: quia non poteſt puniri per accuſationem in foro contentioſo, quod requiritur ad eſſe criminis. c. 1. extr. de except. & c. Apoſtolus. diſtinct. 81.

23. *Quinimò † etiam inter delicta punibilia dicuntur quædam levia. l. levia, ff. de accuſat. ut diſtinxit* Bart. *in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de injur. Et quamvis inveniantur aliqua jura, quæ prohibent conſtitutos in quolibet peccato mortali accuſari, ſicut videtur probari in*
24. *c. infames. in fin. 6. q. 3. Indè † tamen non efficitur bona conſequentia: Aliquis non poteſt accuſare. Ergò nec teſtificari. Quoniam majus præjudicium affertur in repellendo teſtem, quàm in repellendo accuſatorem, ut arguit Summus Pontifex in c. licèt heli. ibi. aliis. & è contrario. Ext. de Simo. Et licèt illa ſit allegatio partis: adprobatur tamen per Summum Pontificem in c. per tuas. ibi. diſtinguenda. ext. Eod.*

Concluſio XCI.

25. SI præcipuè teſtis non eſt emendatus de crimine ſeu peccato mortali, & producatur contra clericos, qui accuſant teſtem de delicto, vel denunciantur, nam tunc ex illo ſolo crimine repellitur teſtis, ex quo ſi condemnaretur, efficeretur infamis, non ſecus atq; ſi producatur quis in teſtem contra laicum etiam foro eccleſiæ.

Juxta declarationem Inno. *quam probavit & eſt ſecutus* Abb. *in d. c. teſtimonium. 53. per l. 3. §. lege julia. l. ſcio. & l. repetundarum. ff. de teſtib. Declarandum igitur hîc eſt, quid illa jura, quæ di-*
26. *cunt, quòd † illi, qui non poſſunt ad ordines promoveri non poſſint teſtificari in clericos. c. teſtes. c. ſacerdotes. c. clericus. 2. q. 7. ſentiant: & inprimis fateor, quòd exiſtens in peccato mortali quocunq;, non poſſit promoveri ad ordines, ut dixit* Abb. *in d. c. teſtimonim. 53. Sed tamen eſt conſiderandum, quòd ex quo ille habet in poteſtate ſua abolere peccatum per pœnitentiam, & ſic fieri habilis in delictis, quæ non ſunt crimina, ut infrà dicetur. Iſte enim non dicitur propriè*
27. *non poſſe promoveri. Quia † ille dicitur propriè aliquid non poſſe, qui etiamſi faciat diligentiam ſuam, hoc non poteſt. Secus ſi ex diligentia*

ſua poſ-

Digitized by Google

ſua poſſit removeri impedimentum. l. quibus diebus. ubi per Bald. *ff. de condit. & demonſtr. c. 1. ibi. in mora. Ne ſed vacant in 6. ubi* † 28.
dicitur, ſi Epiſcopus, qui eſt ſuſpenſus, eſt negligens in petendo abſolutionem à ſuſpenſione, poſt negligentiam non dicitur ampliùs impeditus conferre beneficium, ſed potius non velle, vel negligere, & ideò devoluitur poteſtas ad Capitulum. Proindè, † *jura quæ dicunt, illos non* 29.
poſſe teſtificari in clericos, qui non poſſunt ad ordines promoveri, debent intelligi de impotentia propriè ſumta, & iſta verba procedere in criminibus enormibus vel mediocribus, *accipi de his, in quibus etiam poſt peractam pœnitentiam, ſi aliquis convincitur de crimine, non poteſt promoveri ſine diſpenſatione. Nam* † *in his quæ non* 30.
ſunt crimina punibilia in foro contentioſo, videtur quis poſſe promoveri ſine diſpenſatione peracta pœnitentia, ut clarè colligitur ex verbis Auguſt. *in c. Apoſtolus. diſt. 81. & ſenſit gl. in c. ex tenore. ext. de temp. ord. & ſic in effectu, illa jura non prohibent aliquos in teſtes recipi, niſi criminoſos.* Ant. de Butr. *cum aliis in c. ſuper eo. ext. de teſtib. &* Joan. Andr. *in d. c. teſtimonium. 53.*

Concluſio XCII.

CAEteroquin † ſi contra clericos agitur civiliter de alia re, 31.
quàm de crimine, vel quis producitur in teſtem contra eos ſimpliciter, hoc eſt, ut teſtis clericos criminis reos non poſtulet, â teſtificando: quomodo & ſi eſt emendatus de peccato mortali, non repelletur teſtis.

Juxta doctrinam Innoc. *& aliorum in d. c. teſtimonium. 53. ſicut videmus, quòd* † *temerariè jurans ante peractam pœnitentiam,* 32.
repellitur à teſtimonio. Ergò poſt non idem, ut ſenſit gl. in c. 1. De jurejur. in 6. & traditur in c. Florentinum. diſt. 85. Atqui † *teſtis,* 33.
qui dixit ſe eſſe inimicum inquiſiti, *nunc, cum non eſſet, & ſic mentitus eſt, poteſt cogi ad teſtificandum. c. inquiſitionis. §. pen. ext.*

 de ac-

Digitized by Google

de accuſat.& tamen erat in peccato mortali: quia dixerat mendacium in præjudicium proximi. Sed præterquàm quòd illud eſt in odium ipſi-
34. *us teſtis, & ne aliàs per indirectum ſubtrahatur facultas probationis, ſicut in ſimili dixit* Bart. *in l. 1. §. cùm quis. ff. de quæſt. ſunt † aliqui caſus excepti, in quibus criminoſi in peccato mortali adhuc perſeverantes teſtificari poſſunt.*

Concluſio XCIII.

35. MAgis, tamen de æquitate & in foro eccleſiaſtico quàm de juris ſubtilitate & in foro civili, ut quamvis teſtis perſeverans in quolibet poccato mortali ſemper à teſtimonio repellatur, non pariter tamen, ſi eſt emendatus de peccato: quaſi in emendato diſtingui oporteat inter crimen & peccatum ſimplex in cauſa criminali, ut pro peccato ſimplici emendati, non repellantur, ſed pro crimine etiam emendati ſint ſubmovendi.

Per tradita ab Innoc. *qui adducitur illò text. in d.c. teſtimonium. ibi in criminali. adferens tamen gl. quæ tenet oppoſitum in c. ipſi A-*
36. *poſtoli. 5. q. 7. videlicèt † qualitercunq; emendatum, à ſimplici peccato mortali, non admitti ad teſtimonium in criminalibus. Et hoc dicit eſſe de jure veriùs, & pro illa æquitate induxit text. in d. c. Apoſtoli. quam tamen inductionem ego non intelligo, quia ex ſerie text. clarè adparet, quòd totus contextus loquatur in eodem caſu. Si ergò principium loquitur in ſimplici peccato mortali, non video quomodo poſſit reſtringi verſ. in criminali. ad crimen publicum, ex quo irrogatur in-*
37. *famia, vel ſaltem ad crimen quod ſit punibile in foro contentioſo. Et † hanc ſuam opinionem dixit eſſe ſervandam in foro canonico, & iſta jura, quæ dicunt teſtem non emendatum, excludi propter crimen. Sed in foro civili ſervarentur leges, juxta gl. c. poſſeſſor. 2. De reg. jur. in*
38. *6. Nec † enim dubium eſt, quòd princeps habens ſupremam poteſtatem*

tem ſuo territorio poſſit teſtem criminoſum habilitare. c. per tuas. ext. de Simo. c. in fidei. De hæret. in 6. l. famoſi. ff. ad L. Jul. majeſt. Vnde † etiam Papa diſpenſat contra iſtos canones, ut poſſit admitti teſtis 39.
criminoſus, quandocunq; vellet diſpenſare, ut docuit Specul. *tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed id, quod Papa.*

Concluſio XCIV.

SEd, † ſi teſtis criminoſus ſeu in peccato mortali adhuc con- 40.
ſtitutus, inſtigante parte crimen commiſerit, vel delictum tendat in favorem partis circa ipſam litem, in utroq; foro teſtis admittitur, licèt non ſit de crimine emendatus, & ſivè dicturus ſit teſtimonium contra clericos accuſantes teſtem de crimine, ſivè in laicos.

Vt tradidit ſingulariter Innoc. *quem ſunt ſecuti cæteri in c. conſtitutis. 54. ext de teſt. & hoc eſſe contra juris regulas, ſuprà diximus.*

Concluſio XCV.

QVamvis † autem teſtis criminoſus admiſſus ad teſtifican- 41.
dum non faciat plenam fidem: *a* facit tamen aliqualem præſumptionem. *b*

a] *Vt concluſ. 4. Cent. 3. prædiximus. & probat text. in c. in literis. 24. ext. de teſtib.*

b] *Vt placuit gl. quam probant communiter omnes in c. cum I. & A. ext. de re judic. quæ † idem cenſuit & in ſocio ejuſdem criminis,* 42.
juxta tradita in c. 1. ext. de confeſſ. & in alio teſte criminoſo & expreſſe etiam in teſte infami, tenet Bart. *in l. maritus. ff. de quæſt. Et iſta limitatio probatur etiam per l. qui ultimo. 5. ff. de pœn. quam ipſe quoq; veram eſſe credo, per tradita ab* Ant. de Butr. *in d. c. teſtimonium. 53.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XCVI.

43. NIſi † judex reſervârit exceptiones in perſonas & dicta teſtium. nam tunc iſta reſervatio operabitur, ut perindè ſit, ac ſi teſtis principio fuerit repulſus.

Vt tradit Bart. *in ſimili in l. ſi duo patroni. §. idem Julianus. ff. de jurejur. & in l. ille à quo. §. de teſtamento. ff. ad trebell. Et † idem*
44. *crederem ſi pars ipſa fuiſſet proteſtata & pars adverſa conſenſiſſet. Hoc tamen non confirmo pro nunc.*

Concluſio XCVII.

45. SEd † &, ſi caſus talis extiterit, in quo veriſimiliter factum non poteſt probari per aliqs, quam per criminoſos, tunc in ſubſidium ipſi admittuntur; *a* ſed quanta fides illis adhibeatur, hoc relinquitur arbitrio judicis.

a] *Vt animadvertit ſingulariter* Goffr. *quem ſequuntur cæteri ferè omnes in d. c. cum I. & A.*

b] *Arg. eorum, quæ habentur in c. veniens. & in c. in literis.*
46. *24. ext. de teſtib. ubi patet, quòd † teſtes domeſtici admittuntur in his, quæ fiunt in domo, quia per alios communiter veritas ſciri non poteſt.*

Concluſio XCVII.

47. ET † hoc maximè de jure Canonico, & in perſonis eccleſiaſticis, quæ de facili non torquentur, *a* contrà, quàm in laicis. nam in his dicendum videtur, quod ad minus non debeatur eis credi ſine tormentis. *b*

a] *Vt traditur in c. cùm in contemplatione. 6. ext. de reg. jur.*

48. b] *l. ob carmen. §. 2. ff. de teſtib. ubi † patet, quod etiam in crimine læſæ majeſtatis quando tales recipiuntur, non admittantur ſine tormen-*

tormentis generaliter: tamen, quando teſtes ſint torquendi videatur Bart. *in l. ex libero. §. 1. ff. de quaſt.*

Concluſio XCIX.

QVemadmodum † tunc quoq; à teſtimonio non repellitur 49.
teſtis criminoſus, quando agitur ad correctionem & pœnitentiam, per inquiſitionem generalem: *a* vel, quando teſtis criminoſus, qui non eſt infamis, ex diſpenſatione epiſcopi fuerit habilitatus. *b*

a] *Vt tradidit* Hoſt. *quem ſequuntur alii in d. c. cùm I. & A.*

b] *Per ſingularem & pulchram doctrinam* Innoc. *quam adprobent omnes in c. cùm primo: ext. de re judic. quia † ſi poteſt epiſco-* 50.
pus diſpenſare cum criminoſo ad ordines: multò fortiùs ut admittatur ad teſtimonium.

Concluſio C.

IDemq; † obtinere dicimus, quando teſtis convincitur in eo, 51.
quod prima facie præſumitur eſſe crimen: poteſt tamen aliquo caſu excuſari à delicto, vel propter ignorantiam vel alia ratione. nam teſtis criminoſus omninò quidem non repellitur: non tamen ſibi creditur plenè.

Vt eſt ſingularis ſecundum Innoc. *quem ſequitur* Ant. de Butr. *text. in c. 2. ext. de arbitr. Quia quis convincitur, delinquendo contra juris prohibitionem in jure erraſſe, & ignorantia juris eſt lata culpa, & regulariter non excuſat quem l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui not. infa. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor. Non enim licèt ignorare leges. l. leges. C. de leg. l. conſt. C. de jur. & fact. ig. Eſt namq; magna negligentia, ignorare leges; quæ magna negligentia eſt lata culpa, quæ lata culpa regulariter æquiparatur dolo. l. magna. ff. de verb. ſig. l. quod Nerva. ff. depoſit. & hoc præſertim, quando non imponitur pœna corpora-*

Digitized by Google

lis, aliàs, ſi imponitur pœna corporalis pro maleficio, lata culpa non æquiparatur dolo. l. lex Cornelia. ff. de ſicar. Vt ideò, quando ſolum tractatur de pœna pecuniaria, & lex vel ſtatutum expreſſe dolum non requirit, lata culpa regulariter æquiparetur dolo, ſivè accuſatio ſit criminalis, ſivè actio ſit civilis, ex quo ſolum agitur ad pœnam pecuniariam. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. ut pulchrè declarat Bart. *in d. l. 1. §. non autem. in 1. oppoſit. Imò poteſt dici, quòd etiam, quando lex vel ſtatutum expreſſe requirit dolum, & agitur de pœna pecuniaria, & lex eſt fundata in naturali æquitate, dolus etiam repræſentet latam culpam. per text. in d. l. 1. §. non autem. Nam, ut dicit* Ang. *in d. l. 1. §. non autem. licèt lex rigoroſa loquens ſignanter de dolo, non comprehendat culpam. ut patet ex d. l. 1. & probatur ex l. 2. §. hac actione. ff. vi bonor. rapt. & l. 1. §. ſi quis ideo. ff. ne vis fiat ei, qui in jus vocat. ſecùs tamen eſt, quando lex eſt fundata in naturali æquitate, ſicut verba edicti:* Si quis teſtamento liber eſse juſsus fuerit: *ſunt fundata in naturali æquitate, quæ naturalis æquitas, ita habet locum in lata culpa, ſicut in dolo. Ideò, licèt hujuſmodi lex expreſſe requirat dolum: tamen repræſentat etiam latam culpam. Et iſta reſponſio* Angel. *ad d. l. 1. §. non autem. eſt melior & convenientior, quàm ſolutio* Bart. *ut quæ multùm divinat. Licèt igitur quis ignoraverit, delictum eſſe lege vel ſtatuto punibile & illicitum, quæ ignorantia eum ſolum excuſet à dolo: non tamen poteſt ſe de juris rigore excuſare à culpa, & ſic à pœna legis vel ſtatuti.*

FINIS

Centuriæ Quartæ.

RUDOLPHI VOLCMARI HESS,

JurisConſulti,

Practicarum Concluſionum DE TESTIBVS.

Centuria V.

Concluſio I.

UTcunq; † ſit: poteſt tamen judex ex officio repellere teſtem criminoſum, quando conſtat per acta ſibi, quod eſt criminoſus. *a* Quinimò, poteſt judex ſe informare de conditione teſtis ex officio, & ipſum repellere, ſi eum inveniet inhabilem. *b* 52.

a] *Vt cenſuit gl. in c. quærendum. 2. q. 7. per l. quos prohibet. ff. de poſtul. & ita ſentiunt pleriq; in d. c. cùm I. & A.* b] *Juxta doctrinam* Bald. *in l. 1. §. ſi curatores. ff. de magiſtr. conveniend. Oportet † enim judicantem cuncta rimari, & ordinem rerum pleniſſima inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, objiciendiq; præbita patientia ab eo. c. judicantem. 30. q. ult. l. ubicunq;. ff. de interrog. actio. Et hoc eſt indubitatum, quod judex poſſit, ſi vult, exquirere, an quis ſit infamatus, vel non? & quod d. l. ubicunq;. etiam locum habeat in criminibus, ut docuit* Bald. *in d. l. ubicunq;. in 2. lect.* 53.

Concluſio II.

EXcepto, † cùm teſtificatur contra illum, qui fuit illius criminis auctor: *a* & quando delictum eſt commiſſum à teſte in favorem ejus, contra quem nunc producitur, & circa ipſum actum teſtificandi. nam in his duobus caſibus, teſtis criminoſus ad teſtificandum, etiam contra juris regulas admittitur. 54.

Digitized by Google

Vt traditur in c. intimavit. 18, & in c. teſtimonium. 53. ext. de teſtib. & dixit ſingulariter Innoc. *quem ſequuntur omnes in c. con-*
55. *ſtitutis. 45. ext. eod, ubicunq; † enim committitur delictum ab amico vel conſanguineo, quod reſpicit utilitatem meam, in dubio præſumetur factum de voluntate mea. d. c. conſtitutis. 45. ibi, quia veriſimile non videtur. quòd eſt valdè notandum & menti tenendum, ut not. & in ſimili in c. Petrus. ext. de homicid. & in c. præſulatus 1. q. 4. ubi etiam in verſ. ſi ita eſt. videtur ſic probari, ut ſenſit & gl. ibi. Idem quoq; eſt, ſi delictum committitur ab aliquibus de familia, ut docuit* Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis. verſ. decimò, quæro ff. de nov. oper. nunciat. Sed contra iſtam doctrinam multum fortiter facit text. valdè notab. in c. cum ad ſedem. ext. de reſtit. ſpolit, ubi dicitur, quòd, † quamvis*
56. *nuncius epiſcopi ſpoliaverit hoſpitalarios, & epiſcopus reperiatur in in poſſeſſione illius rei, quam prætendit ad ſe pertinere de jure, nihilominus per iſta non probatur mandatum de ſpoliando, neq; ratificatio, & ita ex text. illo cenſuit* Bald. *in l. 1. C. de epiſ. & cler. Vnde valdè difficile redditur iſtud contrarium, & fortè poſſumus dicere, quod † ad inferendam pœnam levem, ut ſuſpenſionis vel excommunicatio-*
57. *nis, ſufficiat iſta conjectura, propter difficultatem probationis, quia iſta fieri ſolent occultè, ſicut dicit text. in c. præterea. 27. ext. de teſtib. Sed ubicunq; ageretur de majori præjudicio putà ad imprimendam pœnam ordinariam ex crimine gravi, vel ad auferendam alicui poſſeſſionem rei ſuæ, iſta non videtur ſufficiens probatio, ut conſtat ex d. c. conſtitutis. 45. ibi. & hoc non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, id eſt. ſuſpicione & dubitatione, ſicut dicitur in ſimili in c. quanto. ext. de ſent. excom. & in c. dilecto. 40. eod. tit. in 6. & in c. ſicut dignum. in princ. ext. de homicid. Et tamen in dictis juribus ex illo ſcrupulo non probatur mandatum. Vnde gl. quam adprobat* Bart. *in l. 1. in princ. ff. ſi famil. furt. feciſſ. dicet. expreſſè cenſuit, quod † ſcientia & pa-*
58. *tientia domini non inducat mandatum, licèt potuerit prohibere de-*

lictum

delictum commiſſum à familiari. Pro his facit optimè text. quem ad hoc ponderat Bart. *in l. 1. §. ſi quid tamen. ff. quod vi aut clam. ubi dixit, quòd † quamvis conſuetudo inferendi injurias probet, contra aliquem delictum præſumptum, ſi agatur civiliter. d. l. 1. §. ſi quid. & c. fin. ext. de appell. non tamen erit iſta ſufficiens probatio, ſi agatur criminaliter. Et iſtud credo veriſſimum, nec diſtinguo, prout diſtinguit* Abb. *in d. c. conſtitutis. 45. inter factum ſucceſſivum & momentaneum, per text. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. Quia ille text. in verſ. ſi ita eſt. innuit, quòd ibi præſumatur delictum in dubio factum de conſcientia illius clerici, & ita videtur intelligere gl. in d. c. quia præſulatus. quæ dicit, quòd † clericus ille teneatur, purgare voluntatem in actum deductam. Prætereà, licèt in d. c. conſtitutis, impedire teſtem teſtificari habeat cauſam ſucceſſivam: factum tamen cum impeditur teſtificari ſcil. minæ & terrores, potuit habere cauſam momentaneam, quia potuit ſemel eſſe factum inſcio epiſcopo. Sed poteſt dici reſpondendo ad hoc, quod † ex quo defectus habet cauſam ſucceſſivam, quam epiſcopus poſſet tollere, ſi non tollitur ex hoc præſumitur retrò mala voluntas. Text. tamen in d. c. conſtitutis. 45. magis ſe videtur fundare in hoc, ibi, talia fierent. quòd † propter conjunctionem perſonarum, & cauſam ad ſe pertinentem inducatur ſuſpicio voluntatis ab ipſo principio.*

59. 60. 61. 62.

Concluſio III.

QVomodo † & nec tunc judex repellere ex officio debet 63. teſtem, qui teſtificaturus eſt contra eum, qui participavit de crimine, licèt de eo non ſit emendatus, ubi pars non poteſt excipere contra teſtem, in odium ſui.

Vt poſt Inno. *probatur communi DD. calculo in d. c. intimavit. 18. ne concedatur una via, quod alia negatur. Et † eſt magna limitatio & 64. pulchra ad c. quærendum. & c. ſi qui ſunt. 2. q. 7. ubi probatur, quod*

judex accuſatorem & teſtem inhabilem poteſt repellere ex officio. Imò debet. Verùm in contrariũ eſt gl. in c. nullis. ext. de accuſ. quæ expreſſè
65. *dicit, quòd, † licèt epiſcopus non poſſit repellere accuſatorem inhabilem, cujus mores videtur adprobaſſe tenendo eum ſecum in contubernio, & hoc in odium ſui: judex tamen accuſatorem poteſt repellere ex officio. Et illam gl. adprobat* Abb. *in d. c. nullis. per ea, quæ habentur in c. 1. De elect. in 6. & in gl ibid. & in c. 1. De judic. in 6. ex quibus patet,*
66. *quòd † ſi pars non opponit contra procuratorem, quod non habeat mandatum, vel quòd non poſſit admitti in cauſa criminali: judex tamen ex officio ſuo poterit tales repellere. Sed iſta non ſunt ſimilia: quia illic pars poterat opponere, ſi volebat, unde non ſequitur abſurditas, de qua in caſu noſtræ concluſionis. Contra iſtam quoq; concluſionem eſt quod tradit ſingulariter* Hoſt. *quem ſequuntur alii in c. qui fruſtrà. extr. de*
67. *uſur. qui dixit, quòd † ſi uſurarius repetit ab altero, licèt poſſit repelli in odium ſui propter ſimilitudinem criminis: judex tamen ex officio poteſt cogere conventũ ad reſtituendas uſuras, non quidem uſurario, ſed aliis, quibus extorſit ipſe uſuras. Præterea huic etiã concluſioni adverſantur duo jura, & primò text. cum gl. in l. 1. C. ſi tut. non geſſ. ubi*
68. *habetur, quod † quamvis libertus non poſſit accuſare patronum nomine ſui pupilli, nec contra ipſum agere actione famoſa, poteſt tamen implorare officiũ judicis. Secundò contrariatur text. quo adducitur* Bart. *in*
69. *l. planè. §. pactus. ff. de petit. hæred. ubi* JC. *dicit, quòd † ſi infertur injuria perſonæ, quæ non poteſt audiri in actione injuriarum, ſed qui per mediũ illius perſonæ injuriatur, maximè & hic, quia principaliter offenſus non poteſt audiri, audietur ipſe pro ſuo intereſſe & ſuo nomine.*
70. *Et ſic videtur, quòd, † quia offenſo bannito offenditur reſpub. ſaltem judex poſſit inquirere pro publico intereſſe; ut viſus eſt ſentire* Bart. *in d. l. planè. § pactus. ita etiam dici poſſit, quod quia intereſt judicis non admitti teſtem criminoſum vel accuſatorem, licèt pars excipiendo non poſſit repellere teſtẽ, judex ex officio queat ipſum repellere. Enimverò,*

quamvis

quamvis ob id & inter legiſtas in caſu noſtræ concluſionis ſit aliqua varietas, ut eſt apud Bart. *in l. fin. §. ſi ſtipulor. ff. de eo, per quem fact. erit. His tamen nihil refragantibus credo ſententiam DD. in d. c. intimavit, 18. eſſe verã, duplici adductus ratione particulari, quarum Prima † eſt, quia etiamſi pars, quæ nunc repellit teſtẽ, non fuiſſet particeps doli & criminis, adhuc iſto caſu non poſſet teſtem repellere. c. inquiſitionis. ext. de accuſ. Secunda ratio eſt, quia pars adverſa læderetur, ſi teſtis poſſet repelli ex officio judicis, per dolũ partis ad cujus commodũ repelleretur, quod eſt abſurdum & inconveniens, ut ſenſit* Abb. *in d. c. intimavit. 18.* 71.

Concluſio IV.

UT † proindè, ſicut pars, quæ eſt particeps criminis non poteſt repellere teſtem, in crimine non commiſſo à teſte: *a* Ita etiam nec judex poſſit eum repellere ex officio. *b* 72.

a] *Aliàs, ſi ſolus teſtis eſſet criminoſus, ſine dubio poſſet per partem repelli, & tunc propriè ſtat dubitatio, utrùm contra eum, qui participavit ſecum fraudem poſſit in teſtem admitti, etiam non emendatus de crimine? an verò judex ex officio ſuo eum repellere poſſit?* b] *Ut concluditur ex præmiſſis per DD. in d c. intimavit. 18. quicquid dixerit gl. in d. c. nulli. Eſt † enim iſta exceptio odioſa, in qua admittitur compenſatio doli effectualiter: ne alioquin criminoſus conſequatur per indirectum, quod non poteſt conſequi per directum. Nec † huic concluſioni refragatur l. 1. C. ſi tut. non geſſ. & l. planè. § pactus ff. de petit. hæred. Quando ibi non tollebatur accuſatio parti propter odium ipſius accuſantis, ſed propter reverentiam perſonæ accuſatæ, contra quam non debet intentari actio famoſa. Et † quia officium judicis non infamat, ideò attenta cauſa prohibitionis non tollitur per reverentiam: Quia † autem reverentia quæ debetur ab uno, non tranſeat ad tertiũ. Idcircò tertius poteſt agere actione injuriarum. Sed † caſu noſtræ concluſionis, eſt eadem ratio denegandi officiũ judicis, ſcil. par turpitudo, fac. text. in c. ſi hæreticus. & c. ſeq. 2. q. 6.*

73. 74. 75. 76. 77.

Con-

Digitized by Google

Concluſio V.

78. DVm † tamen liqueat judici, de inhabilitate partis adverſæ, & quidem tali, quæ oſtendat aliquem, *non habere jus agendi ipſo jure*, nam eatenùs poteſt judex ex officio adverſarium repellere. *a* Aliàs, ſi inhabilitas non concludat, *jus agendi, non competere ipſo jure*, perſona inhabilis non repelletur. *b*

a] *Vt declaravit* Bart, *in l. fin. §. ſi ſtipulor. nu. 4. ff. de eo, per quem fact. erit. Imò debebit. per text. in l. ubi pactum. cum ibi not. C. de tranſact.*.

b] *Juxta declarationem* Bart. *in d. l. fin. §. ſi ſtipulor. quam eſt*
79. *ſecutus* Bald. *in l. cùm mulier. ff. ſol. matri. referens † exemplum de bannito, qui non debet audiri ex forma ſtatuti agendo & excipiendo. Concludit enim, quòd, ſi actor ſit bannitus, & reus excipiens, quia reus non poteſt excipere, bannitus agens admittetur, nec poterit repelli per judicem. Et ſecundum hanc ſententiam vera eſt concluſio. 1. & 2. & ſententia DD. in d. c. intimavit. & falſa opinio gl. in c. nulli. ext. de accuſat. Pro hac concluſione facit etiam, quod tradit* Bart. *in l. non ſolùm. §. quanquàm. ff. de injur. & in l. quæſitum. ff. de in jus*
80. *vocand. dùm dixit, quòd † ſi ex forma ſtatuti bannito debet denegari audientia vel jus, ſi talis offenditur, ſicut bannitus, non poteſt agere, ita judex non poteſt inquirere. Et huic ſententiæ ſubſcribit* Bald. *in l. 1. in 2 lect. ff. de ſtat. hom. & in l. 1. col. 3. ubi hoc prolixius proſequi-*
81. *tur. C. ſi à non comp jud. Sicut † ergò judex non poteſt ſupplere ex officio defectum banniti in agendo: eadem ratione videtur, quod nec poſſit ſupplere in excipiendo loco banniti vel alterius, qui propter odium ſui ab excipiendo repellitur. Sed contra iſtam doctrinam eſt deciſio* Bald. *in terminis in l. ubi pactum col. ult. C. de tranſact. ubi docuit per l. pla-*
82. *nè & l. fin. ff. de petit. hæred. quòd † ſi ex proceſſu liquet judici de inhabilitate actionis, quamvis actor non excludatur ipſo jure, & pars non*

poſſit

Digitized by Google

poſſit hanc inhabilitatem allegare, judex tamen repellet eum ex officio: & ponit exemplum, de eo, qui non ſolvit collectas, cui debet denegari audientia, vel jus ex forma ſtatuti. Verùm † iſta ſua doctrina non vi- 43.
detur vera, quia leges per ipſum allegata non videntur vera, quia leges per ipſum allegata non loquuntur de exceptione odioſa, ut eſt exceptio criminis contra teſtem, vel exceptio banni, ſed de exceptione, cujus loco, judex interponit officium, ne pars adverſa locupletetur cum aliena jactura: quo caſu fatetur, quòd, † quamvis pars ab excipiendo repelle- 44.
tur, propter odium ſui: tamen poſſet ſupplere judex, ex officio, ut ſatis probatur in d. l. planè. & decla. Bart. *in l. ſi unus. §. pactus. in verb. in opponendo. ff. de pact. Et, † ſi diceretur, quòd, cum in caſu concluſio-* 45.
ne. 99. judex pro intereſſe publico poteſt repellere, cujus reſpectu non debet conſiderari odium: In cauſa autem Bart. *judex debet poſſe inquirere: quia ſimiliter odium non egreditur perſonam banniti: reſpondeo prout retulit* Bald. *in l. C. ſi à non compet. judic. quòd † hoc ipſo, quod* 46.
in his caſibus lex negavit actionem vel exceptionem odioſam pro delicto, videtur remiſiſſe offenſam, quæ pertinebat ad rempublicam. Et ideo reſpectu reipublicæ non poteſt officium judicis interponi. Sed † in 47.
l. non ſolum. 11. §. quanquàm. 3. ff. de injur. licèt injuria remittatur patrono reſpectu liberti: non tamen videtur remiſſa injuria tertio, qui non habet eandem qualitatem.

DE SOCIO CRIMINIS.

PARS XXIX.

1. Socius criminis an & quatenùs teſtimonium dicere poſſit in cauſa Simoniaca? nu. 26. hæreſis? & læſa majeſtatis? nu. 2. 21. 22. in aliis, quàm in cauſis exceptis? nu. 23. & 50. an teſtificando faciat indicium ad torturam? num. 23: vel ad inquirendum? nu. 38. accuſare an poſſit? nu. 20. adverſus quem teſtificari impediatur? num. 32. an teſtificetur in cauſa non merè criminali? num. 46. &

mixta? num. 47. in actibus, an ſit teſtis idoneus, qui alicunde non edoceri poſſint? num. 54. & an per omnia in his eſſe teſtis queat actibus? num. 55.

3. *Simonia qualiter committi videatur?*

4. *Remittere, an ſit dare?*

6. *Dare an dicatur, qui remittit debitum pœnale? pariter & pecuniarium, tàm publicum, quàm privatum? num. 8. & 9.*

7. *Actiones quæ habeantur extra patrimonium?*

10. *Actio quæ remitti poſſit?*

11. *Inductio c. veniens. 10. extr. de teſtib. explicatur variè. nu. 14. & 15. qualiter novo ſenſu? num. 17.*

12. *Promiſſio de remittendo an ſit ipſa remiſſio? de liberando, quid producat. num. 17. & 18.*

13. *Proxeneta, ubi eſſe teſtis poſſit?*

16. *Clericus ſimoniacus quatenùs eſſe teſtis nequeat?*

19. *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus valet.*

20. *Paciſci an liceat ſuper jure patronatus.*

24. *Praxis excipiendi contra ſocium criminis in teſtem ſi producitur, quæ eſſe poſſit?*

27. *Ordinator accuſari utrùm poſſit ab ordinato?*

28. *Teſtes perfecti an ſint ſocii criminis ſuper crimine falſi? & utiq; in præjudicium producentis? num. 29.*

30. *Teſtibus, ubi credi non debeat, ſi dicant,* Se falſum depoſuiſſe.

31. *Falſitas an ſit excepta à regula teſtificatus.*

34. *Socii criminis quatenùs omnimodò arceantur à teſtimonio? num. 37. quando eſſe teſtes queant? num. 35. ubi perfectè probent? num. 36.*

38. *Teſtis, qui excipiente adverſario eſt repulſus, quid probare poſſit? ſi dixerit unum in judicio ſolenniter, & poſteà aliud extrà, an probet? num. 43.*

39. *Intellectus c. 2. extr. de arbitr. quis ſit?*

40. *Probari qualiter poſſint ab animo, quæ dependent?*

41. *Judices, quatenùs non obſtante turpitudine, teſtificari poſſint? num. 42.*

44. Con-

Digitized by Google

44. *Convictus de crimine, an adverſus criminis auctorem teſtimonium proferre quiverit?*
45. *Exponitur text. in c. ſicut. 9. & in c. teſtimonium. 53. verſ. etiam, cum de crimine, extr. de teſtib. num. 48. & 51. & in c. per tuas. extr. de Simon. num. 49.*
52. *Dictio,* etiam, *qualis ſit?*
53. *Judicium, quando dicatur merè civile?*
56. *Cauſæ duæ ſi concurrunt contrariæ, quæ ſit inſpicienda? n. 57. 60.*
58. *Text. in c. fundamenta. De elect. in 6. exponitur.*
59. *Cauſa naturalis præponderat accidentali.*

Concluſio VI.

NOn † ſolùm autem criminoſus, ſed etiam ſocii & partici- 1.
pes criminis, ſivè ſint laici, ſivè clerici, non admittuntur,
etiam in crimine Simoniæ, cum agatur civiliter: *a* niſi conventus ſit infamatus de crimine, *b* licèt † in hæreſi & in crimi- 2.
ne læſæ majeſtatis, qualitercunq; agatur, etiam ſocius criminis, quod eſt fortius, quamvis ſit criminoſus & non emendatus de crimine, admittatur in teſtem. *c*

a] *d. c. veniens. ubi gl. & cæteri. ext. de teſtib. l. quoniam. 10. in princ. C. de eod. Simonia† autem committitur non ſolùm per dona-* 3.
tionem alicujus rei temporalis, hoc eſt, ſi datur temporalitas pro jure vel merè ſpirituali, vel annexo ſpiritualitati, utpotè pro jure patronatus, vel pro præſentatione ipſius, ſed etiam per remiſſionem ſeu liberationem. Non enim poteſt aliter committi Simonia, cum ipſis laicis, niſi quia ipſi ſunt patroni ipſius Eccleſiæ, & receperunt pro præſentatione remiſſionem. d. c. veniens. 10. quia† remittens videtur dare. l. 4.
ſi mulier. ff. de con. ob turp. cauſ. & tradit plenè Bart. *in l. Modeſtinus. ff. de donat. &* Bald. *in l. illud. C. de SS. Eccleſ. diſtinguendo tamen ut per* Abb. *in d. c. veniens. 10. poſt.* Bart. Bald. *& alios in l. ſi mulier. & in l. ſi quis. ff. de condict. ob cauſ. Nam† remittere & dare non ſunt* 5.

 propriè

Digitized by Google

6. *propriè idem. l.* Julianus. *45. ff. de condit. & demonſtr. ut † ideò ille, qui remittit debitum pœnale, quod ſibi debetur ex maleficio, non vi-*
7. *deatur propriè dare, ut dixit* Bald. *in d. l. ſi mulier. in fin. quia † tales actiones communiter non computantur in patrimonio. l. cùm emanci-pati. §. 1. ff. de collat. bonor. fac. quod habetur in l. quaſitum. ff. de ſe-*
8. *pulchr. viol. & in l. pro hærede. §. fin. ff. de adq. hered. ſicut † nec ille liberatur, qui juravit ſolvere vel dare, faciendo debiti remiſſionem, ut eſt apud* Bart. *in l. ampliùs non peti, in fin. ff. rem rat. hab. & tra-*
9. *ditur plenè in c. ad noſtram. in fin. ext. de jurejur. non † ſecùs atq; ob-ligatione eximitur, qui debet ſolvere reipublica, compenſando vel re-mittendo debitum.* Bald. *l. ſi quis accepto. in princ. ff. de condict. ab*
10. *auſ. Et † quemadmodum ille, qui remittit actionem conditionalem vel in diem, non dicitur dare: ita & ille, qui remittit actionem pu-ram, quæ tamen eſt dubia ſeu non liquida* Bald. *in d. l. ſi mulieri. quem*
11. *eſt ſecutus* Abb. *in d. c. veniens. 10. Quid † ita? remittit nè preſbyter iſte cujus in d. c. veniens. 10. fit mentio, iſtos bariles vini? Nullo modo: ſed promiſit ſolvere, ut convincitur ex forma text. in d.*
12. *c. veniens. 10. Atqui † promiſſio de remittendo videtur eſſe aliud, quàm ipſa remiſſio, ſicut aliud eſt pactum de vendendo, quàm vendi-tio. l. 1. C. de pact. int. emt. & vendit. & tradit* Bart. *in l. uxorem. §. heres. ff. de legat. 3. & in l. qui uſumfructum. ff. de uſufr. legat. Ex quo ergò teſtificatur ſocius criminis & muneris, etiam in crimine*
13. *ſimoniæ?* Juxta *d. c. veniens. 10. Cùm † tamen proxeneta non repel-latur à teſtimonio ſi ei fuiſſet promiſſa pecunia & non ſoluta, ut docuit* Joan. Andr. *& poſt eum cæteri in c. 1. De teſtib. in 6. Et quamvis dici poſſet in caſu d. c. veniens. 10. commiſſa ſimonia ex hoc, quod eſt quæſitum jus obligationis huic teſti ad faciendum ſi liberari, quod eſt aliquid temporale: non tamen dici poteſt, quod teſtis repellitur tan-*
14. *quam particeps muneris, ex quo adhuc non fuit liberatus. Sed † rejecta quorundam opinatione, qui in c. 1. De teſtib. in 6. adſerunt in d. c. ve-niens.*

Digitized by Google

niens. 10. ideò eſſe aliud, quòd poſt promiſſionem de remittendo preſbyter conſecuto beneficio ante teſtificatum iſtius, actualem fecerit remiſſionem. Cùm hoc ſit nimis divinare ad text. d. c. veniens. 10. & aliquis DD. hoc non dixerit. quin † & ſemoto, quòd à gl. in verb. cum 15. *altero. & alios, qui eam ſequuntur in d. c. veniens. 10. præſuppoſitum eſt pro expedito, quaſi teſtis in d. c. veniens. 10. repellatur, etiam ſi non ſit particeps muneris, ſed ſolum criminis. Quandoquidem † iſte teſtis* 16. *ex eo* quia particeps muneris, *ſimpliciter repellatur ſivè clericus eſſet infamatus de crimine, ſivè non d. c. veniens. 10. dici † non inſci-* 17. *tè poteſt, quòd per promiſſionem factam de liberando, acquiritur exceptio debitori ipſo jure, & tamen poterit agere ut perfectè liberetur: ſicut † dicimus, quando teſtator mandat heredi, quod liberet debito-* 18. *rem. Licèt enim non liberet de præſenti, ſed mandat liberari: acquiritur tamen exceptio ipſi debitori. l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. legat. & docuit* Bart. *in l. ſi peculium. in princ. ff. de pecul. legat. Quia †* 19. *autem de ultimis voluntatibus ad contractus licitè arguitur. l. ſervum filii. §. cum, qui chirographum. ff. de legat. 1. Idem ergò probabiliter dici poteſt & in contractu d. c. veniens. 10. quæ eſt nova & ſingularis conſideratio ad d. c. veniens. 10. licèt* Bald. *de hoc articulo dubitaverit in l. pactum, quod dotali. verſ. decimo octavò, quæro. C. de collat. & probat. text. in l. ſi non ſortem. §. adeò, ubi gl. in verb. damnaverit. ff. de condict. indebit. Hinc † & nuda pactio ſuper jure patronatus* 20. *interveniente temporali illicita eſt & jure improbatur. c. præterea. extr. de tranſact.*

b] *c. in fidei. §. fin. De hæret. in 6. ubi clare diſponitur, quòd †* 21. *ſocii & participes criminis admittuntur in teſtimonium in cauſa hæreſis, ſimiliter in crimine Simoniæ, & læſæ majeſtatis. quod † ipſe in-* 22. *telligo, ſi infamatus de Simonia & convictus, aliàs ſecùs: & ſic debet limitari text. in d. c. veniens. 10. per d. c. in fidei. §. fin. Et † his cri-* 23. *minibus exceptis, aliis in criminibus, ſocius criminis & muneris*

24. *non teſtificatur. c. 2. De confeſſ. in 6. In † caſibus igitur, in quibus ſocius criminis non admittitur, quomodo debeat reus excipere contra eum, ne videatur crimẽ confiteri non immeritò addubites? Nam ſi diceret,* tu fuiſti ſocius meus vel particeps, *fateretur de ſeipſo. Sed praxis excipiendi traditur in c. 1. de teſtib. in 6. & in l. ſi filiũ. de liberal. cauſ.*
25. *Vtrùm † autem iſti ſocii vel participes, de facto recepti in caſibus non permiſſis, faciant indicium ad torquendum? videre eſt in d. c. 1. & in l. fin. C. de accuſ.* b] *c. 1. ext. de conſecr. c. ult. 15. q. 3. c. in fidei. §. fin.*
26. *De hæret. in 6. Et † licèt in crimine Simoniaco ſocius criminis non admittatur ad teſtificandũ in cauſa criminali: ad accuſandum tamen admittitur, ut tradunt omnes in d. c. veniens. 10. qui adſerunt, quòd in c. ſi quis Papa. diſt. 79. ſocius criminis admittatur ad accuſandũ, ſed non ad teſtimonium dicendum. d. c. veniens. 10. Contrariam tamen ſententiam probavit gl. juxta text. in c. ſi quis. § porrò. 6. q. 1. quæ dixit quòd*
27. *† ordinator non poteſt accuſari de Simonia ab ordinato, & illam ſequitur* Ant. de Butr. *in d. c. cùm P. Sed quod dixi videtur verius.*

Concluſio VII.

28. PRo † tantò, ut & in crimine falſi, illi, qui ſocii & participes criminis dicuntur, non videantur eſſe teſtes idonei: ne quidem ad faciendum indicium ad torturam, vel etiam ut ad eorum dictum inquiſitio formari poſsit.

l. fin. C. de accuſ. Petr. de Anch. *conſ. 23.* Alex. *conſ. 128. col. fin. lib. 4.* Salic. *in l. fin. C. de accuſ.* Fulg. *conſ. 136. col. fin. verſ. noviſſimè verò.*
29. *nam † ſi tales teſtes dicant ſe falſum depoſuiſſe precibus illius inquiſiti non probant in ejus præjudicium, ut concludit* Pet. de Anch. *d. conſ. 23. col. 1. in fin. verſ. ad hoc reſpondeo. & reſpondit* Fulgoſ. *conſ. 173. col. 1.*
30. *& 2. ubi † pariter concludit: non eſſe credendum teſtibus adſerentibus ſe falſum depoſuiſſe precibus & conſilio inquiſiti de falſitate: movetur per regulã, quæ dicit: quod ſocius criminis non debeat interrogari. l. fin. C. de*
31. *accuſ. nam † falſitas non eſt de caſib. exceptis, in quibus dicta regula non proce-*

Digitized by Google

procedit, ut dixit Fulg. *in l. quoniam. 10. col. 1. C. de teſtib. & alii plures, quos citavit* Deci. *conſ. 199. col. 4. verſ. primò, quia eſt particeps.*

Concluſio VIII.

NEc † refert ſivè producatur adverſus extraneum ſocius criminis & particeps muneris, ſivè etiam nominetur in teſtem contra ſocium ſuum. nam utrovis caſu, quamlibet in crimine Simoniæ, non poteſt ferre teſtimonium. 32.

c. veniens. 15. q. 3. c. 1. ext. de conſ. & c. veniens. 10. ext. de teſti. Nam † cùm ſocius criminis detegat turpitudinẽ omninò inexcuſabilem, nullo modo admittitur in teſtẽ, declarando tamẽ ut concl. 97. Cent. 1. part. 16. 33.

Concluſio IX.

ET ſiquidem † ſocii criminis detegerint per eorum dictum tale crimen, quod repelleret à teſtificatu totaliter, omninò repelluntur à teſtimonio ferendo: aliter † atq; , ſi concipiatur ex ſuo dicto fuiſse in aliqua culpa vel negligentia levi, & tali quæ non repellat teſtem regulariter. 34. 35.

Vt declaravit Abb. *in c. cùm à nobis. 28. ext. de teſtib per c. teſtimonium. 53. ext. eod. ſicut & de teſte infami. Cent. 3. part. 20. expoſuimus.*

Concluſio X.

NIſi † quod ſocii & participes criminis admittantur ad teſtimonium, etiam quò ad plenam probationem, in crimine quod ex natura rei, & tamen probandum eſt, non poteſt ſciri, minùs probari veriſimiliter per alios, prout eſt in conjuratione facta inter aliquos. 36.

Vt eſt text. not. in c. fin. ext. de cog. teſt. quem valdè exornat Abb. *in d. c. cùm à nobis. 27. Secùs † ergo eſt in aliis, quæ per alios probabilia ſunt, ut falſitas. nam tunc ſocii criminis admittuntur, ut advertit* Bald. *in l. quoniam. 1. de teſtib. & docuit* Ant. de Butr. *in c. tertio loco. ext. de probat. in gl. 2.* Abb. *in d. c. fin. in 2. notab. & tradit* Alex. *conſ. 64. col. pen. lib. 1. conſ. 175. col. pen. & conſ. 152. col. 3. lib. 5.* 37.

Con-

Digitized by Google

judex accuſatorem & teſtem inhabilem poteſt repellere ex officio. Imò debet. Verùm in contrariũ eſt gl. in c. nullis. ext. de accuſ. quæ expreſſè
65. *dicit, quòd, † licèt epiſcopus non poſſit repellere accuſatorem inhabilem, cujus mores videtur adprobaſſe tenendo eum ſecum in contubernio, & hoc in odium ſui: judex tamen accuſatorem poteſt repellere ex officio. Et illam gl. adprobat* Abb. *in d. c. nullis. per ea, quæ habentur in c. 1. De elect. in 6. & in gl. ibid. & in c. 1. De judic. in 6. ex quibus patet,*
66. *quòd † ſi pars non opponit contra procuratorem, quod non habeat mandatum, vel quòd non poſſit admitti in cauſa criminali: judex tamen ex officio ſuo poterit tales repellere. Sed iſta non ſunt ſimilia: quia illic pars poterat opponere, ſi volebat, unde non ſequitur abſurditas; de qua in caſu noſtræ concluſionis. Contra iſtam quoq; concluſionem eſt quod tradit ſingulariter* Hoſt. *quem ſequuntur alii in c. qui fruſtrà. extr. de*
67. *uſur. qui dixit, quòd † ſi uſurarius repetit ab altero, licèt poſſit repelli in odium ſui propter ſimilitudinem criminis: judex tamen ex officio poteſt cogere conventũ ad reſtituendas uſuras, non quidem uſurario, ſed aliis, quibus extorſit ipſe uſuras. Præterea huic etiã concluſioni adverſantur duo jura, & primò text. cum gl. in l. 1. C. ſi tut. non geſſ. ubi*
68. *habetur, quod † quamvis libertus non poſſit accuſare patronum nomine ſui pupilli; nec contra ipſum agere actione famoſa: poteſt tamen implorare officiũ judicis. Secundò contrariatur text. quo adducitur* Bart. *in*
69. *l. planè. §. pactus. ff. de petit. hæred. ubi* JC. *dicit, quòd † ſi infertur injuria perſonæ, quæ non poteſt audiri in actione injuriarum, ſed qui per mediũ illius perſonæ injuriatur, maximè & hic, quia principaliter offenſus non poteſt audiri, audietur ipſe pro ſuo intereſſe & ſuo nomine.*
70. *Et ſic videtur, quòd, † quia offenſo bannito offenditur reſpub. ſaltem judex poſſit inquirere pro publico intereſſe; ut viſus eſt ſentire* Bart. *in d. l. planè. §. pactus. ita etiam dici poſſit, quod quia intereſt judicis non admitti teſtem criminoſum vel accuſatorem, licèt pars excipiendo non poſſit repellere teſtẽ, judex ex officio queat ipſum repellere. Enimverò,*

quamvis

*quamvis ob id & inter legiſtas in caſu noſtræ concluſionis ſit aliqua
varietas, ut eſt apud* Bart. *in l. fin. §. ſi ſtipulor. ff. de eo, per quem fact.
erit. His tamen nihil refragantibus credo ſententiam DD. in d. c. inti-
mavit. 18. eſſe verã, duplici adductus ratione particulari, quarum Pri-
ma † eſt, quia etiamſi pars, quæ nunc repellit teſtẽ, non fuiſſet particeps* 71.
*doli & criminis, adhuc iſto caſu non poſſet teſtem repellere. c. inquiſi-
tionis. ext. de accuſ. Secunda ratio eſt, quia pars adverſa læderetur, ſi
teſtis poſſet repelli ex officio judicis, per dolũ partis ad cujus commodũ
repelleretur, quod eſt abſurdum & inconveniens, ut ſenſit* Abb. *in d.
c. intimavit. 18.*

Concluſio IV.

UT † proindè, ſicut pars, quæ eſt particeps criminis non po- 72.
teſt repellere teſtem, in crimine non commiſſo à teſte: *a*
Ita etiam nec judex poſſit eum repellere ex officio. *b*

a] *Aliàs, ſi ſolus teſtis eſſet criminoſus, ſine dubio poſſet per partem repelli, & tunc propriè ſtat dubitatio, utrùm contra eum, qui participavit ſecum fraudem poſſit in teſtem admitti, etiam non emendatus de crimine? an verò judex ex officio ſuo eum repellere poſſit?* b] *Ut concluditur ex præmiſſis per DD. in d c. intimavit. 18. quicquid dixerit
gl. in d. c. nulli. Eſt † enim iſta exceptio odioſa, in qua admittitur com-* 73.
*penſatio doli effectualiter: ne alioquin criminoſus conſequatur per in-
directum, quod non poteſt conſequi per directum. Nec † huic conclu-* 74.
*ſioni refragatur l. 1. C. ſi tut. non geſſ. & l. planè. § pactus ff. de petit. hæ-
red. Quando ibi non tollebatur accuſatio parti propter odium ipſius ac-
cuſantis, ſed propter reverentiam perſonæ accuſatæ, contra quam non
debet intentari actio famoſa. Et † quia officium judicis non infamat,* 75.
ideò attenta cauſa prohibitionis non tollitur per reverentiam: Quia † 76.
*autem reverentia quæ debetur ab uno, non tranſeat ad tertiũ. Idcircò
tertius poteſt agere actione injuriarum. Sed † caſu noſtræ concluſionis,* 77.
*eſt eadem ratio denegandi officiũ judicis, ſcil. par turpitudo, fac. text.
in c. ſi hæreticus. & c. ſeq. 2. q. 6.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio V.

78. DVm † tamen liqueat judici, de inhabilitate partis adverſæ, & quidem tali, quæ oſtendat aliquem, *non habere jus agendi ipſo jure*. nam eatenùs poteſt judex ex officio adverſarium repellere. *a* Aliàs, ſi inhabilitas non concludat, *jus agendi, non competere ipſo jure*, perſona inhabilis non repelletur. *b*

a] *Vt declaravit* Bart. *in l. fin. §. ſi ſtipulor. nu. 4. ff. de eo, per quem fact. erit. Imò debebit. per text. in l. ubi pactum. cum ibi not. C. de tranſact.*

b] *Juxta declarationem* Bart. *in d. l. fin. §. ſi ſtipulor. quam eſt*
79. *ſecutus* Bald. *in l. cùm mulier. ff. ſol. matri. referens † exemplum de bannito, qui non debet audiri ex forma ſtatuti agendo & excipiendo. Concludit enim, quòd, ſi actor ſit bannitus, & reus excipiens, quia reus non poteſt excipere, bannitus agens admittetur, nec poterit repelli per judicem. Et ſecundum hanc ſententiam vera eſt concluſio. 1. & 2. & ſententia DD. in d. c. intimavit. & falſa opinio gl. in c. nulli. ext. de accuſat. Pro hac concluſione facit etiam, quod tradit* Bart. *in l. non ſolùm. §. quanquàm. ff. de injur. & in l. quæſitum. ff. de in jus*
80. *vocand. dùm dixit, quòd † ſi ex forma ſtatuti bannito debet denegari audientia vel jus, ſi talis offenditur, ſicut bannitus, non poteſt agere, ita judex non poteſt inquirere. Et huic ſententiæ ſubſcribit* Bald. *in l. 1. in 2 lect. ff. de ſtat. hom. & in l. 1. col. 3. ubi hoc prolixius proſequi*
81. *tur. C. ſi à non comp jud. Sicut † ergò judex non poteſt ſuppiere ex officio defectum banniti in agendo: eadem ratione videtur, quòd nec poſſit ſupplere in excipiendo loco banniti vel alterius; qui propter odium ſui ab excipiendo repellitur. Sed contra iſtam doctrinam eſt deciſio* Bald. *in terminis in l. ubi pactum col. ult. C. de tranſact. ubi docuit per l. pla-*
82. *nè & l. fin. ff. de petit. hæred. quòd † ſi ex proceſſu liquet judici de inhabilitate actionis, quamvis actor non excludatur ipſo jure, & pars non*

poſſit

Digitized by Google

poſſit hanc inhabilitatem allegare, judex tamen repellet eum ex officio: & ponit exemplum, de eo, qui non ſolvit collectas, cui debet denegari audientia, vel jus ex forma ſtatuti. Verùm † iſta ſua doctrina non vi- 43.
detur vera, quia leges per ipſum allegatæ non videntur vera, quia leges per ipſum allegatæ non loquuntur de exceptione odioſa, ut eſt exceptio criminis contra teſtem, vel exceptio banni, ſed de exceptione, cujus loco, judex interponit officium, ne pars adverſa locupletetur cum aliena jactura: quo caſu fatetur, quòd, † quamvis pars ab excipiendo repelle- 44.
tur, propter odium ſui: tamen poſſet ſupplere judex, ex officio, ut ſatis probatur in d. l. planè. & decla. Bart. in l. ſi unus. §. pactus. in verb. in opponendo. ff. de pact. Et, † ſi diceretur, quòd, cum in caſu concluſio- 45.
ne. 99. judex pro intereſſe publico poteſt repellere, cujus reſpectu non debet conſiderari odium: In cauſa autem Bart. judex debet poſſe inquirere: quia ſimiliter odium non egreditur perſonam banniti: reſpondeo prout retulit Bald. in l. C. ſi à non compet. judic. quòd † hoc ipſo, quod 46.
in his caſibus lex negavit actionem vel exceptionem odioſam pro delicto, videtur remiſiſſe offenſam, quæ pertinebat ad rempublicam. Et ideò reſpectu reipublicæ non poteſt officium judicis interponi. Sed † in 47.
l. non ſolum. 11. §. quanquàm. 3. ff. de injur. licèt injuria remittatur patrono reſpectu liberti: non tamen videtur remiſſa injuria tertio, qui non habet eandem qualitatem.

DE SOCIO CRIMINIS.

PARS XXIX.

1. *Socius criminis an & quatenùs teſtimonium dicere poſſit in cauſa Simoniaca? nu. 26. hæreſis? & læſæ majeſtatis? nu. 2. 21. 22. in aliis, quàm in cauſis exceptis? nu. 23. & 50. an teſtificando faciat indicium ad torturam? num. 23: vel ad inquirendum? nu. 38. accuſare an poſſit? nu. 26. adverſus quem teſtificari impediatur? num. 32. an teſtificetur in cauſa non merè criminali? num. 46. &*

mixta? num. 47. in actibus, an ſit teſtis idoneus, qui alicundè non edoceri poſſint? num. 54. & an per omnia in his eſſe teſtis queat actibus? num. 55.

3. *Simonia qualiter committi videatur?*

4. *Remittere, an ſit dare?*

6. *Dare an dicatur, qui remittit debitum pœnale? pariter & pecuniarium, tàm publicum, quàm privatum? num. 8. & 9.*

7. *Actiones quæ habeantur extra patrimonium?*

10. *Actio quæ remitti poſſit?*

11. *Inductio c. veniens. 10. extr. de teſtib. explicatur variè. nu. 14. & 15. qualiter novo ſenſu? num. 17.*

12. *Promiſſio de remittendo an ſit ipſa remiſſio? de liberando, quid producat. num. 17. & 18.*

13. *Proxeneta, ubi eſſe teſtis poſſit?*

16. *Clericus ſimoniacus quatenùs eſſe teſtis nequeat?*

19. *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus valet.*

20. *Paciſci an liceat ſuper jure patronatus.*

24. *Praxis excipiendi contra ſocium criminis in teſtem ſi producitur, quæ eſſe poſſit?*

27. *Ordinator accuſari utrùm poſſit ab ordinato?*

28. *Teſtes perfecti an ſint ſocii criminis ſuper crimine falſi? & utiq; in præjudicium producentis? num. 29.*

30. *Teſtibus, ubi credi non debeat, ſi dicant,* Se falſum depoſuiſſe.

31. *Falſitas an ſit excepta à regula teſtificatus.*

34. *Socii criminis quatenùs omnimodò arceantur à teſtimonio? num. 37. quando eſſe teſtes queant? num. 35. ubi perfectè probent? num. 36.*

38. *Teſtis, qui excipiente adverſario eſt repulſus, quid probare poſſit? ſi dixerit unum in judicio ſolenniter, & poſteà aliud extrà, an probet? num. 43.*

39. *Intellectus c. 2. extr. de arbitr. quis ſit?*

40. *Probari qualiter poſſint ab animo, quæ dependent?*

41. *Judices, quatenùs non obſtante turpitudine, teſtificari poſſint? num. 42.*

44. Con-

44. *Convictus de crimine, an adverſus criminis auctorem teſtimonium proferre quiverit?*
45. *Exponitur text. in c. ſicut. 9. & in c. teſtimonium. 53. verſ. etiam, cum de crimine, extr. de teſtib. num. 48. & 51. & in c. per tuas. extr. de Simon. num. 49.*
52. *Dictio, etiam, qualis ſit?*
53. *Judicium, quando dicatur merè civile?*
56. *Cauſæ duæ ſi concurrunt contrariæ, quæ ſit inſpicienda? n. 57. 60.*
58. *Text. in c. fundamenta. De elect. in 6. exponitur.*
59. *Cauſa naturalis præponderat accidentali.*

Concluſio VI.

Non † ſolùm autem criminoſus, ſed etiam ſocii & partici- 1.
pes criminis, ſivè ſint laici, ſivè clerici, non admittuntur, etiam in crimine Simoniæ, cum agatur civiliter: *a* niſi convictus ſit infamatus de crimine, *b* licèt † in hæreſi & in crimi- 2.
ne læſæ majeſtatis, qualitercunq; agatur, etiam ſocius criminis, quod eſt fortius, quamvis ſit criminoſus & non emendatus de crimine, admittatur in teſtem. *c*

a] *d. c. veniens. ubi gl. & cæteri. ext. de teſtib. l. quoniam. 10.*
in princ. C. de eod. Simonia † autem committitur non ſolùm per dona- 3.
tionem alicujus rei temporalis, hoc eſt, ſi datur temporalitas pro jure vel merè ſpirituali, vel annexo ſpiritualitati, utpotè pro jure patronatus, vel pro præſentatione ipſius, ſed etiam per remiſſionem ſeu liberationem. Non enim poteſt aliter committi Simonia, cum ipſis laicis, niſi quia ipſi ſunt patroni ipſius Eccleſiæ, & receperunt pro præſenta-
tione remiſſionem. d. c. veniens. 10. quia † remittens videtur dare. l. 4.
ſi mulier. ff. de con. ob turp. cauſ. & tradit plenè Bart. *in l. Modeſtinus. ff. de donat. &* Bald. *in l. illud. C. de SS. Eccleſ. diſtinguendo tamen ut per* Abb. *in d. c. veniens. 10. poſt.* Bart. Bald. *& alios in l. ſi mulier.*
& in l. ſi quis. ff. de condict. ob cauſ. Nam † remittere & dare non ſunt 5.

6. propriè idem. l. Julianus. 45. ff. de condit. & demonſtr. ut † ideò ille,
qui remittit debitum pœnale, quod ſibi debetur ex maleficio, non vi-
7. deatur propriè dare, ut dixit Bald. in d. l. ſi mulier. in fin. quia † tales
actiones communiter non computantur in patrimonio. l. cùm emanci-
pati. §. 1. ff. de collat. bonor. fac. quod habetur in l. quæſitum. ff. de ſe-
8. pulchr. viol. & in l. pro hærede. §. fin. ff. de adq. hæred. ſicut † nec ille
liberatur, qui juravit ſolvere vel dare, faciendo debiti remiſſionem,
ut eſt apud Bart. in l. ampliùs non peti. in fin. ff. rem rat. hab. & tra-
9. ditur plenè in c. ad noſtram. in fin. ext. de jurejur. non † ſecùs atq; ob-
ligatione eximitur, qui debet ſolvere reipublicæ, compenſando vel re-
mittendo debitum. Bald. l. ſi quis accepto. in princ. ff. de condict. ab
10. auſ. Et † quemadmodum ille, qui remittit actionem conditionalem
vel in diem, non dicitur dare: ita & ille, qui remittit actionem pu-
ram, quæ tamen eſt dubia ſeu non liquida Bald. in d. l. ſi mulieri. quem
11. eſt ſecutus Abb. in d. c. veniens. 10. Quid † ita? remittit ne
preſbyter iſte cujus in d. c. veniens. 10. fit mentio, iſtos bariles vini?
Nullo modo: ſed promiſit ſolvere, ut convincitur ex forma text. in d.
12. c. veniens. 10. Atqui † promiſſio de remittendo videtur eſſe aliud,
quàm ipſa remiſſio, ſicut aliud eſt pactum de vendendo, quàm vendi-
tio. l. 1. C. de pact. int. emt. & vendit. & tradit Bart. in l. uxorem.
§. heres. ff. de legat. 3. & in l. qui uſumfructum. ff. de uſufr. legat.
Ex quo ergò teſtificatur ſocius criminis & muneris, etiam in crimine
13. ſimoniæ? Juxta d. c. veniens. 10. Cùm † tamen proxeneta non repel-
latur à teſtimonio ſi ei fuiſſet promiſſa pecunia & non ſoluta, ut docuit
Joan. Andr. & poſt eum cæteri in c. 1. De teſtib. in 6. Et quamvis
dici poſſet in caſu d. c. veniens. 10. commiſſa ſimonia ex hoc, quod eſt
quæſitum jus obligationis huic teſti ad faciendum ſi liberari, quod eſt
aliquid temporale: non tamen dici poteſt, quod teſtis repellitur tan-
14. quam particeps muneris, ex quo adhuc non fuit liberatus. Sed † rejecta
quorundam opinatione, qui in c. 1. De teſtib. in 6. adſerunt in d. c. ve-
niens.

Digitized by Google

niens. 10. ideò eſſe aliud, quòd poſt promiſſionem de remittendo preſby-
ter conſecuto beneficio ante teſtificatum iſtius, actualem fecerit remiſ-
ſionem. Cùm hoc ſit nimis divinare ad text. d. c. veniens. 10. & ali-
quis DD. hoc non dixerit. quin † & ſemoto, quòd à gl. in verb. cum 15.
altero. & alios, qui eam ſequuntur in d. c. veniens. 10. præſuppoſitum eſt
pro expedito, quaſi teſtis in d. c. veniens. 10. repellatur, etiam ſi non
ſit particeps muneris, ſed ſolum criminis. Quandoquidem † iſte teſtis 16.
ex eo quia particeps muneris, *ſimpliciter repellatur ſivè clericus*
eſſet infamatus de crimine, ſivè non d. c. veniens. 10. dici † non inſci- 17.
tè poteſt, quòd per promiſſionem factam de liberando, acquiritur ex-
ceptio debitori ipſo jure, & tamen poterit agere ut perfectè liberetur:
ſicut † dicimus, quando teſtator mandat heredi, quod liberet debito- 18.
rem. Licèt enim non liberet de præſenti, ſed mandat liberari: acquiri-
tur tamen exceptio ipſi debitori. l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. le-
gat. & docuit Bart. *in l. ſi peculium. in princ. ff. de pecul. legat. Quia †* 19.
autem de ultimis voluntatibus ad contractus licitè arguitur. l. ſervum
filii. §. cum, qui chirographum. ff. de legat. 1. Idem ergò probabiliter
dici poteſt & in contractu d. c. veniens. 10. quæ eſt nova & ſingularis
conſideratio ad d. c. veniens. 10. licèt Bald. *de hoc articulo dubitave-*
rit in l. pactum, quod dotali. verſ. decimo octavò, quæro. C. de collat.
& probat. text. in l. ſi non ſortem. §. adeò, ubi gl. in verb. damnaverit.
ff. de condict. indebit. Hinc † & nuda pactio ſuper jure patronatus 20.
interveniente temporali illicita eſt & jure improbatur. c. præterea.
extr. de tranſact.

b] *c. in fidei. §. fin. De hæret. in 6. ubi clare diſponitur, quòd †* 21.
ſocii & participes criminis admittuntur in teſtimonium in cauſa hæ-
reſis, ſimiliter in crimine Simoniæ, & læſæ majeſtatis. quod † ipſe in- 22.
telligo, ſi infamatus de Simonia & convictus, aliàs ſecùs: & ſic debet
limitari text. in d. c. veniens. 10. per d. c. in fidei. §. fin. Et † his cri- 23.
minibus exceptis, aliis in criminibus, ſocius criminis & muneris

procedit, ut dixit Fulg. *in l. quoniam. 10. col. 1. C. de teſtib. & alii plures, quos citavit* Deci. *conſ. 199. col. 4. verſ. primo, quia eſt particeps.*

Concluſio VIII.

NEc † refert ſivè producatur adverſus extraneum ſocius criminis & particeps muneris, ſivè etiam nominetur in teſtem contra ſocium ſuum. nam utrovis caſu, quamlibet in crimine Simoniæ, non poteſt ferre teſtimonium. 32.

c. veniens. 15. q. 3. c. 1. ext. de conſ. & c. veniens. 10. ext. de teſti. Nam † cùm ſocius criminis detegat turpitudinē omninò inexcuſabilem, nullo modo admittitur in teſtē, declarando tamē ut concl. 97. Cent. 1. part. 16. 33.

Concluſio IX.

ET ſiquidem † ſocii criminis detegerint per eorum dictum tale crimen, quod repelleret à teſtificatu totaliter, omninò repelluntur à teſtimonio ferendo: aliter † atq;, ſi concipiatur ex ſuo dicto fuiſse in aliqua culpa vel negligentia levi, & tali quæ non repellat teſtem regulariter. 34. 35.

Vt declaravit Abb. *in c. cùm à nobis. 28. ext. de teſtib per c. teſtimonium. 53. ext. eod. ſicut & de teſte infami. Cent. 3. part. 20. expoſuimus.*

Concluſio X.

NIſi † quod ſocii & participes criminis admittantur ad teſtimonium, etiam quò ad plenam probationem, in crimine quod ex natura rei, & tamen probandum eſt, non poteſt ſciri, minùs probari veriſimiliter per alios, prout eſt in conjuratione facta inter aliquos. 36.

Vt eſt text. not. in c. fin. ext. de cog. teſt. quem valdè exornat Abb. *in d. c. cùm à nobis. 27. Secùs † ergo eſt in aliis, quæ per alios probabilia ſunt, ut falſitas. nam tunc ſocii criminis admittuntur, ut advertit* Bald. *in l. quoniam. 1. de teſtib. & docuit* Ant. de Butr. *in c. tertio loco. ext. de probat. in gl. 2.* Abb. *in d. c. fin. in 2. notab. & tradit* Alex. *conſ. 64. col. pen. lib. 1. conſ. 175. col. pen. & conſ. 152. col. 3. lib. 5.* 37.

Con-

Concluſio XI.

38. HInc † teſtis, qui ad inſtantiam partis non poteſt teſtificari, poteſt probare, *ſe ita juraſſe in præjudicium partis*, licèt ſit particeps delicti.

39. *c. pervenit. ext. de cogend. teſtib. quia † talia juramenta communiter præſtantur in ſecreto & remotis arbitris. Et iſte eſt verus intellectus c. 2. ext. de arb. non tamen, ut videtur ſentire* Ant. de Butr. *in d. c. cum à nobis: 28. quod arbitri in d. c. 2. detegeant turpitudinem ſuam in hoc, quod deponerent actum data ſententia eſſe temporalem, pro ſpirituali, ſed quia deponebant ſe tuliſſe ſententiam ad beneplacitũ & ſcienter contra juſtitiam, ſicut hoc indicat text. ibi. faventes. in d. c. 2. & declarat ibid. gl. & ita debet intelligi verſ. nequitur arbitratos.*

40. *in d. c. 2. Vnde, † quia ea quæ pendent ab animo communiter ſunt aliis occulta: Ideò admittuntur illi, ad detegendam turpitudinem, licet ſint criminoſi & participes criminis. Imò ea, quæ conſiſtant in animo cum directò per teſtes probari non poſſint, cum animus hominis ſoli DEO ſit cognitus probari per indirectum, etiam per indicia, quæ proveniunt ex actibus exterioribus. Quia per exteriora cognoſcuntur interiora: Si ſaltem indicia ſint perſpicua. l. dolum. ubi* Paul. de Caſtr. *C. de dol.*

Concluſio XII.

41. NOn † ſecùs atq; arbitri vel judices admittuntur ad teſtificandum, etiam ſi detegant ſuam turpitudinem, in ſubſidium, id eſt, ubi veriſimiliter non poſſet alio modo fieri probatio.

42. *Ex † hoc enim ſolo, quod judex detegens turpitudinem ſuam, convinceretur eſſe criminoſum, etiamſi eſſet particeps criminis, nullo modo eſſet repellendus. ex quo produceretur in teſtem contra auctorem criminis, propter quem repellitur. c. intimavit. 18. ext. de teſt. & in c.*

Digitized by Google

& in c. conſtitutis. ext. eod. & utrobiq; DD. Nec huic concluſioni obviat c. ſicut. 9. in fin. ext. de teſtib. ex † quo convincitur, ſi teſtis primò dixit unum in judicio cum juramento, non auditur ſecundò dicendo contrarium: quia hoc dicendo confitetur ſe fuiſſe perjurum, cum prior teſtificatus eſt aliud, & ſic propter crimen perjurii repellitur. Nam † præterquàm, quod ſpeciale eſt in crimine quod de directo reſpicit fidem teſtis, quòd qui convincitur de tali crimine non poſſit teſtificari contra auctorem criminis, ſicut & aliud inducitur ſpeciale in c. teſtimonium. 53. ext. de teſtib. poſſumus dicere, quod † in d. c. ſicut. 9. in fin. teſtis, qui ſecundo loco dicebat ſe falſum depoſuiſſe, non præjudicabat auctori criminis, ſed potius ſumitur pro publico periculo animarum quod poterat oriri ſi legitimè ſeparati, iterum ſimul redirent. Et quamvis utraq; ſolutio poſſit ſuſtineri, prior tamen magis placet.

43.

44.

45.

Concluſio XIII.

SOcius † autem criminis facilius admittitur, ſi non atteſtatur 46.
ſuper crimine ad pœnam imponendam criminaliter, ſed ad præjudicandum parti civiliter: *a* & † maximè hoc dici poteſt in 47.
cauſa civili, ſeu pecuniaria; vel ubi agitur criminaliter, civiliter tamen de crimine, ut quis poſsit teſtificari, licèt ſit particeps criminis. *b*

a] *l. quicunq;. 4. l. cùm ſervum quiſpiam. 6. C. de ſerv. fugit. l. quoniam. 10. in fin. C. de teſt. & tradit* Salic. *in l. fin. C. de accuſat.*

b] *c. cùm à nobis. 27. ext. de teſtib. nam in caſu d. c. cum à nobis. 27. cauſa eſt civilis. Quod † autem ſuprà concl. 11. diximus, text.* 48.
in c. teſtimonium. 53. verſ. etiam cum de crimine. ext. de teſtib. poſſe intelligi, quando agebatur de crimine civiliter non ad pœnam adplicandam parti, ſed ad remotionem à beneficio; iſtud non videtur ſimpliciter procedere, quia † text. in c. per tuas. ext. de Simo. etiam in 49.

Digitized by Google

crimine excepto non admittit teſtem emendatũ de crimine, cum agitur per inquiſitionem ad remotionem à beneficio, & ſic civiliter in ſe
50. *concurrentibus certis aliis qualitatibus: ex † quo datur intelligi, quod in aliis criminibus non exceptis nullo modo admittatur; & text. illum in d. c. teſtimonium. ad hoc conſideravit gl. in c. qui crimen. 6. q.*
51. *3. Vnde † oportet aliter ſalvare illum verſ. etiam cùm de crimine. in d. c. teſtimoniũ. 53. quàm dixerimus ſuprà Concluſ. 11. & quidem, quòd illa diſtinctio in verſ. vel etſi. in d. c. teſtimonium. 53. non ſignificet, quod non agitur civiliter de crimine, cum non ſit propriè actio civilis, ſed quod illæ cauſæ civiles teneant primum & præcipuum locum inter*
52. *civiles cauſas. Et † hoc indicat dictio,* etiam, *in d. c. teſtimonium. 53.*
53. *quæ eſt implicativa. Nam de jure verum eſt, quando † agitur de crimine ad pœnam adplicandam parti, quòd judicium dicatur merè civile: ſervantur tamen quædam ſolennitates in libello, quando actio civilis infamat, quæ non ſervantur in aliis judiciis civilibus. l. Prætor edixit. in princ. & ibi* Bart. *ff. de injur. Ex quo intelligitur, quod talis actio teneat primum locum.*

Concluſio XIV.

54. SEd † &, ubi de crimine agitur criminaliter, propter hoc ſolum, quia veriſimiliter per alios crimen non poteſt probari, particeps quidem criminis in teſtem admittitur, ſed diſsimiliter.

Vt eſt pleniſſimè apud Salic. *in l. fin. C. de accuſat. &* Bart. *in l. repeti. in princ. ff. de quæſt. & tradunt CCæ. in c. 1. ext. de confeſſ.*

Concluſio XV.

55. UTiq; † verò, quando teſtis confitetur crimen, quod prima facie præſumitur eſſe crimen, in aliquo tamen caſu poteſt

teſt fieri licitum,tale crimen non repellit penitùs ſocium criminis,ut teſtem,ſed diminuit ejus fidem.

Vt colligitur ex traditis per Innoc. *&* Anton.de Butr. *in c. 2. extr. de arb. quod eſſe etiam poteſt nova limitatio ad d. c. teſtimonium.53. & ob id ſummè notanda, ut diximus ſuprà concluſ. 97. & 98. Nam † ſi dua qualitates ſivè cauſa concurrunt in perſonam ejusdem,* 56. *quarum una reddit eam inhabilem, & alia habilem, inſpicitur cauſa habilis & favens actui, & non reſiſtens, adeoq; magis cauſa qua prodeſt, quàm qua nocet. c. fundamenta. De elect. in 6. ſed † diſſimiliter, ut; ſiquidem id, quod prodeſt, eſt tanta potentia, quod obfuſcat &* 57. *vincit quod nocet, inſpicitur quod prodeſt. l. ſi vir. ff pro donat. l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. ff. de jur. fiſc. Sin vero quod nocet vincit quod prodeſt, vel dubitatur, tunc ſi effectus unius poteſt ab alio ſeparari, ſeparatur. l. relegatorum. §. fin. in fin. ff. de interdict. & relegat. ſicut eſt in caſu, quo teſtis confitetur crimen, quod aliquo reſpectu excuſari ab illicito poteſt: & † in caſu c. fundamenta. De elect. in 6.* 58. *Illic enim concurrunt cauſa naturalis: quia cenſetur originarius civitatis Romana iſte, de cujus habilitate quaritur: & cauſa qua opponitur ex adverſo fuit accidentalis, quia fuit filius nepos vel frater ducis.* 59. *Vulgatum † autem eſt, quòd; ſi concurrunt naturalis & accidentalis cauſa, & tendunt ad contrarios effectus, judicamus actum ſecundum naturalem cauſam, & non accidentalem. l. qui habet §. quia autem. ff. de tutel. ubi pupillo furioſo dandus eſt tutor, tanquàm pupillo, non curator ut furioſo. Sin † porrò non poteſt ſeparari, inſpicitur* 60. *quod nocet. l. ſi quis in gravi. cum l. ſeq. §. fin. ff. ad Silla, ut tradidit* Bart. *in d. l. ſi vir.*

DE TESTE CVI SVPERVENIT inhabilitas.

Digitized by Google

1. *Qualitas teſtis, quo tempore ſit attendenda? num. 12. an ſemper teſtimonio ipſius obſiſtat? nu. 3. 11. & 12. ſi mutatur, quid juris? nu. 2. perſonarum, quando inſpici ſoleat? nu. 5.*
4. *Retrotrahitio ubi ceſſet?*
6. *Judicis partes, quæ eſſe debeant circa teſtis qualitatem?*
7. *Habilitas perſonæ an præſumatur?*
8. *Præſumptio an trahi poſſit de præterito ad præſens.*
9. *Exceptio quando poſſit opponi ſuper teſtis tàm præſenti, quàm futura inhabilitate, & crimine? nu. 10.*
12. *Depoſitio teſtis, quid ſit?*
13. *Teſtificatus cujuſmodi ſit actus?*
14. *Actus, qui initio nulli tractu firmentur temporis?*

Concluſio XVI.

1. QVòd, † ſi teſtis, qui erat habilis tempore juramenti, poſteà efficiatur tempore de poſitionis criminoſus, ſufficit inhabilitas tempore teſtificatus, ut dictum ſit nullum, ſicq; repelli teſtis poſsit.

Vt cenſuit Archid. *in c. conſtituimus. 3. q. 5. & placuit* Joan. Andr. *in c. actus. 50. in ſuis adnotat. marginal. De reg. jur. in 6. &*
2. *eſt communis omnium concluſio. An † autem ſi ille, qui erat heri viliſſimus, hodiè fiat magnæ auctoritatis, ſeu dignitatis, poſſit teſtificari de præteritis? Et adfirmativa ſententia, cæteris paribus, verior viſa eſt* Bald. *in c. 2. nu. 4. extr. de teſtib.*

Concluſio XVII.

3. NIſi † contra teſtem, qui erat inhabilis tempore juramenti, de crimine quod poſtmodũ ſupervenit non fuerit exceptum, nam tunc dictum teſtis, quomodo & ſi inhabilitas ſuperveniat

veniat

Digitized by Google

veniat teſti poſt juramentum & depoſitionem, non irritabitur, etiamſi de ſui natura talis inhabilitatio trahatur retrò ad tempus teſtificatus.

Vt tradit Joan. Andr. *in d. c. actus. 50. quia † in actibus, qui* 4.
neceſſariò fiunt, ſicut teſtificari, iſta fictio & retrò trahitio non conſideratur, ut convalidet vel deſtruat actum, ut docuit Bart. & Bald. *in l. furti. §. 1. ff. de his, qui not. infam & fac. gl. & DD. in c. ſapè. ext. de appell. & declaravit egregiè* Bald. *in c. 1. num. 2. Quod teſt. ſunt neceſſar. ad proband. ingratitud. licèt † aliàs regulariter ubicunque* 5.
agitur de habilitate vel inhabilitate perſonæ initium ſit ſpectandum. c. dudùm. ext. de elect. c. ſi eo tempore. De re judicat. in 6. ut reſpondit Deci. *conſ. 24. col. 1. verſ. ſed his non obſtantibus.*

Concluſio XVIII.

ET † ſiquidem notorium eſt, teſtem eſſe factum inhabilem 6.
poſt juramentum, judex debet eum ſtatim repellere. Sin verò non eſt notorium, debet eum admittere, cum reſervatione diſputationis poſt atteſtationum publicationem.

Vt docuit Archid. *in d. c. conſtituimus. Quia † in dubio præſu-* 7.
mitur habilitas perſonæ in eo, qui facit aliquem actum ſivè contractum c. in præſentia. 8. ext. de probat. Vnde, qui allegat inhabilitatem, debet eam probare. & hoc eſt, quod dixit Innoc. *in c. innotuit. ext. de eo, qui furt. ord. ſuſcep. & docuit clarè* Bald. *in l. cum minorem. C. de probat. & colligitur ex traditis per* Bart. *in l. de ætate. ff. de minor. quinimò hoc expreſſè probatur ex eo, quòd licèt aliquis retrò probatur fuiſſe minor: non tamen præſumitur nunc eſſe minor tempore actus geſti: quia † in his, quæ variantur neceſſariò ex tempore, non poteſt* 8.
argui de præterito ad præſens tempus. l. ſpadonem. §. qui abſolutus. ff. de excuſat. tut. Quia † ergò atteſtatio teſtis, cui ſupervenit inhabili- 9.
tas poſt juramentum, in dubio non poſſit dici nulla? diſputatio reſervabitur

Digitized by Google

bitur poſt receptum teſtem,ut admodum ſcitè advertit Joan. Andr. *in c.actus.50. De reg.jur.in 6.* & ad Specul. *tit.de teſtib.* §.1.*verſ. quid ſi teſtis. cujus dictum videtur eſſe ſecundum juris regulas. Sic-*
10. *ut † enim, ſi opponitur crimen teſti tempore juramenti, reſervatur regulariter exceptio,ad tempus diſputationis. c.ex parte,7. c.præſentium. 31. extr. de teſtib. Ita quoq; videtur dicendum;tùm crimen ſupervenit poſt juramentum, ante depoſitionem.*

Concluſio XIX.

11. EX diverſo, ſi teſtis eſt idoneus & inhabilis tempore juramenti, & factus habilis tempore teſtificatus,valere ejus teſtimonium placuit.

Ex ſingulari doctrina Joan.Andr. *in c.factum. 63. De reg.jur.*
12. *in 6. adprobata per omnes in d.c. teſtimonium. 53. Quia † depoſitio eſt effectus teſtimonii. Qualitas autem teſtis conſideratur tempore, quo teſtificatur,ut traditur in l.3.§.duæ.ff.de carb.edict. & in l.notionem.99. §.1.ff.de verb.ſignif. & reſpondit* Deci. *conſ.174. col.9.*
13. *in princ.Teſtificatus † enim non eſt actus legitimus,qui non poſſit ſta-*
14. *re in ſuſpenſo.Imò,ſtatur in ſuſpenſo, usq; ad depoſitionem. Sed † in his,quæ recipiunt ſuſpenſionem, licèt actus ſit à principio nullus,poteſt tamen ex poſt facto reconvaleſcere. l.ſi tibi.§.ſi unus. ibiq;* Bart. *ff. de opt. legat. Videtur ergò quod ſufficiat teſtem eſſe habilem, ſaltem tempore depoſitionis.*

DE TESTE CORrupto.

PARS XXXI.

1. Teſtis pecunia corruptus an probet? num. 50. & 51. cujus reſpectu? num. 3. qualiter puniatur? num.4. & 5. & juret? num. 6.quan-

6. *quando dicatur convictus de falſitate? num. 7. quomodo & qua in cauſa repellatur à teſtimonio? nu. 17. & 26. quatenùs teſtificari nequeat? num. 19. an per omnia falſum dicere dicatur? nu. 21. & 22. falſus in uno, quousq; cenſeatur falsò depoſuiſſe? num. 23. & 24. ex nova auctoris conſideratione? num. 25.*

2. *Judex quid habeat conſiderare in perſonis teſtium?*

5. *Falſitas an & quando inferatur data corruptione? nu. 8. 9. & 22. & corruptio an conjunctim in teſtibus probari debeant? num. 16. & 28.*

10. *Exponitur text. in l. divus. 32. in fin. ff. de re judic. nu. 11. 12. 13. & 15. novo ſenſu. num. 16.*

21. *Copula,* et, *quid importet? ubi pariſicetur cum dictione,* Cùm? *num. 29.*

14. *Conſpiratio partis utrùm ſimpliciter annullet actum?*

18. *Factum qui deducit qualificatum, an videatur ſe in dubio adſtringere, ad probandũ utrumq;? & quando? num. 38.*

29. *Dictiones,* Cùm & Et, *an ſint ejusdem naturæ?*

30. *Adjectivum quatenùs copulet factum qualificatum accesſoriè? num. 31.*

32. *Qualitas importata per adjectivum, quotupliciter conſideretur? deducta in libello, quando poſſit detrahi? num. 39.*

33. *Accidens, niſi adſit ſubjectum, eſſe non poteſt.*

34. *Legatũ fundi inſtructi, utrùm debeatur, alienato fundo, petivè poſſit? num. 36.*

38. *Libellans,* teſtis dixit falſum, quia corruptus: *an probare cum corruptione & falſitatem copulativè, neceſſe habeat?*

36. Bart. *opinatio in l. Divus. 32. ff. de re judic. circa corruptionis probationem, impugnata: ſuſtinetur. num. 37. & 43. à reprehenſione* Bald. *in l. 1. C. de condict. indebit. & in l. judicati. C. ſi ex falſ. inſtrum. nu. 38. ut communis, defenditur, num. 40. & 42.*

41. *Exceptio corruptionis, qualis ſit? quando non procedat contra teſtes? num. 50. & 51.*

42. *Quali-*

42. *Qualitatis mutatio, quatenùs non liceat libellanti.*
43. *Declaratur text. in c. licèt cauſam. 9. ext. de probat. novo ſenſu.*
44. *Reſtitui quando quis poſſit. adverſus teſtes corruptos? numer. 47. & qualiter? numer. 45.*
46. *Actio in factum? quamdiu duret?*
47. *Pecunia an & quousq; redimi poſſit juſta ſententia emologatio & teſtimonium rectum?*
48. *Declaratur l. venales. C. quand. provocar. non eſt neceſſ.*
49. *Conjectura ubi exſpirent?*
52. *Conatus num conſiderabilis ſit effectu ceſſante?*
53. *Argumentum à judice ad teſtem corruptum an ſit perpetuum?*
54. *Præmium ex delicto nullus debet expectare.*

Concluſio XX.

1. QVùm † porrò teſtes eſſe debeant idonei: *a* ideò teſtis corruptus precio teſtificari non poteſt, imò prorſus à teſtimonio repellitur, etiamſi recipiat pecuniam, ut verum dicat. *b*

[a] *c. 1. ext. de teſtib. l. 2. C. eod. l. idonei. 10. l. teſtis. 13. ff. eod. ideoq;* 2. *† in perſona eorum exploranda erunt inprimis conditio cujusq; l. 3. in princ. ff. eod. ut is, qui judicat ſcire poſſit, quanta ſit fides teſtibus adhibenda, cujus dignitatis ſint & exiſtimationis. d. l. 3. §. ideoq; divus. 1.*

[b] *l. eos. 4. & l. ſi quis, 13. C. de teſt. c. ſanè. 15. q. 4. c. ſicut. ext. de teſtib. l. 1. ubi* Bart. *ff. de falſ. & dato,* 3. *† quod hoc non haberet locum in dante, hoc poteſt eſſe verum, quando adpareret teſtem verum dixiſſe: ſecùs ſi non adpareret: quia propter pecuniam præſumitur dixiſſe falſum, & ita cenſuit clarè* Bald. *quando pecunia non datur palàm in c. fin. ext. de appell. Et multò fortiùs, ſi conſtabit teſtes falſum depoſuiſſe: aliàs, probaretur per hoc corruptio tantùm & non falſitas.*

Qui

Quia non ſequitur: corruptus eſt. Ergò falſum depoſuit, ut advertit Joan. Andr. *quem ſequuntur communiter omnes in c. licèt cauſam. 9. ext. de probat.*

Concluſio XXI.

UNdè, † etſi teſtis recipiens pecuniam dicat verum, pœna tamen falſi puniri poteſt, ſi convincitur circa corruptionem: *a* & in dubio ex hoc ſolo, quod eſt corruptus, præſumitur dixiſſe falſum. *b* 4.

a] *c. licèt cauſam. ext. de probat. quia † teſtis hoc ipſo, quod convincitur de corruptione, convincitur de falſitate. l. 1. §. 1. ff. de falſ. Ergò de falſo puniri poteſt. d. c. licèt cauſam. 9. & hoc propter formam juramenti, quia † jurat teſtis non deponere precio. c. quoties. 5. ext. de teſtib. gl. in c. fraternitatis. 17. ext. eod. Convincitur † ergò teſtis, dixiſſe falſum cum juramento, ex quo juravit,* non precio teſtificari. *d. c. quoties. 5. & contrarium adparet. Atqui † per probationem corruptionis non probatur falſitas. d. c. licet cauſam. 9. Per hoc ergò non ſequitur, quod convictus dixiſſet falſum in aliis capitulis. d. c. licèt cauſam. 9. in princ. Niſi dicamus, quod hoc ideò eſt in d. c. licèt cauſam. 9. quia illic ſpecificè actor ſe adſtrinxit ad probandum corruptionem & falſitatem, quaſi exprimendo utrumq; de per ſe non videatur velle alterum probare per alterum. Sed hoc non reperitur jure cautum. Vnde melior videtur eſſe opinio* Joa. And. *quàm* Bart. *quod † probata corruptione non poſſit objici poſt ſententiã falſitas. Quid iſta? nonnè videtur text. quem adhoc conſiderat* Joan. de Imol. *in l. divus. 32. in fin. ff. de re judic. adfirmare, quod ſufficiat probatio corruptionis. Cùm in d. l. divus. in fin. fuerit deducta conſpiratio corruptionis & falſitas: quia † probata corruptione probatur falſitas, ut dixit* Joan. de Imol. *in d. l. divus. 32. in fin. Videtur ſanè, ſed ſubtilius conſiderando text. in d. l. divus. 32. in fin. verius videtur, quod ratio illa,* 5. 6. 7. 8. 9. 10.

V u *quæ*

11. *quæ adducitur* Imol. *non ſit vera; quia † ſupplicans in d l. Divus.32. in libello ſupplicatorio deduxerat illa tria copulativè, ſcil. conſpirationem: falſa teſtimonia: & corruptionem teſtium. Vndè, cùm copula,* et, *ponatur inter diverſa de ſui natura, ut traditur in rub. ff. & C. de jur. & fact. ignor. adparet, quòd alios teſtes dicebat ſupplicans falſos & alios corruptos, ut ſic ex corruptione non probetur aliorum*
12. *falſitas. Præterea, †* JC. *in d.l. Divus. 32. requirit duo copulativè, videlicèt, corruptionem adverſariorum & corruptionem teſtium. Non ergò ſufficit ſola corruptio, quæ aliàs ſufficeret, ſi per corruptio-*
13. *nem probaretur falſitas. Nihil † enim aliud vult* JC. *in d.l. Divus. 32. in effectu ſignificare, dùm adſerit:* Conſpiratione adverſariorum, teſtibus pecunia corruptis: *quàm, ſi ſit mentio de conſpiratione ſimpliciter, non videri eum facere mentionem de falſitate:*
14. *Cùm † conſpiratio adverſæ partis operari quid non debeat, niſi falſis teſtibus circumvenerit religionem judicantis, ſicut declaratur in l. ſi*
15. *Prætor. 76. §. Marcellus, 1. ubi* Bart. *& alii. ff. de judic. Cui † conſequens eſt dicere, quod in d.l. Divus. 32. non fuerit prætermiſſa exceptio falſitate in reſcripto Divi Adriani, ut quæ expreſſa in ſupplicatione. Vtcunq; verò text. in d.l. Divus. 32. intelligeretur de falſita-*
16. *te, quomodo expoſuimus, diverſorum: non † tamen opinor ex illo textu probari, quòd falſitas & corruptio ſimul ſint probanda in eiſdem teſtibus. Nam quod in d.l. Divus. 32. ſupplicanti indulgetur reſtitutio, hoc ſit, ni fallor, reſpectu odii partis, quæ produxit teſtes falſos & corruptos, quaſi perindè & imò plus ſit ſi alium corruperim, & alios ſubornaverim ad falſum dicendos, quàm ſi eoſdem corrupiſſem & ſubornaſſem. Vt proinde illo etiam caſu poſſit excipi de corruptione, ſicut ſi argueretur falſitas & corruptio eorundem teſtium.*

b] *l. 1. ibiq; ff. de falſ.* Bart. *in l. Divus. 32.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XXII.

QVinimò, † teſtis, cui eſt data & promiſſa pecunia, omni jure repellitur à teſtimonio, licèt non ſit condemnatus de hoc, & fuerit corruptus in alia cauſa, quàm in ea, in qua nunc teſtificatur. 17.

l. 3. §. Julianus. *ff. de teſtib. nam † ſi quis repellitur à teſtimonio, quaſi damnatus judicio publico, ſicq; de jure civili regulariter requiritur condemnatio. Pari † ratione & qui accipit pecuniam ob teſtimonium dicendum vel non dicendum, repellitur à ferendo teſtimonio, ſi de hoc fuerit condemnatus vel convictus. d. l. 3. §.* Julianus. *Ex † qua alternativa datur intelligi, quod quò ad crimen corruptionis non eſt neceſſaria ſententia. d. l. 3. §.* Julianus. *Atqui, † teſtis ſi probatur eſſe corruptus non propter hoc præſumitur dixiſſe falſum, in reliquis, nec annullatur ejus teſtimonium, ut falſum, licèt puniatur pœna falſi, ut falſarius. c. licèt cauſam. 9. extr. de probat. & tradit* Bart. *in l. 1. in princ. ff. de falſ. Ergo teſtis corruptus à teſtimonio non eſt explodendus. Sed † hoc videtur falſum eſſe & impoſſibile de jure: quia teſtis, qui convincitur de corruptione, convincitur de perjurio & falſitate. Cùm enim teſtis juret, quod non venit ad teſtificandum prece vel precio, ſi reperitur fuiſſe corruptus, adparet quod juravit falſum, ut cenſuit* Bald. *in l. ſi quis teſtibus. 13. C. de teſtib. & † teſtis falſus in uno capitulo eſt falſus in omnibus, juxta tradita per* Innoc. *& alios in c. fraternitatis. extr. de hæret. & in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Ergò videtur, quod hic præſumptivè probetur falſitas, probata corruptione. Niſi † quòd advertendum ſit ad merita cauſæ ſuper quibus teſtificatur teſtis, ut, ſiquidem teſtis deponit falſum in uno capitulo ex his, quæ immediatè pertinent ad negotium deductum in judicio, præſumitur probata falſitas, data corruptione, ex doctrina* Innoc. *quem ſunt ſecuti cæteri in d. c. fraternitatis. Sin verò teſtificatus eſt in his, quæ pertinent mediatè*

18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

Digitized by Google

ad negotium, ſicut in exemplo corruptionis, tunc non cenſetur falſus
25. *in negotio principali. Vt ut † ſit exiſtimo, quod iſte teſtis ex ſola corruptione poſſit repelli, quando exceptio opponeretur tempore legitimo, id eſt, ante lapſum termini, jure non tàm Canonico, d. c. licèt cauſam. 9.*
26. *quàm jure civili. d. l. 3. §.* Julianus. *Cùm † enim corruptio facta in cauſa in qua teſtis producitur vulneret fidem teſtis, ſicut perjurium, & teſtis corruptus convincatur de perjurio: ſequitur. quod etiam de jure civili poſſit repelli, ut probat. text. in d. l. ſi quis teſtibus. 13. in fin. & viſus eſt ſentire* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod eſt cor-*
27. *ruptus, Et † hoc, quando probatur corruptio facta in illa cauſa. Si autem probaretur corruptio vel perjurium in alia cauſa, tunc fortè ſtandum eſſet regulæ, de quo tamen dicendum eſt ut traditur in c. teſti-*
28. *monium. 58. extr. de teſtibus. Quamobrem † excipienti, ille, qui deducit falſitatem cum corruptione, quoniam corruptio & falſitas ſunt duo extrema ſeparata, & corruptio non accidit in dubio falſitati, non videtur ſe adſtrinxiſſe ad probandum utrumq́; per l. ſi cui 4. in fin. ff. de fund. inſtruct. ſicut ſi deduxiſſet corruptionem copulativè. Quinimò, etiamſi libellus diceret,* quod Titius dixit fal-
29. ſum cum corruptione, *adhuc videretur dicendum idem. Quia † dictio,* Cùm, *quando ponitur inter duo, quorum unum naturaliter non accedit ad aliud, videtur deducere utrumq́; principaliter, ſicut copula, Et, l. ſi ut certo. ff. commod. & fac. text. & quod tradidit* Bart. *in l. Titia textores. 34. §. 1. ff. de delegat. 1. & in d. l. ſi cui. 4. Ergò ſi aliquis deducit falſitatem cum corruptione, vel dicit,* quod teſtis dixit falſum corruptus, *per adjectivum, ſufficit probare corruptionem ſine falſitate, & multò fortius, falſitatem ſine corruptione. Quia*
30. *† quando deducitur factum qualificatum per adjectivum ſolet diſtingui, aut illud, quod exprimitur per adjectivum eſt acceſſorium ad illud, quod principaliter deducitur in diſpoſitione, tunc adjectivũ non copulat acceſſoriè, & ideò extincto principali non conſideratur id, quod venit*

acceſſo-

Digitized by Google

acceſſoriè. §. ſi quis ancillas. inſt. de lega. aut † per tale adjectivum deducitur id, quod ſui natura non habet ſe acceſſoriè & principaliter ad deductum, & adjectivum aequè copulat principaliter. Vndè, ſi deficit principale, non videtur deficere id, quod importatur per adjectivum, & econtra. d. l. ſi cui. 4. in fin. Quamvis iſta contraria ſint difficilia, & Bart. in d. l. ſi cui. 4. in fin. nitatur huic reſpondere & ſatis obſcurè objectioni, contra tamen in effectu replicabitur, quòd † qualitas importata per adjectivum poſſit conſiderari duplici reſpectu, vel ut adjectio relati vel quae refert ſe ad illam rem, aut factum principale, vel, ut res ipſa, ex qua facta eſt relatio & adjectio. Et ſiquidem conſideretur primo modo, non poteſt adjectivum conſiſtere ſine principali: quia † accidens non poteſt eſſe ſine ſubjecto, necq; relatio. Sin verò ſecundo conſideratur modo, tunc res ipſa, ex qua fit relatio, poteſt ſubſiſtere per ſe, veluti, † ſi teſtator legat alicui fundum inſtructum, & illum in vita ſua alienat. nam reſpectu fundi alienati, rei principalis extinguitur legatum. l. rem legatam. 18. ibiq; DD. ff. de adim. leg. ut ſi illū petis in judicio ſicut accidens & illam qualitatem inſtrumenti, quaſi ſubeſſet relatio & adjectio, id eſt, qualitas fundi, malè petas, quia ſub relatione relativi & accidentis non poteſt ampliùs illa cadere, deſtructo ſubjecto, id eſt, alienato fundo, in quo legatum eſt extinctum. d. l. rem legatam. 18. Sed, ſi tu petas res, ex quibus fiebat iſta relatio, id eſt, quae inſtruebant patremfa. dum erat in fundo tunc rectè petis, quia iſtae res conſiderantur ut ſubſtantivum per ſe, & non ut alterius qualitas. Quibus † conſequitur, ſi libellans dicit: aliquem dixiſſe falſum, quia corruptus: licèt probetur corruptio ſine falſitate: non tamen probat, prout eſt deducta, id eſt, ſicut qualitas, ſed potiùs ſicut res quaedam per ſe exiſtens, ex qua eſt facta relatio, vel qualitas ad falſitatem. Nam unum videtur deductum & aliud probatum. ut opinatur Bart. qui hoc ſenſu ſuam opinionem, quam ſuprà concluſ. 20. à nu. 9. uſq; ad nu. 17. deduximus, ſalvari adſervit in l. divus. 32. ff. de judic. Quid † nonnè

31. 32. 33. 34. 35. 36.

ſallitur in hoc Bart. *cùm in fundo inſtructo, res ex qua ſit relatio &*
qualitas, non ſit deducta in legato, ut talis non debeatur, tanquàm res
37. *ſimpliciter, ſicq; non poſſit peti, ut qualitas & adjectio. Niſi † quod*
declarando & ſuſtinendo opinationem Bart. *in d. l. Divus. 32. aliud*
dicamus eſſe in ultimis voluntatibus, & in contractibus, in quibus at-
tenditur potiùs mens contrahentium in natura rei, quàm formalitas,
& proprietas verborum. l. emtorem. 12. §. 1. ff. de actio. emt. l. ſi ſti-
pulatus. 4. ff. de uſur. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtr.
& aliud in judiciis & in libello. Verùm huic doctrinæ Bart. *in d. l.*
Divus. 32. contradicit Bald. *in l. 1. C. de condict. indeb. & in l. ju-*
38. *dicati. C. ſi ex falſ. inſtrum. adſerens, quòd † ille, qui narrat factum*
qualificatum, non videtur ſe adſtringere ad utrumq;, niſi utrumq; eſ-
ſet neceſſarium ſervari de jure, ut in d. c. licèt cauſam. 9. Quia hoc ca-
ſu non poterat deduci falſitas ſine corruptione, vel corruptio ſine
falſitate, ut docuit Bald. *in d. c. licèt cauſam. 9. vel niſi aliàs qualitas*
non probata, faciat factum principale deductum in judicio, videri
aliud factum, quàm illud, quod fuit deductum cum qualitate. Secùs,
ubi remota qualitate remaneret idem factum. nam tunc non videtur
quis ſe adſtringere ad probandum utrumq;, ut probatur in l. in deli-
ctis. 4. §. ſi detracta. 3. ff. de noxal. actio. & ex traditis à Bart. *in l.*
39. *denunciaſſe. §. quid ergò. ff. de adult. ubi dicit, † quòd quando remota*
qualitate non alteratur factum deductum in libello vel ſpecies crimi-
nis, tunc qualitas deducta in libello, poteſt detrahi. Et ſic adparet, quòd
ſi poteſt detrahi & ab ea recedi, ad illam non videtur ſe adſtrinxiſſe
libellans: aliàs, ſi videretur ſe adſtrinxiſſe, conſequens eſſet, quod
40. *poſſet variare. Sed † tamen his non refragantibus placet ſententia*
Bart. *& communis, cui ſuffragatur text. in d. c. licèt cauſam. 9. ibi.*
ſe adſtrinxit. Necq; † enim verum, quòd illic de ſola falſitate non
poſſit probari: quinimò poteſt, ante ſententiam publicatis teſtibus
probando falſitatem per indirectum. Si tamen quis vellet adſtipu-

lari.

Digitized by Google

lari Bald. *poterit reſpondendo ad d. c. licèt cauſam. 9. dicere, quod illic ſufficiebat probare ſolam falſitatem per indirectum, ſed non ſolam corruptionem: & imò in d. c. licèt cauſam. 9. excipiens ſuccubuit, quia probavit corruptionem & non falſitatem, cùm non fuiſset adſignatus terminis ad reprobandum perſonas teſtium, poſt lapſum termini non poterat allegari de corruptione: quia † illa exceptio reſpicit* 41.
perſonam. Vtcunq; ſit, innitor ipſe opinioni Bart. *in d. l. Divus. 32. nihil remoratus ratione, quam ſuprà num. 39. Quando † mutatio* 42.
qualitatis, quæ non alterat factum, non permittatur, ſi libellans non ſe adſtrinxit ad probandum utrumq;. nam ſi ſic eſſet, etiam non detracta qualitate, non deberet ſequi abſolutoria, contra text. in d. l. in delictis. 4. §. ſi detracta. 3. ſed ex indulgentia legis, quæ tolerat, quòd poſſit mutari qualitas, remanente facto, ut ſic text. in d. l. in delictis. §. ſi detracta. ſtat potiùs pro, quàm contra Bart. *in d. l. divus. 32. Nec hanc veram evertit ſententiam d. l. ſi cui. 4. Cùm † aliud ſit in ulti-* 43.
mis voluntatibus & contractibus, in quibus non attenditur iſta formalis concluſio, ſicut in judiciis, & aliud in libello.

Concluſio XXIII.

UT † &, ſi ex adverſo probaverit quis conſpiratione adver- 44.
ſariorum, & teſtibus pecunia corruptis, religionem judicantis circumventam, & oppreſsum ſe eſse, id, quod à judice tam malo exemplo circumſcripto, judicatum eſt, in integrum ſit reſtituendum.

l. divus. 32. ff. de re judic. & † vel propoſita actione in factum, 45.
quæ & contra teſtes vel doloſe producentem datur. l. qui nomine. 25. ff. de falſ. & † hoc perpetuò, id eſt, ad triginta uſq; annos: vel implo- 46.
rato judicis officio, infra quadriennium, ex generali clauſula, Si qua mihi juſta cauſa videbitur, in integrum reſtituo. *l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. major. vel favore minoris ipſo jure. l. 1. 2. & 3. C. ſi ex falſ. allegat. ut retulit gl. in d. l. divus. 32. in verb. reſtitue.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio XXV.

47. EXtrà, † quàm ſi teſti datur pecunia cum aliter non voluerit deponere, ut veritatem deponat. Vt enim dari pecunia poteſt judici, ut juſtam ferat ſententiam: ſic quoq; teſti data, recipitur ejus teſtificatus, nec falſi argui dictum ejus poteſt: dummodò palàm, hoc eſt, publicè, & non in ſecreto detur.

Vt docuit Bald. *in c. fin. ext: de appell, poſt* Archid. *quem ille*
48. *citat, in c. qui rectè. 11. q. 3. nam loquitur* Bald. *in d. c, fin. ad † illum effectum ut valeat ſententia; limitando l. venales: C. quand. provocar. non eſt neceſſ. non ad finem, ut quis puniatur, nec aliquid dicit de præſumptione falſitatis. Et licèt; dùm inquit, quòd pecunia debeat dari palàm, & ſi detur in ſecreto videtur, quod oriatur ſiniſtra ſuſpicio, intelligatur hoc quo ad illum effectum, quòd non valeat ſententia, prout* Bald. *in d. c. fin. loquitur: non tamen oritur exhinc præſumptio falſitatis: quia hoc declaratur procedere, quando erat data pecunia, ut*
49. *teſtis deponeret veritatem, ut in d. c. fin. expreſſe dicitur. Vnde, † in claris non eſt opus conjecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ut reſpondit* Deci. *conſ. 189. col. 6. verſ. non obſtat dictum.*

Concluſio XXVI.

50. QVomodo † etiam tunc creditur teſti, quando corrumpitur accepta pecunia, *ut non deponat teſtimonium,* ſi poſtea per partem in cujus præjudicium fuit data pecunia dicat contra corrumpentem, vel etiam pro corrumpente.

Vt probat ſingulariter text, quem multùm exclamat Bald. *in c. 1. ext: de teſtib.*

Concluſio XXVII.

51. USq; † adeò, quod & contra teſtes, ubi acceperunt pecuniam, *ut falſum teſtimonium dicerent,* excipi non poſſit, ex quo falſum non depoſuerunt.

Arg. l.

Arg. l. 1. §. fin. ff. quod quiſq; jur. l. item apud. 15. §. ſi curaverit. ff. de injur. & §. pen. Inſtit. de injur. quia † conatus non officit 52
niſi ſubſequatur effectum. d. l. 1. §. fin. & in talibus non voluntas ſed exitus ſpectatur, ſicut dicimus de eo, qui gladium ſtringit, & non interfecit ſeu vulneravit. nam is non tenetur pœna legis corneliæ de ſicariis, per l. reſpiciendum. §. pen. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. & l. 1. in
fin. ff. de parricid. Nec † valet æquiparatio à judice ad teſtem, juxta 53
l. 2. in fin. ff. de condict. ob turp. cauſ. quia teſtimonium per pecuniam datum non valet, quantumcunq; verum. l. 1. in princ. ff. de falſ. nam teſtificari quis compellitur. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. junctis his, quæ traduntur in l. 2. §. ſimili modo. ff. ſi quis cautio. & per
gl. in d. l. 1. in princ. Ex † eo enim, ex quo quis debet puniri, non de- 54
bet præmium habere. l. relegatorum. 7. §. fin. in fin. ff. de interdict. & releg. l. ſive hereditaria. 23. circa fin. ff. de negot. geſt. & l. ſi ab hoſtibus. 10. ff. ſolut. matri.

DE POENA CORRVMPENTIS teſtem alterius.

PARS XXXII.

1. Cauſam an perdat qui corrumpit vel impedit teſtem? nu. 7. vel minatus eſt teſtibus? nu. 12. qui falſificat acta? n. 2. & unde? nu. 6. quiq; ſubtrahit facultatem probandi? nu. 65.
3. Teſtes quando habeantur pro productis? nu. 30. qualiter & in qua cauſa? nu. 11. 16. & 19. an & in cauſa civili, & criminali? nu. 20. ubi pro productis non habeantur? num. 21. produci an poſſint facta jàm publicatione atteſtationum? nu. 37. & 62. & concluſione in cauſa? nu. 40. & quomodo? nu. 41. inſtrui de quo poſſint à producente? nu. 87. & 93.
4. Subtrahens adverſario facultatem probandi, an præſumatur favere juſtam cauſam? num. 6. & 58.
5. Teſtificatus quid ſit?

7. *Fraus & corruptio facta circa teſtes, quid operetur?*

8. *Veritas cauſæ ex quo inverti poſſit?*

9. *Reſtitui an quis poſſit contra ſententiam ex falſis latam probationibus? ad teſtium productionem? n. 33. quando? n. 34. 56. & 66. quouſq;? nu. 38. 39. 53. & 57.*

10. *Dictio,* ſeverè, *cujuſmodi in l. divus. 32. in fin. ff. de re judic. pœnam importet?*

13. *Metus qualis eſſe debeat ut contractus initus reſcindi poſſit? exigatur in muliere? nu. 14. & in teſtibus? num. 15.*

16. *Juramentum ſuppletorium an deferendum ſit impedito teſtem producere? & quouſq;? num. 17. & 18.*

19. *Inſtrumentum ubi habeatur pro producto? vel ſaltem præſumptivè? num. 24.*

22. *Intellectus c. conſtitutis. 45. ext. de teſtib. quis ſit?*

23. *Puniri an quis duriter poſſit ex præſumptionibus? qualiter quiverint ab eo, cui commiſſa eſt teſtium receptio, impedientes? num. 25.*

26. *Judex laicus an aliquam habeat coërcionem in clericos, cauſa teſtificatus? delegatus, quouſq; poſſit juriſdictionem ſuam pœnali defendere judicio? num. 27. eccleſiaſticus an caſu aliquo punire poſſit laicos & èconverſo? num. 28.*

29. *Juriſdictio utrùm per indirectum competat laico in clericum?*

30. *Superior quando implorari poſſit à producente teſtes? & qualiter? num. 31.*

32. *Impedito teſtes producere, quomodo, præter recurſum ad ſuperiorem ſuccurratur? nu. 33. 35. 36. 38. 41. & 56. producere teſtes ipſo jure, ubi liceat? nu. 46. 47. & 62. & quatenùs? num. 48. ubi nullum juris opituletur ſuffragium? num. 63. 71. 75. 76. & 77.*

34. *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali:* Si qua juſta cauſa: *qualiter petatur? quatenùs indulgeatur? num. 35. quando competat producenti teſtes? num. 36. 53. 54. 60. & 67. probanti? num. 45. adverſus confeſſionem,*

feſſionem? num. 44. ſententiam? nu. 56. & 71. inſtantiam cauſæ? num. 64. & dolum partis? num. 78. impedito teſtes producere, an detur perpetuò? nu. 46. 53. 57. 71. 75. & 84. contra rem judicatam an detur? nu. 74. quibus denegetur? num. 76.

42. Exponitur text. in Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib. §. quia verò. Collat. 7. nu. 49. & 54.

43. Scriptura caſu perdita fortuito, an iterum ſit edenda?

49. Bart. ad Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib. §. quia verò. col. 7. declaratio, de teſtium renuntiante productioni, evertitur. n. 51. 52.

50. Renunciari an poſſit juri, quod ſibi competere quis ignorat? n. 52.

54. Argumentum à ſpeciali quomodo formetur?

55. Inſtrumenta noviter reperta, quando produci poſſint poſt concluſionem?

59. Dolus judicis verus, & præſumptus partis, an parificentur? nu. 60. & an dolo comparetur partis? num. 70.

61. Terminus probandi, quando non currat ipſo jure?

68. Præſumptio doli, an alia diminui poſſit præſumptione? injuſtitia, cujusmodi ſit? num. 69.

72. Actio quando procedat ad intereſſe?

73. Jus impediti, ex cujus poſſit conſervari facto?

74. Specialia quæ ſint rei judicatæ? num. 80.

76. Culpa quando poſſit imputari teſtes producenti?

79. Heres, quando ad teſtium receptionem poſſit reſtitui? an probabiliter ignorantiam allegare quiverit? num. 81.

82. Ignorantia juſta, an cauſam præſtet reſtituendi?

83. Publicatio teſtium; quæ de ſit inducta cauſa?

85. Teſtis corruptus, quando plenè probet non obſtante corruptione? induci qualiter poſſit ad dicendum verum? num. 86. & 88.

87. Teſtem quatenùs liceat inſtruere? num. 93.

89. Teſtificatus an præſupponet precium?

90. Verbum, gratis, quid importet?

Digitized by Google

91. *Sententia an valeat ſi precio redemta & lata fuerit?*
92. *Parti utrum liceat dare pecuniam, ut contra ſe patiatur fieri ſententiam?*
93. *Informatio teſtiū, an fieri citrà falſitatem poſſit?*
94. *Salariati an ſint teſtes idonei? nu. 95.*

Concluſio XXVII.

1. ENimverò, †ſi teſtis corruptus pecunia dixerit teſtimonium, ſententia quidem ejus prætextu emologata per hoc non
2. redditur nulla, nec corrumpens perdit cauſam: *a* ſicut † cauſa cadit quando committit falſum circa acta cauſæ judiciaria, falſando vel fraudendo ea, vel corrumpendo judicem vel advo-
3. catum partis adverſæ, *b* teſtis † tamen qui hac ratione eſt impeditus dicere verum, habebitur pro producto, *c* & impediens actorem in teſtibus, poteſt in foro eccleſiæ excommunicari, & in foro fori arbitrariè puniri. *d*

a] *Vt cenſuit* Bart. *in l. falſum. C. ſi ex falſ. inſtrum. licèt falſitatem commiſerit circa inſtrumenta. tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtrum.*
4. *Quid ita?* † *nonnè præſumitur ex conjectura ſeu præſumptione legis vel hominis, quòd is, qui conatur ſubtrahere, vel cum effectu ſubtrahit adverſario probationem vel facultatem probandi intentionem ſuam,*
5. *vel ſibi incumbentia fovere injuſtitiam? Videtur ſanè, cùm* † *teſtificatus ſit pars probationis vel etiam ipſa probatio: ex eo tamen non ſequitur, quod talis debeat propterea ſuccumbere in cauſa & perdere eam, licèt aliud viſum fuerit* Innoc. *in c. intimavit. 17. ext. de teſtib. &* Angel. *in l. 1. §. ſi reus. ff. de eo, per quem fact. erit. &* Ant. de Butr. *in c. cum cauſam. 34. ext. de teſtib. & aliis quos citavit* Marſ. *in rub. C. de probat. nu. 185.*

b] *l. infraudem. 47. §. quoties. ff. de jur. fiſc. c. olim. ext. de re-*
6. *ſcript. l. 2. C. de pœn. judic. qui mal. judic. & hoc* † *ideò, quia conjecturatur*

Curatur ſeu præſumitur fovere injuſtam cauſam, nam ſi foveret juſtitiam non falſificaſſet acta, ut dixit Abb. *in c. cùm venerabilis, ext. de except. & cenſuit gl.* cum Bart. *in d. l. in fraudem, 47. §. quoties.* Bald. *in l. qui teſtamento. ff. de excuſat. tut. &* Bart. *in l. 1. §. 2. in fin. ff. de calum.*

c] *c. conſtitutis. 45. ext. de teſtib. ut & poſt gl. latè probavit* Abb. *in c. cùm cauſam. 37. ext. eod. & traditur à cæteris in d. c. conſtitutis. 45. Nam † quod, ut dixit* Cyn. *in l. producendum. C. de poſtul.* 7. *quem eſt ſecutus* Angel. *in d. l. 1. §. ſi reus. impediens produci teſtem contra ſe, cadere debeat cauſa, id reputo eſſe falſum. Quia regula eſt, quam tradidit* Bart. *per illum text. in l. 3. in fin. C. ſi ex falſ. inſtru. quòd fraus vel corruptio commiſſa circa teſtes, non faciat aliquem puniri in amiſſione cauſæ, & idem dixit* Bart. *in l. 1. §. ſed conſtitutio. ff. de calum. quem ſequutus eſt* Joan. de Imol. *in l. divus. 32. ff. de re judic. Si † ergò corruptio teſtis, per quam mutatur cauſa veritas non operatur hoc: multominùs corruptio vel alia fraus, per quam teſtis impeditur teſtificari, aliud efficiet.* 8.

d] *d. c. conſtitutis. 45. & d. l. divus. 32. in fin. ex † qua probatur ſententiam latam prætextu falſorum teſtium, per reſtitutionem in integrum revocari & delictum puniri,* Bart. *in d. l. divus. 32. & quidem † ſeverè, d. l. divus. 32. in fin. hoc eſt, crudeliter, ut aperuit gl. in d. l. divus. 32. in verb. ſeverè. quod eſſe ſolet arbitrarium, ut tradit* VVeſ. *in §. fin. nu. 4. inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. jur.* 9. 10.

Concluſio XXVIII.

NEc † diſtinguitur ſivè pars impediat produci teſtes in cauſa civili, ſivè in cauſa criminali, & ſivè in cauſa civili hoc faciat manifeſtè, ſivè ſit præſumptio, quod impediat. Vtrobiq; enim teſtes habentur pro productis. 11.

Vt poſt gl. advertit Hoſt. *in d. c. conſtitutis. 45. Dolus enim & fraus nemini patrocinari debent. c. ſedes. ext. de reſcript.*

Concluſio XXIX.

12. NIſi † corrumpens teſtes inſimul minatus fuerit teſtibus, *ne dicant veritatem*, nam talis per taliusmodi minas, cum præſumatur non fovere juſtitiam, debet perdere cauſam, & haberi pro convicto ab ipſis teſtibus.

Vt docuit Angel. *in l. ſatis apertè. C. de falſ.* Bald. *in l. ſub prætextu. 19. in princ. C. de tranſact. &* Barb. *referens & ſequens* Ang. *in d.*
13. *l. ſatis apertè. conſ. 53. in antepen. col. lib. 3. Et † licèt aliàs metus ad hoc, ut annullet contractum ſuper quo interponitur, debeat eſſe talis, qui cadit in conſtantem virum. L. 3. §. metum. ff. quod met. cauſ. l. interpoſitus. 13. C.*
14. *de transact. ſicut † ſi tractemus de muliere, debet eſſe talis, qui cadit in conſtantem mulierem. ut cenſuit gl. in c. cum locum. 14. ext. de ſponſal. quam citavit pro hoc* Ant. de Butr. *in c. conſultationi. ext. quod met.*
15. *cauſ. In † iſto tamen caſu, ſcil. in minis illatis teſtibus, ad hoc ut minans perdat cauſam, non requiruntur minæ, quæ cadunt in conſtantem virum, ſed quales quales minæ ſufficiunt, ut tradunt* Belenzi. *in c. ſuper eo. ext. de cog. teſtib. citatus à* Marſ. *in rub. C. de probat. num. 190.*

Concluſio XXX.

16. ET † ſi corrumpens vel impediens teſtes produci hoc fecerit in cauſa civili, vel criminali, teſtes adeò habentur pro productis, ut iſto etiam caſu producenti in defectum probationis deferri juramentum, neceſse non ſit.

d. c. conſtitutis. 45. Nam illic non diſtinguitur. Ergò nec nos debemus diſtinguere. l. de precio. 8. ff. de Publicia. in rem actio. quod probavit.
17. *& gl. cui adſtipulatur* Hoſt. *in d. c. intimavit. 18. Cum † hac tamen modificatione, ut, quando quis impedit producere teſtes, tale impedimentum non faciat, ut omninò teſtes habeantur pro productis. Sed ſi aliquis-*

quis produxit unum teſtem, & in producendo aliam fuit impeditus, deferatur juramentum producenti in defectum probationis, iſto caſu ubi aliàs non deferretur. Sed † illa modificatio mihi non placet. Nam præſuppoſito, 18.
quòd omnes teſtes impediantur teſtificari & ſic non poſſit ſuppleri probatio imperfecta per juramentum, quid faciet tunc ille, qui eſt impeditus? ſuccumbetnè in cauſa? Nullo modo, nec hoc eſſet æquum, ex ratione c. ſine culpa 23. De reg. jur. in 6. l. non debet. 75. & l. generaliter. 75. ff. Eod. Et ideò dicimus ſimpliciter, quòd teſtes habeantur pro productis, ut † quod 19.
operatur ſubtractio inſtrumenti una cum probatione tenoris ipſius inſtrumenti facta ab hominibus non peritis. l. ſi de poſſeſſione. 20. C. de probat. videlicèt ut inſtrumentum habeatur pro producto, idem operetur in teſtibus fraus partis adverſæ, & inſtantia partis, quæ volebat teſtes producere, licèt aliter non conſtet, quid teſtes eſſent dicturi.

Concluſio XXXI.

DVmmodò † in civilibus pars adverſa manifeſtè impediat 20.
contra ſe produci teſtes, & in criminalibus plenè extiterit probatũ de impedimento facto per partem in teſtium productione. *a* Quando † ſi ſaltẽ ſit præſumptio, quod impediat, ſicq; 21.
probatio impedimenti fuerit facta præſumptivè, teſtes non habentur quidem pro productis, ſed imponitur impedienti pœna extraordinaria levior, *b* tàm in cauſa civili, quàm in criminali. *c*

a] *d. c. conſtitutis. 45. & c. pervenit. & c. fin. ext. de cog. teſtib.*

b] *Vt † mihi videtur clarè probare text. quem ita intelligo in d. c.* 22.
conſtitutis. 45. nam illic probatum fuit impedimentum ſaltem præſumptivè, & tamen decernitur, quod impediens debeat excommunicari.

c] *Ne † propter præſumptionem quis adficiatur gravi pœna. Et pro* 23.
iſta concluſione videtur eſſe text. ſingularis, & quod tradit Bart. *in l. 2. § divus. in fin. ff. de jur. fiſc. ubi † eo text. adductus dixit, ſpeciale eſſe in* 24.
fiſco, ut propter præſumptam inſtrumenti productionem, inſtrumentum habeatur pro producto. Ex quo evincitur, quod quò ad alios, iſta præſumptio hoc non operaretur.

Con-

Digitized by Google

Concluſio XXXII.

25. QVamobrem † deputatus ad recipiendos teſtes dumtaxat, poteſt & excommunicare & incarcerare vel pecuniariter
26. puniri impedientes: *a* licèt † judex laicus, ſicut non poteſt cogere clericum teſtificari coram ſe: non poſsit etiam punire clericum impedientem teſtes produci. *b*

[a] *c. ex literis. ext. de offic. deleg. clem. uni. eod. tit. c. conſti-*
27. *tutis. 45. ext. de teſtib. l. divus. 32. ff. de re judic. Quia † judex delegatus non ſolùm poteſt exercere jurisdictionem in partes impedientes jurisdictionem ſuam, ſed etiam in terminos excommunicando ipſos. c. tàm literis. 33. ext. de teſtib. & tradit plenè* Innoc. *in c. 1. ext. de of-*
28. *fic. deleg. Et † iſte caſus, quando ſcil. turbatur jurisdictio judicis eccleſiaſtici, eſt unus, in quo talis judex exercet jurisdictionem etiam contra laicos, licèt è converſo judex ſecularis non poſsit eam exercere in clericum.*

[b] *c. quamquam. 14. q. 1. c. teſtimonium. 11. q. 1. Minùs enim de directò impedit cognitionem judicis ſecularis clericus, qui non vult te-*
29. *ſtificari. Quià † etiam incidenter non permittitur laico judici, jurisdictio in clericum. Vndè non poteſt eum punire ſi dicit falſum coram eo, ut traditur in c. verum. 4. ext. de for. compet.*

Concluſio XXXIII.

30. ITa † demùm tamen pœna illa, quod teſtis habeatur pro producto, locum habet, quando aliter non poteſt ſuccurri illi, in cujus præjudicium eſt corruptus teſtis & fraus commiſsa. Ideoq; ſuperior adiri debet, ut faciat removeri impedimentũ, ſi removeri poteſt, & teſtis admitti ad teſtificandum.

Juxta declarationem gl. in c. cùm cauſam. 37. ext. de teſtib. & probatur ſatis apertè in d. c. conſtitutis. 45. & in d. c. fin. & in d. c. cùm cauſam.

cauſam. 37. & † implorari poteſt auxilium ſuperioris vel dumtaxat per 31.
viam ſimplicis querelæ.

Concluſio XXXIV.

QVinimò, † quamvis in jure intentato in illo judicio nullum 32.
habeat remedium ille, qui ſic opprimitur per teſtium corruptionem à parte adverſa: ſi tamen intentando aliud remedium, poſset ſibi eſse per illud proviſum, impeditum illo debere eſse contentum, placuit.

Per text: qui in iſta materia eſt valdè elegans in c. paſtoralis. in fin. ext. de cauſ. poſſ. & propriet.

Concluſio XXXV.

QVapropter † ſi teſtes fuerint corrumpendo ſubtracti per 33.
dolum partis adverſæ, ita, ut propter hoc actor ſit impeditus eos producere, implorare poteſt impeditus officium judicis, ut ei vel ſaltem via reſtitutionis in integrum teſtes illi producere liceat, etiamſi ſit renunciatum teſtibus vel publicatus proceſsus, attamen diſsimiliter.

Vt poſt gl. in verb: illorum: tradunt communiter DD. *in d. c. intimavit. 18. extr. de teſtib. Nam † reſtitutio in integrum ex clau-* 34.
ſula; Si qua juſta cauſa: *generali, poteſt peti, non ſolum officio judicis principaliter, ſed etiam incidenter, ante & poſt litem conteſtatam. c. 2. ext: de offic. jud. qua † quidem reſtitutio conceditur ma-* 35.
joribus, ubicunq; æquitas dictat eam eſſe concedendam. l. 1. in fin. l. ſed etſi per Prætorem. §. item inquit. verſ. hæc clauſula. ff. ex quib. cauſ. major.

Concluſio XXXVI.

ET † ſiquidem non ſit quod actori, qui nunc petit *ſe reſtitui ad* 36.
teſtes producendos, poſsit imputari, indulgetur impedito reſti-

Digitized by Google

tutio in integrum ex generali illa clauſula: *Si qua juſta cauſa eſſe videbitur.*

Ex l.1.in fin.ff.ex quib.cauſ.major.& probat Novell.conſtit.4.
37. *tit.de teſtib.§.quia verò.in fin.collat.7. Nam † poſt didicita teſtificata impeditur nova teſtium productio, ut tradit* Angel.*in d.§.quia verò.eoq; reſtitutione opus eſt, ut eſt communis omnium ferè adſertio in d.c.intimavit.18.*

Concluſio XXXVII.

38. NEc † refert ſivè ſit renunciatum teſtibus, ſivè ſit publicatus proceſſus de conſenſu partis, ſivè pars didicerit teſtificata, ſivè non. Semper namq; impeditus producere teſtes po-
39. teſt, & † omnium maximè tunc, quando actor teſtes, qui juraverant non teſtificari, fecit interrogari, *utrùm ſcirent aliquid de iſta cauſa?* & illi dixerint, *quod non:* reſtitutio indulgebitur, non obſtante juramento parti *de non dicenda veritate*, præſtito.

Quia occultant veritatem per fraudem, ut poſt Innoc. *&* Hoſt. *tradunt omnes in d.c.intimavit.18.per Novell.conſtit.4.tit.de te-*
40. *ſtib.§.quia verò.in fin.Collat.7. Nam † impeditus producere teſtes, poteſt eos producere etiam poſt concluſum in cauſa. d.§.quia verò.Ergò multò fortiùs poſt publicationem conceditur reſtitutio. Atqui,*
41. *† poſt concluſionem in cauſa licet teſtes producere ipſo jure. d.§.quia verò.in fin. Ergo in caſu noſtro non erit opus in integrum petere re-*
42. *ſtitutionem. Niſi † quòd in d.§.quia verò. non erat concluſum in cauſa ab ambabus partibus, ſed renunciatum teſtibus ab una partium. In hoc tamen non eſt magna vis facienda, quia quantum ad renunciantem dicetur ſatis in cauſa concluſum. Intelligo ergò text. illum ut*
43. *infrà dicetur. Parum † quoq; refragatur text. in l.ſi quis ex argentariis.6.§.fin.cum l.ſeq.ff.de edend.ubi dicitur, ſi ſemel fuit tradita copia ſcripturæ, & perdita per caſum, quod iterum debeat dari copia.*

Digitized by Google

ſta. Nam cùm ſcriptura de facili non poſſit mutari necq; falſificari, ſtante originali penes eum qui tradidit copiam, non eſt tanta præſumptio calumniæ, ſicut in caſu noſtro, ut probavit Bald. *in c. 1. §. ſi enim. Quid ſit inveſtit. & fac. quod tradit* Specul. *tit. de præſcript. §. 1. verſ. item pone. & fac. text. in l. 1. in fin. ff. quand. act. pecul. annil. eſt. Nam † ſi ille, qui per dolum & perſuaſionem partis adverſæ* 44.
confeſſus eſt aliquid ad præjudicium ſui, poterit petere illum errorem retractari, poſt ſententiam per reſtitutionem in integrum ex generali clauſula, ut docuit Bart. *in l. non fatetur. 5. & in l. fin. ff. de confeſſ. Idem † ergò videtur dicendum, ſi per dolum partis adverſæ ſubtra-* 45.
cta ſunt probationes alicui, ut concedatur ei reſtitutio ex æquitate Prætoris, ne pars ex dolo lucretur, adverſus didicita teſtificata, vel renunciationem teſtibus factam.

Concluſio XXXVIII.

NIſi † quòd, ſi eſt renunciatum teſtibus expreſsè, vel publi- 46.
catus proceſsus de conſenſu partis, non tamen ſint didicita teſtificata, pars impedita poſsit producere teſtes ipſo jure, nec opus ſit in integrum reſtitutione.

Quia, † ut egregiè dixit Bart. *in authent. at qui ſemel. C. de* 47.
probat. quando pars renunciat teſtibus, non impeditur producere teſtes, quos ignorabat ſe habere tempore renunciationis: per Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib. §. quia verò. Collat. 7. ubi † dicitur, 48.
quod pars quæ renunciavit teſtibus debet jurare, quod non poterat illos teſtes prius producere, quod ipſe Bart. *intelligit, ex capite ignorantiæ. Sed † ipſius inductio non videtur vera, & eſt contra* 49.
text. & gl. in d. §. quia verò. ibi. denunciatis teſtimoniis. ubi probatur, quòd poſſunt produci teſtes, quibus priùs erat denunciatum teſtimonium, & quos pars ſciebat ſe poſſe producere, ut pleniùs lib. 2. dicemus. Ad hæc, ſi text. in d. §. quia verò. loqueretur ſolum de teſtibus ignoratis, tunc non deberet producens jurare generaliter

de omni impedimento, quod non potuit eos producere, quà forma juramenti oſtendit, quod ſivè quis fuerit impeditus producere teſtes propter ignorantiam, ſivè ſciverit ſe habere teſtes, ſed alia de cauſa fuerit impeditus, adhuc admittetur ad producentos teſtes, quod non eſſet verum, ſi renunciatio facta de teſtibus fuiſſet invalida in d. §. *quia verò. Vnde ille text. non videtur probare intentionem* Bart. *in d. auth. at, qui ſemel.* Secundò, *movetur* Bart. *ratione: quia* † *nemo videtur renunciare juri, quod ignorat. l. mater decedens. 19. ff de in officioſ. teſtam. l. cùm aquiliana. 5. ff. de tranſact. Ille ergò, qui renunciavit teſtibus, non videtur renunciaſſe illis, quos ignorabat ſe poſſe producere. Et* † *hoc dictum* Bart. *intelligitur verum in terminis noſtræ concluſionis & d. c. intimavit. 18. quando iſta ignorantia fuiſſet cauſata ex malitia partis adverſæ, per l. tres fratres. ff. de pact. unde in caſu noſtræ concluſionis verior videtur opinio* Bart. *quam DD. adducunt in d. c. intimavit. 18. Sed quando ignorantia non fuiſſet cauſata à dolo adverſarii; tunc verior eſſet DD. opinio in d. c. intimavit. 18. nec credo, qaod ipſo jure propter ignorantiam teſtes poſſint produci. Nec* † *obſtat ratio qua motus fuit* Bart. *in d. auth. at, qui ſemel. Quia ſatis eſt quod renuncians ſciret in genere hoc jus ſibi competere, ſcil. producendi teſtes. Licèt enim renunciatio non trahatur ad jus, quod quis ignorat ſibi competere, trahitur tamen ad individua vel ſpecies uniusjuris quod quis in genere ſcit ſibi competere, licèt ignoret quaſdam ſpecies vel individua illius juris, ut probat text. in l. ſub prætextu. 29. C. de tranſact. & clarè* Bart. *in l. ſi de certa. 31. in fin. C. eod.*

50\. 51. 52.

Concluſio XXXIX.

53\. PEr † contrarium ergò, ſi pars producens teſtes, vel ideò excluditur ab ulteriori productione, quòd didicerit teſtificata, quamvis tunc non excludatur propter ſuum conſenſum, ſed propter dolum præſumptum: impeditus tamen producere

cère teſtes legitimo impedimento, poterit utiq; eos producere poſt didicita teſtificata, non quidem ipſo jure, ſed ope reſtitutionis.

Vt eſt communis omnium concluſio in d. c. intimavit. 18. quæ & mihi placet. Quia † ſi ſpeciale & exceptio eſt, quod poſt tertiam productionem ante didicita teſtificata propter impedimentum probatum juramento, poſſunt ipſo jure teſtes produci. Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib. §. quia verò. Collat. 7. Ergo in contrarium eſt jus commune, quòd ſcil. legitimè impeditus poſſit regulariter ad teſtium productionem reſtitui. Nam ſi legitimè impedito conceditur reſtitutio contra ſententiam. c. cùm Bertoldus. ext. de re judic. fortius ante ſententiam c. licèt. 9. ext. de probat, ut docuit Bart. *in l. admonendi. circa princ. ff. de jurejur. cujus doctrinam probavit* Bald. *in l. 1. C. de condict. indebit. dum adfirmat, quòd † poſt concluſum in cauſa non poſſint ipſo jure produci inſtrumenta de novo reperta; quod videtur conſonare his, quæ dixit idem* Bart. *in auth. at, qui ſemel. C. de probat.* 54. 55.

Concluſio XL.

IN tantum, † ut etiam, quando aliquis eſt impeditus ante ſententiam & utiq; per factum judicis producere teſtes, reſtitui adverſus ſententiam debeat, ut poſſit eos producere, etiam poſt didicita teſtificata, & licet ſit concluſum in cauſa. 56.

Vt docuit Innoc. *cum aliis in c. ultra tertiam. 52. ext. de teſtib. & in c. ſuborta. ext. de re judic. quod præter omnes viſus eſt & ſentire* Bald. *in c. 1. §. item ſi Vaſallus. circa princ. De controverſ. inveſtit. & tradit ſingulariter* Ant. de Butr. *in c. tàm literis. 33. ext. de teſtib. per gl. in ſimili in c. ex conquæſtione. ext. de reſtit. ſpoliat. quorum tamen dicta non adprobo pro nunc. Quamvis † enim communis DD. ſchola in hoc articulo, impedito indulgeat reſtitutionem: videtur tamen de jure dicendum, quod ſi quis eſt impeditus producere teſtes, ad* 57.

Digitized by Google

illos producendos poſt didicita teſtificata, non ſit opus reſtitutione, ſed
58. *admittatur ipſo jure.* Primò † *quidem, quia cum ex iſta ſubtractione probationũ reſultet quædam injuſtitiæ præſumptio contra ſubtrahentem, & ex hac videatur oriri calumnia præſumpta propter quam quis impeditur producere teſtes poſt didicita teſtificata: Ergò videtur admitti probatio ipſo jure: ſicut dicimus de judice inquirente: c. cùm clamor. 52. ext. de teſtib.* Secundò,
59. *quia † ſicut dolus judicis examinantis teſtem verus præponderat dolo præſumpto partis, quæ didicit teſtificata: undè iterùm poteſt teſtem examinatum producere, c. per tuas.*
60. *48. extr. eod. & tradit* Bald. *in d. c. 1. §. item, ſi Vaſallus. Ita † quoq; dolus partis adverſæ verus præponderat dolo præſumpto partis volentis producere teſtes. arg. l. item ſi obſtetrix. 9. in fin. ff. ad L. Aquil. Præ-*
61. *tereà, quòd, † quandò terminus probandi præfigitur à lege, vel ad proſequendam cauſam ſuam, ita quòd eo effluxo exſpiret cauſa & inſtantia, non currit terminus ipſo jure, ſi aliquis eſt impeditus facto partis, l. ſi, cùm ipſe. 41. ff. de excuſat. tutor. l. fin. C. de adult. Ergò dicendum*
62. *videtur ſimiliter in caſu noſtro, quòd † qui didicit teſtificata, ipſo jure non excludat volentem probare, ex quo fuit impeditus dolo partis adverſæ, ut docuit* Bald. *in d. l. fin. & in d. l. ſi, cum ipſe. 41. Econtrà*
63. *† videtur, quod non competat ſolùm facultas ipſo jure producendi teſtes, ſed, quod eſt fortiùs, nec ope reſtitutionis. Primò quidem, quia*
64. *† quando inſtantia cauſæ appellationis labitur per dolum partis adverſæ, non datur reſtitutio, ſed competit actio de dolo ad intereſſe. l. arbitrio. 19. §. pen. ibiq;* Bart. *ff. de dol. Si ergò non datur reſtitutio, cum per dolum partis perimitur tota cauſa & directò, multò minùs ubi per*
65. *indirectum, & maximè, quia † non ſemper contingit, quod per ſubtra-*
66. *ctionem probationis perimatur cauſa. Sed † tamen his non obſtantibus à communi ſententia non eſt recedendum. Nec in contrarium urget d. l. fin. & d. l. cum ipſe. 41. quia in caſibus illarum legum ceſſabat omninò cauſa excluſionis & curſus termini, & concurrebat dolus vel*

culpa.

culpa partis adverſæ. Ceſſabat enim negligentia propter impedimentum. Sed † in terminis noſtris, quamvis probatio fuerit ſubtracta dolo partis adverſæ, non tamen ceſſabat omninò ſuſpicio ſubornationis: 67.
quia cum hoc poterat ſtare, quòd pars quæ iſtos teſtes vult producere ſubornet eos: & ideò eligitur via media ut excludatur ipſo jure à facultate probandi. d. c. intimavit. 18. & tamen conceditur reſtitutio propter dolum partis adverſæ, & maximè, † quia iſta præſumptio diminuitur propter præſumptionem injuſtitiæ, quæ eſt contra partem 68.
adverſam; non tamen in totum tollitur: quia † eſt præſumptio juris, & illa, quæ reſultat contra eum, qui didicit teſtificata, eſt præſumptio juris & de jure. Novell conſtit. 4. tit. de teſtib. § quia vero. ibi illud. collat. 7. Non pariter ad rem pertinet, quod de dolo judicis eſt adductum. Cùm † fortior ſit dolus judicis, quàm partis ad inducendum, ut 69.
terminus non currat ipſo jure. Novell. conſtit. 82. tit. 2. § rurſus. col. 9. 70.

Concluſio XLI.

NIſi † alicui ſubtrahatur facultas probandi per dolum tertii, nam tunc non datur reſtitutio contra ſententiam, ſed competit impedito contra tertium actio ad intereſſe: *a* præterquàm in ſubſidium, ubi fortè tertius non fuerit ſolvendo, aliter quàm ſi extiterit ſolvendo. *b* 71.

a] *d. l. argentarius. 10. §. cùm autem. ff. de edend. & tradit prolixè* Bart. *in l. fin. §. fin. ff. de dol. mal. & declarant alii in l. 1. C. de condict. indeb. Quorſum ergo datur reſtitutio in terminis Concluſ. 35. & 36. cùm † ſufficiat actio ad intereſſe. d. l. argentarius. 10. §. cùm autem. Sed præterquàm, quod d. l. argentarius. 10. §. cùm autem. ut & d. l. arbitrio. 19. exaudiatur de dolo tertii, & non de dolo partis, & fortiùs † conſervetur jus alicujus impediti per factum adverſarii, quàm per dolum tertii. l. in teſtamento. 31. ubi* Bart. *ff. de condit. & demonſtr. hoc in d. l. argentarius. 10. §. cum autem. ſicut & in d. l. arbitrio. 19. ſpeciale † eſt propter rei judicatæ auctoritatem, ut adverſus eam non detur reſtitutio, licèt interveniat dolus partis, ſicut & circa eam multa alia ſunt ſpecialia prodita.* 72. 73. 74.

Yt poſt

Digitized by Google

Vt poſt per Bart. *tradunt communiter DD. in d. l. argentarius. 10. §. cum autem.*

Concluſio XLII.

75. QVando † nec tunc quoq; conceditur reſtitutio ex generali illa clauſula: *Si qua juſta cauſa eſſe videbitur:* ſi antequam renunciaratur teſtibus, vel publicaratur proceſsus, pars, quæ vult iſtos teſtes producere, ſciebat teſtes illos eſse informatos de cauſa, vel quòd juraverant non teſtificari.

76. *Vt cenſuit gl. in d. c. intimavit. 18. in verb. illorum. Quia, † ſi pars non obſtante juramento ſciebat ſe poſſe producere iſtos teſtes, voluntariè videtur ipſis renunciaſſe, vel ſaltem fuiſſe in lata culpa & diſſoluta negligentia. Sin verò credebat obſtante juramento iſto, non poſſe produci, tunc errabat in jure & erat in lata culpa: Et talibus non conceditur reſtitutio ex clauſula generali, etiamſi ſint læſi per dolum partis adverſæ vel judicis, ut tradit* Bart. *in l. ſervo. §. cùm Prætor. quæſt. ult. ff. ad Trebell. & fac. l. ab hoſtibus. §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. major. Et licèt* Bald. *aliter dixerit reprehendens* Bart. *in l. 1. col. 2. C. de condict. indeb. opinio tamen* Bart. *meliùs probatur jure,*
77. *& eſt verior: quia † ſi non ſuccurritur impedito, quando non fecit quicquid potuit, ut removeret impedimentum. l. quibus diebus. in princ. ff. de condit. & demonſtr. l. fin. in fin. C. de adult. quæ proprie loquitur in impedito ex facto partis adverſæ: multominùs ſuccurretur exiſtenti*
78. *in lata culpa. Datur † tamen caſus, in quo adverſus dolum partis conceditur reſtitutio ex clauſula generali, etiam exiſtenti in aliqua culpa, ſcil. levi. ut eſt text. in l. 1. in fin. ff. quand. de pecul. act. eſt annul. prout declarat* Bart. *in l. non fatetur. circa. med. ff. de confeſſ.*

Concluſio XLIII.

79. DIſsimiliter † atq;, ſi heres, qui ſuccedens creditori neſciebat, probabili ductus ignorantia, ſe habere quoſdam teſtes ad pro-

ad probandum debitum, petierit, *ſe ad teſtes producendos reſtitui*; nam is audiendus eſt, etiam poſt didicita teſtificata.

Quia † propter auctoritatem rei judicatæ multa inducuntur ſpecialiter, ut ſit litium finis. Cùm † autem heres juſtam habeat ignorantiæ cauſam. l. qui in alterius, 42. ff. de reg. jur. & † juſta ſeu probabilis ignorantia ſit juſtum impedimentum, ut concedatur reſtitutio, ubi non proceſſit ex dolo adverſarii, etiam adverſus didicita teſtificata, ut traditur in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de itin. actu, privat. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & in c. vigilanti. ext. de præſcript. ut ergò in aliis caſibus: ſic & ad producendos teſtes heredi conceditur reſtitutio. Quia † etiam publicatio & didiciſſe teſtificata, ſunt inducta ad rigorem juris conſervandam, ut adfirmavit Bart. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunciat. Atqui; † quando petitur reſtitutio adverſus ſententiam propter probationem noviter repertam, non datur reſtitutio, licèt quis juſtè ignoraſſet, ut eſt plenè apud omnes in l. 1. ff. de condict. indeb. & in c. ſuborta. ext. de re jud. Ergò & heredi non dabitur reſtitutio ex capite ignorantiæ, ut eſt communis opinio in d. l. 1. & in d. c. ſuborta. Hoc tamen tanquàm dubium non determino pro nunc, cùm nullus DD. quos legi hoc tangat.*

80. 81. 82. 83. 84.

Concluſio XLIV.

QVòd, † ſi pars adverſa liquidis probationibus oſtenderit, quod teſtis aliquid vel receperit vel promiſſum ei fuerit, *pro teſtimonio ferendo vel ne teſtimonium diceret*; & ob hoc teſtimonium tulerit, aut ferre detractaverit, non ſolùm ea allegatio & reproductio integra ſervabitur, *a* ſed etiam teſtis iſte, ubi contra corrumpentem depoſuerit, plenè probabit. *b* 85.

[a] *l. ſi quis. 13. in fin. C. de teſtib. Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib. §. quia verò. Collat. 7. c. 1. & c. ſicut 9. ext. eod. c. licèt. 9. ext. de prob. etiam in cauſa criminali. l. qui accuſare. c. 8. circa fin. ff. de accuſ.*

Digitized by Google

c. item, in verſ. item lege Julia. 4. q. 3. b] Bald. *in c. 1. col. 2. Si de inveſt. int. domi. & Vaſall. lit. oriat.* Felin. *in c. licet cauſam. 9. col. 5. ext. de probat.*

Concluſio XLV.

86. TEſtis † autem, quamlibet non poſsit teſtificari precio & datione vel promiſsione pecuniarū: *a* poteſt tamen precibus
87. induci ad deponendum. *b* Et † non ſolùm licet rogare teſtem ut teſtimonium dicat, ſed etiam licet parti inſtruere teſtem,
88. circa rationem ſcientiæ, ut melius deponat veritatem. Imò † & precio inducere, ut veritatem dicant, quando recuſant. *c*

a] *d. l. ſi quis, 13 in fin. & d. c. licet. 9. & d. c. 1. & d. c. ſicut. 8.*
89. *Teſtificatio † enim debet fieri gratis, ſicut judicium agitari cum omni*
90. *debet puritate. c. inſuper. De reſcript. in 6. Verbum † autem* gratis, *importat, quod non per pecuniam, quam judici dari non licet. d. c. in-*
91. *ſuper. Reddit † enim iſta datio ſententiam ipſo jure nullam. l. venales. 7. C. quand. provoc. non eſt neceſs. etiamſi dederit ſententiam juſtam, per tradita in l. 2. ff. de condict. ob cauſ. & in c. quis recte, 11. q. 3.*
92. *Parti † verò utrùm liceat dare pecuniam, ut patiatur contra ſe ſententiam ferri? videre eſt in l. 1. C. de pœn. judic. qui mal. jud.*

b] Hoſt. *&* Abb. *in c. 1. ext. de teſtib. ut & advertit* Bald. *in c. fin. ext. de appell. poſt* Archid. *in c. qui recte. 11. q. 3. quos retulit ſecutusq; fuit* Deci. *conſ. 189. col. 7. verſ. ſed ad iſta omnia.*

c] *Vt eleganter dixit* Bald. *in l. fin. col. ult. C. ſi ex falſ. inſtrum.*
93. *cùm † inſtructio neceſſariò non arguat falſitatem, ideò teſtis circa rationem inſtrui poteſt, ut veritatem dicat, per verba congrua.* Bald. *in d. c. licet cauſam. col. 12. & in l. data opera. col. 15. verſ. Et quid ſi probatur. C. qui accuſ. non poſſ. & in c. fin. col. ult. ext. de appell. &* Deci. *conſ. 189. col. 8. verſ. ſecundo reſpondetur.*

Concluſio XLVI.

94. NIſi † quòd ſalariati & ſubditi, ſi inducuntur in favorem com-

communitatis, non videantur eſse teſtes idonei, ubi præſertim ab ipſo communi habeant ſalarium.

Vt eſt apud Rota. *deciſ. 12. tit. de teſtib. in nov.* Domi. *in c. Romana. De teſtib. in 6.* Roma. *conſ. 320. in princ. & cenſuit gl. quò ad ſubditos in l. idonei. 10. ff. de teſtib. & fac. text. in c. accedens. 3. extr. ut lit. non conteſt. Et † licet multi contradicant: accedente tamen ſalario omnino ſuſpecti redduntur, & non dicuntur omni exceptione majores, juxta gl. & DD. in c. 1. ext. de conſang. & adfin. & in §. item verborum. in verb. idoneos. Inſtit. de inutil. ſtip. & tradit* Bald. *in l. optimam. 14. C. de contrah. ſtipul. quos in conſulendo eſt ſecutus* Deci. *conſ. 94. col. 1. verſ. primò, quia teſtes.* 98

DE FALSARIO.

PARS XXXIII.

1. Teſtis falſus, de quo crimine puniri poſſit? ex propoſito & ſine animo nocendi, quatenus teneatur ex delicto? nu. 3. & 4. ſuper cauſa homicidii, qualiter puniatur? nu. 5. & 7. an tunc ſaltem pœnæ fiat obnoxius, ſi accuſatus fuerit ut homicida condemnatus? n. 5. convictus de corruptione, an repellatur ut falſarius? n. 16. 17 & 18. & an ſimpliciter? n. 26. & 27. ut perjurus vel infamis teſtimonio expulſus, indicium an faciat? nu. 20. & 21. & quouſq;? n. 22. in uno, an & quomodo dicatur falſus in omnibus? n. 42. & 72. varius & ſibi contrarius, an probet? n. 56. ratione falſi, à quo judice puniri poſſit? n. 98. 99. & 103. delinquens teſtificando, de cujus foro efficiatur? nu. 96.

2. Falſi teſtis læſiones, quæ ſint?

6. Judex, quâ pœnâ teneatur, ſi in cauſa homicidii coëgerit teſtē dicere falſum? n. 7. requiſitus pro receptione teſtis, qualis eſſe cenſeatur? n. 100. in pœnalib. quādo exſecutivè poſſit procedere? n. 107. quid obſervare præ omnib. debeat? 115.

9. Declaratur text. in c. hæc imago. 33. quæſt. 5.

10. Sententia pro vel contra matrimonium illata, an ſit retractabilis ex teſtium falſitate? & quate-

quatenus ex corruptione? nu. 11. 13. 25. 26. & 27. in judicatum an tranſeat? nu. 15. ubi tranſierit, an teſtium probata corruptione vel perjurio revocari poſſit? nu. 30. 31. & 34.
12. Falſitas & corruptio an ſint connexa? n. 14. 15. 16. 25. & 32.
18. Jurare de malitia an ſemper habeat neceſſe, contra teſtium excipiens perſonas? nu. 21.
19. Teſtium atteſtatio; Se corruptus falſum dixiſse: cujus ſit effectus? nu. 22.
23. Excipi contra teſtes usq; quò liceat? nu. 36. & 37.
24. Præſumptio an ſit contra opponentem?
28. Confeſſio teſtis extrajudicialiter: Se data eſse pecunia ad dicendum falſum, allectum; facta, qualem probationē faciat? nu. 29.
31. Perjurium, quanti ſit effectus circa ſententiam? num. 33. an utroq; teſtem expellat teſtimonio jure? nu. 48. 49. 51. & 70.
32. Duellum cujuſmodi eſſe dicatur probatio.
35. Probatio, quæ ſit per teſtes, qualis cenſeatur in ſuo genere? nulla, à quibus ratificari quiverit? num. 39. impertinens, quid efficiat? num. 85.
38. Paciſci per partes utrum poſſit ſuper fide habenda vel non, teſtis falſum dicentis? & an contra bonos mores? nu. 40.
41. Vacillatio teſtium, quod importet? nu. 57. quatenus relevetur à falſo? nu. 84.
43. Dictum teſtis an pro parte impugnare poſſit, & pro parte acceptari? falſum in uno, quatenus irritetur in totum? nu. 45. an vitietur ex fortuito caſu? num. 63. ſuum, quando quiverit à teſte corrigi? num. 66.
44. Improbare, quid ſit?
46. Teſti num credatur mendaci? n. 77. & 79. perjuro? num. 47. & ſi dixerit aliud ſcripſiſſe notarium, quàm ipſe depoſuit? num. 91.
50. Perjurus an ſit infamis ipſo jure? teſtis an cenſeatur, ſi dixerit falſo ſuper uno articulo? numer. 64. & 65. in cujus judicis foro conveniri poſſit. nu. 96.
52. Regulæ qualiter ſtari oporteat? & quatenus? nu. 53. & 54.

Digitized by Google

55. *Fides teſti, quando dicatur individua & eſſe ſuſpecta.*
56. *Falſi ſuſpicio an quandoq; ceſſet in teſtibus? num. 63. & in quibus? num. 76. utrum excludatur per teſtium multitudinem? nu. 74.*
60. *Judex qualem circa teſtium atteſtationes poteſtatem habeat?*
61. *Intellectus c. qui falſa. 4. q. 3. & l. qui falſa. 20. ff. de teſtib. quis ſit?*
62. *Numerus major teſtium, quatenùs præponderet minori, & econtra?*
67. *Teſtamentum quando præſumatur ex parte falſum?*
68. *Subſcriptio teſtamenti per quem ſit recognoſcenda.*
69. *Habilitas teſtis, quot ſit inſpicienda temporibus? nu. 70.*
71. *Intellectus l. jubemus. C. de teſtam. quis ſit? & l. filius. §. ſequens. ff. de falſ. nu. 73.*
73. *Inſtrumentum, ſi eſt falſum in uno capitulo, quid juris?*
75. *Probationum cumulus, quid operetur?*
77. *Juramentum teſtis cujus ſit effectus, in perjuro?*
80. *Mendacium an ſimpliciter dicatur crimen mortale?*
81. *Ignorantia ubi tolerari poſſit?*
82. *Ignorans an videatur conſentire?*
83. *Error facilis eſſe in teſte ſolet?*
89. *Confeſſio facta per teſtem extrajudicialiter, an & quouſq; teſtem falſi arguat? nu. 90.*
92. *Scriptura, per quem probari debeat?*
91. *Notario an circa teſtium examinatione plus habeatur fides, quã teſti? n. 94. & qualiter? n. 93.*
95. *Notarius quot teſtes repræſentet?*
97. *Delegatus an punire teſtem falſum poſſit?*
101. *Diſtinctio* Ant. de Butr. *in c. fin. extr. de for. comp. circa falſi teſtis punitionem, refellitur? nu. 102.*
104. *Delictu in alio, quàm in loco delicti qualiter patratum intelligatur?*
105. *Fictio an in ſtatuto obtineat?*
106. *Pœna teſtis falſi, quæ eſſe poſſit? nu. 109. & 110. à quo judice arbitrariè ſit imponenda? num. 111. qua-*

111. quale conſtituat judicium? nu. 112.
113. Impetrans falſas literas, qualiter & quando puniri debeat? numer. 114. & per quem? num. 116.
116. Princeps ſummus à quibus ſit ſolutus.

Concluſio XLVII.

1. TEſtis † porrò deponens falſum non ſolum tenetur crimine falſi, ſed etiam de omni crimine & delicto, quod committitur occaſione illius pluralitatis, & ob id acerrimè puniendus.

c. ſicut, 8. ibi. de perjurio. ext. de teſtib. l. nullum. 12. C. eod.
2. *Offendit † enim teſtis falſidicus perſonas tres, Deum, judicem & partem. c. 1. ext. de crim. falſ. & d. l. nullum. 12. Et quidem* DEO, *quem contemnit, de quo contemptu ſatisfacere tenetur coram proprio ſacerdote: quia omnis anima ſua debet confiteri peccata proprio ſacerdoti. c. 1. & paſſim. extr. de pœnit. & remiſſ.* Judici, *quem decepit: & Innocenti quem lædit. d. c. 1. extr. de crim. falſ. Falſis enim in teſtibus tardè veritas requiritur. Quòd, ſi ſeparati fuerint, examini judicis cito manifeſtantur: & ſicut in unitate parvorum fortitudo magna eſt, ita in ſeparatione major infirmitas, & imbecillior, ut eſt apud* Iſidor. *lib. 3. de Sum. bon. c. 59.*

Concluſio XLVIII.

3. DVm † tamen delictum oriatur ex falſo teſtimonio principaliter dato à teſte in ſuo ſignificatu, nam tunc tenetur teſtis in utroq; tam in foro poli, quàm forò fori;
4. Secùs, † quando delictum, quod committitur, deſcendit ex falſo teſtimonio præter teſtis intentionem. Hoc etenim caſu, te-

ſu, teſtis, niſi in foro conſcientiæ, ut ſaltem ipſi imponatur pœnitentia pro crimine, nulli ſit obnoxius.

d. c. ſicut. 9. & tradidit Bald. *in c. 1.* §. *homicidium. De pac. juram. firmand. per l. 1. in princ. ff. de ſicar.*

Concluſio XLIX.

Hinc † teſtis, ſi teſtificatus eſt falſum in cauſa homicidii, punitur lege Cornelia de ſicariis tanquam homicida, ſicut 5.
† & judex, tenetur pœna legis Corneliæ, ſi pro homicidio falſas teſtationes faciendas, falſavè teſtimonia inſpicienda dolo malo conjecerit, procuraveritq́;. 6.

Vt contra Innoc. *in d. c. ſicut. 9. probat egregiè text. in d. l. 1. in princ. quem multùm exclamat* Bald. *in d. c. 1.* §. *homicidium. &* §. *injuria. in fin. ſi utiq; † dolo malo falſum teſtimonium dixerit. d. l. 1. in princ. Quia tunc judex tenetur lege Cornelia. d. l. 1. in princ. eadem ergò ratione & fortiùs, videtur teneri teſtis. d. l. 1. in princ. verſ. Prætereà.* 7.

Concluſio L.

Et † hoc in tantùm verum eſſe intelligitur, ut teſtis, ſicut homicida propter ipſius falſum teſtimonium puniri poſſit, etiamſi accuſatus ſit abſolutus de homicidio. 8.

Vt eſt textus ſatis clarus & notabilis in c. hæc imago. juxta fin. 33. quæſt. 5. Et † licèt aliqui dixerint contra, exponendo text. in d. c. hæc imago. teſtem accipi illic pro accuſatore: illa tamen expoſitio infert violentiam textui, ideoq; menti tenendum eſt quod dixi. 9.

Con-

Digitized by Google

Concluſio LI.

10. QVemadmodum † ſententia quoq; in caſu matrimoniali lata, omni caſu, ſivè teſtis depoſuit contra matrimonium, ſivè pro matrimonio, retractari poteſt, quando probatur de te-
11. ſtium priorum falſitate: Extrà, † quàm ſi probetur ſola corruptio per alios. nam tunc adverti oportet, utrum alter conjugum migraverit ad alia vota, an minùs? ut, niſi tranſierit ad alteras nuptias, ſententia divortii retractari non poſsit, ut cunq; alii, teſtium probaverint corruptionem.

Vt eo text. adducti diſtinguunt Joan. Andr. *&* Ant. de Butr.
12. *in d. c. ſicut. 9. quorum ſententiam & ipſe probo. Aliud † enim eſt probare falſitatem & aliud corruptionem, ut evincitur ex juribus, quæ citavit gl. in d. c. ſicut. 9. in verb. migravit. ibi. ſed hoc falſiſſimum.*
13. *Nec † huic ſententiæ, cui adhæreo, refragatur opinatio* Abb. *in d. c. ſicut. 9. dum adſerit, quod ſententia in d. c. ſicut. 9. poſſit retractari probata corruptione, ſivè conjuges tranſierint ad ſecunda vota, ſivè non: ſicut & alias generaliter quæcunq; ſententia, quæ tranſivit in rem ju-*
14. *dicatam, retractari poteſt: tùm, quia † probata corruptione, probata eſt præſumptivè falſitas.* Bart. *in l. divus. 32. ff. de re judic. tùm, quia ſi ex corruptione non præſumeretur falſitas, etiam ubi non eſſet tranſitum ad ſecunda vota, non deberet retractari ſententia, & tamen retractatur. Ergò datur intelligi, quòd probata corruptione, probetur falſitas, & per conſequens, quod etiam in alio caſu retractetur ſenten-*
15. *tia. Quandoquidem † rationes iſtæ, quibus motus fuit in oppoſitum* Abb. *nihil valent. Quia ex quo ſententia lata ſuper matrimonio non tranſit in rem judicatam, perindè eſt ac ſi eſſemus ante ſententiam.*
16. *Sed † ante ſententiam teſtis, contra quem probaretur corruptio, repelleretur tanquàm inhabilis & perjurus, non verò tanquàm convictus de falſo, ut declaravit* Joan. Andr. *in c. licet. 9. ext. de probat. Propter*

Digitized by Google

hoc ergò non ſequitur, quod ex corruptione ſit probata falſitas. d. c. licet. 9. Quid ita? cùm, † ſi teſtis repellitur prætextu corruptionis 17.
tanquam perſona inhabilis, & non tanquam falſus, videtur quod ipſum repellens non ſit ſimpliciter admittendus, niſi ſervata forma. c. præſentium. 31. extr. de teſtib. Sed in caſu d. c. ſicut. 9. non adparet, quod aliquid ex his, quæ traduntur in d. c. præſentium. 31. intervenerit, id eſt, proteſtatio vel juramentum, vel aliud quid. Quî ergò videtur quod teſtis poſſit repelli prætextu corruptionis, tanquàm inhabilis? Imò videtur, quòd ſit repellendus ceu falſus. Quod tamen verum non eſt: quia † juramentum de malitia non requiritur ubi- 18.
cunque conſtat judici evidenter per aliam conjecturam, quod probabiliter opponitur exceptio contra teſtes, ſicut in caſu noſtræ concluſionis ex d. c. ſicut 9. Per † hoc namque quod teſtes ipſi dicebant, Se eſſe 19.
corruptos, & falſum dixiſſe; *ſatis debet moveri judex ad inquirendum de corruptione; ut tradit* Innoc. *in d. c. ſicut. 9. Quî ſic? nonnè † dicimus, quòd teſtis, qui repellitur à teſtimonio, ut perjurus,* 20.
nullum faciat indicium? d. c. ſicut: 9. in fin. ibi. aliquatenùs admittendum. limitando etiam per hoc illud elegans dogma Bart. *in l. maritus. ff. de quæſt. & in l. admonendi. ff. de jurejur. &* Bald. *in l. ſervos. C. de teſtib. dùm dicunt: † quando teſtis qui repellitur ratione* 21.
infamiæ, examinatus facit indicium, per l. qui ultimo. ff. de pœn. niſi ſcil. à teſtimonio repellatur ut perjurus. d. c. ſicut. 9. in fin. ibi. aliquatenus admittendus. Sanè, † teſtis quidem non facit indicium, quò ad 22.
effectum probandi, ſed quò ad hoc dùmtaxat, ut tribuat juſtam inquirendi cauſam ſuper corruptione, vel excuſandi partem à præſumpta calumnia, propter quam, ut requiratur juramentum malitiæ ſatis videtur ſufficere. Sed † & exceptio, quæ repellit teſtem, repellit ipſum 23.
propter crimen, non propter odium vel favorem præſumptum, ſemper poteſt opponi, etiamſi nihil ſit proteſtatum. Nam † cùm jus præſu- 24.
mat contra opponentem, ſi non fuit proteſtatum, videtur eſſe eadem

Aaa *ratio*

25. ratio in omni exceptione. d. c. præſentium. 31. Nec † poteſt dici, quod
corruptio probat falſitatem probativè, & faciat retractari ſenten-
tiam in omni caſu, ubi probatum eſt, quod teſtes receperint pecuni-
26. am, ut falſum dicerent. Vbi † autem probatur ſimplex corruptio, id
eſt, quod receperint pecuniam ſimpliciter pro teſtificando, teſtes cor-
rupti repelluntur à teſtimonio & ſententia lata retractatur, ut con-
cordando dicta Bart. & Joan. And. animadvertit Abb. in d. c. li-
27. cet. 9. & in d. c. ſicut. 8. Quia † iſta diſtinctio videtur repugnare
textui in d. c. ſicut. 9. verſ. ſi verò. ex quo conſtat, quòd etiam ſim-
plici corruptione probata in uno caſu, retractatur ſententia, licèt illa
28. diſtinctio in ſe vera eſſe poſſit. Etſi † enim confeſſio partis facta extra
judicium, in quantum dixiſſet, ſibi datam fuiſse pecuniam pro
falſo teſtimonio dicendo, non faciat de falſitate niſi ſemiplenam
probationem, juxta gl. quam probavit Bart. in l. capite quinto in prin.
ff. de adult. & traditur prolixè in c. at ſi clerici. in princ. ext. de ju-
29. dic. † conjuncta tamen ſi fuerit cum corruptione, opinor quòd pro-
bet præſumptivè falſitatem, & multò fortiùs, ſi cum adſertione
partis tempore corruptionis concurrit adſertio teſtis, per ea, quæ ha-
bentur in c. per tuas. 10. extr. de probat. & in l. Eos. in princ. ff.
30. de falſ. Non quoq; difficultatem facit, quòd † ſententia, etiam quæ
tranſivit in judicatum, ſemper retractetur probata corruptione
poſt ſententiam, non quia probata corruptione præſumptivè ſit
probata falſitas, ut dixit Bart. in d. l. divus. 32. ſed, quia detegitur
teſtem eſſe perjurum. c. quoties. 4. & c. fraternitatis. 17. ext. de te-
31. ſtib. Et per hoc infert Abb. in d. c. ſicut. 9. generaliter, quòd, † quan-
docunq; teſtis detegitur perjurus poſt ſententiam, ſemper ſit ſententia
retractanda. Moveturq; per text. in d. c. ſicut. 8. in fin. verſ. non e-
nim. & ratione, quia teſtis eſt perjurus. d. c. ſicut. 9. in fin. Quæ ratio,
cùm ſit generalis ad omnem ſententiam. Ergò generaliter eſt intelli-
32. genda. Quoniam † ad hoc reſponderi poteſt unico verbo, quod probata
corru-

corruptione non probetur falſitas, niſi teſtis depoſuerit falſum in uno capitulo ex his, quæ immediatè pertinent ad negotium deductum in judicio; ut ſuprà part. 31. Concluſ. 20. num. 5. 8. & 9. & Concluſio. 21. num. 22. expoſuimus. Quia † ex quo conſtat, teſtem eſſe perjurum, 33.
palàm efficitur, quòd ſententia fuerit lata ex probatione reprobata. Ergò nulla. c. 2. ubi per Joan. Andr. *ext. de purg. vulg. &* Bald. *in l. libertorum. C. de teſtib. Sed hæc ratio parùm urget, quia † text. in* 34.
d. c. 2. loquitur de probatione reprobata in ſuo genere, ut eſt probatio per duellum. d. c. 2. Probatio † autem per teſtes non eſt reprobata in 35.
ſuo genere, aliàs, ſequeretur, quòd † omnis exceptio, quæ penitùs repel- 36.
lit teſtem, poſſet allegari poſt ſententiam: quia probata exceptione conſtaret ſententiam latam eſſe ex probatione reprobatam, quod eſt ridiculum, & contra c. 1. ext. de excep. Præterea, † ex hoc ſequeretur, quòd 37.
de falſitate ſimplici teſtium, ſemper poſſet dici poſt ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam: quia probata falſitate, probaretur perjurium, & tamen hoc non eſt verum, ut tradunt communiter DD. in d. c. licet cauſam. 9. & in d. l. Divus. 32.

Concluſio LII.

QVinimò, † ſi conſtat judici teſtem dixiſse falſum, non po- 38.
teſt fieri ex conſenſu partium, ut judex debeat credere tali teſti. *a* licèt † aliàs probatio nulla poſsit per partes ratificari. *b* 39.

a] Bart. *in authent. at, qui ſemel. C. de probat. quia † tale pactum* 40.
eſſet contra bonos mores, & adverſus leges, eoq; non valet. l. juris gentium. 7. §. Prætor ait. ff. de pact. Teſtes enim, † qui adverſus fidem 41.
teſtationis ſuæ vacillant, audiendi non ſunt. l. 2. in fin. ff. de teſtib. Imò, qui falſa vel varia teſtimonia dixerunt à judicibus competenter puniuntur. l. qui falſa. 20. ff. eod. l. Eos, qui. ff. de falſ.

b] *Juxta gl. in c. cum cauſam. 37. in fin. ext. de teſtib. & in l. fin. ubi* Bald. *C. eod.* Joan. Andr. *ad* Specul. *tit. de teſtib. §. ſæpè. in 1. addit. & §. 1. verſ. quid ſi vidit.* Ant. de Butr. *in c. cùm dilectus. col. 12. verſ. ſin autem teſtes. & ibi* Joan. de Imol. *extr. de conſuetud. & alii, quos retulit* Marſ. *in rub. C. de probat. num. 277.*

Concluſio LIII.

42. TEſtis † autem falſus in uno eatenùs eſt falſus in omnibus: a quatenùs pars nihil opponat, aliter atq; , ſi pars ſimpliciter reprobet unum dictum teſtis, tanquam falſum: & multò fortiùs, ſi expreſsim dixerit: *non velle impugnare alia teſtium dicta.* b

a] *c. ſi ad ſacras. diſt. 9. c. plura. 3. q. 9. c. fraternitatis. 17. ext. de teſtib. l. ſi ex falſis. 42. C. de tranſact. & tradit* Innoc. *in c. fraternitatis. ext. de hæret. & reſpondit* Oldr. *conſ. 37.* Bald. *in d. l. ſi ex falſis. 42. col. fin. quos eſt ſecutus* Alex. *conſ. 27. col. 2. lib. 2. ubi atteſtatur, quod iſta ſit communis opinio, ut retulit idem* Alex. *conſ. 44. col. 4. lib. 2. fac. quod not. gl. &* Bart. *cum aliis in l. 1. §. ſi quis neget in princ. ff. quemad. teſta. aper. & poſt eos conſuluit* Deci. *conſ. 105. col. 4. verſ. ſimiliter teſtis ultimus.*

43. b] *Videtur † enim eſſe in poteſtate partis pro parte impugnare di-*
44. *ctum teſtis, & pro parte adprobare tacitè, vel expreſſe! quia † non adprobare eſt improbare. l. procurator. in fin. ff. rem rat. haber. & ita expreſſe dicit* Abb. *in c. nonnè propè fin. extr. de præſumpt. & ante eum* Bart. *in l. quò enim. ff. rem. rat. haber. ubi clarè dicitur, quòd, ſi poſt actum geſtum abſente me ſuperveniat ſcientia abſentis, cum taciturnitate, iſtud non ſit adprobare, quando actus eſt præjudicialis.*

Concluſio LIV.

45. QVapropter, † ſi teſtis convincitur de falſo in uno, totum ſuum dictum vitiabitur, ut ſit totum falſum: a nec ſolùm

quan-

quando falſum depoſuit ſuper articulo ſubſtantiali, ex quo pendet victoria cauſæ, ſed etiam ſi deponit ſuper articulo incidenti, cujus veritas qualificat totam cauſam. *b*

a] *Vt aperuit gl. in c. in noſtra. 32. in verb. adverſa. ibi. idem videtur. ext. de teſtib. circa quam multa tradidit* Specul. *tit. de teſtib.* §. *1. verſ. item, quod adjunxit aliquid de ſuo. &* Innoc. *in c. fraternitatis. extr. de homicid. & eſt apud* Bart. *in l. ſi ex falſis. C. de transact. & in l. ſcribit Quintus. ff. de aur. & arg. legat.*

b] *Vt concludunt* Bald. *&* Salic. *ſequendo* Innoc. *&* Oldrad. *in d. l. ſi ex falſis. non tamen ex eo, quaſi & in reliquis præſumatur falſus, ſed quia ſine iſto articulo principali reliqua dicta non proſint parti.*

Concluſio LV.

UT † exindè, non credatur teſti in aliquo capitulo, ſi dixerit: *Se non eſſe Conſanguineum*, cùm tamen ſit conſanguineus: aut ſuper uno articulo penitùs diverſo ab aliis. 46.

Vt poſt jam citatos tradunt communiter omnes in d. c. in noſtra. 32. & in d. l. ſi ex falſis. nam iſta qualitas diminuit fidem teſti, reſpectu totius negotii, per text. in c. pura. 3. q. 9. & c. ſi ad ſacros. diſt. 9. quia † teſti perjuro non creditur. c. ſuper eo. 13. c. teſtimonium. 53. 47.
extr. de teſtib. Quæ † ratio concludit quidem habito reſpectu ad jus 48.
Pontificium, quo etiam in alio judicio & negotio penitùs diverſo, teſtis perjurus non admittitur. d. c. teſtimonium. 53. at verò relatione facta ad jus civile, ratio erit magis dubia. Nam ſi dicimus, ſicut egregiè docuit Bald. *in l. ſi uteris, circa fin. C. de fid. inſtrum. quòd † etiam* 49.
de jure civili teſtis perjurus repellatur à teſtimonio in alia cauſa, ut ſit ſpeciale in illo crimine, ſi perjurium fuerit commiſſum in dicendo falſum infamia teſtis, adhuc procedit prædicta ratio. Sed tenendo contrarium, prout ipſe & meliùs tenuit Bald. *in l. 2. C. de fideicom.*

 libert.

libert. illa ratio non erit bona, & videtur contrarium verius; quia
50. *† text. in l. Lucius. 20. ff. de his, qui not. infam. dicit, quod teſtis, qui commiſit perjurium, dicendo falſum, non eſt infamis ipſo jure. Lex*
51. *† autem Canonica non repellit teſtem ratione criminis, ſed ratione infamiæ. c. ſuper eo. 13. extr. de teſtib. l. 3. §. lege* Julia. *ff. Eod. Nam cùm non reperiatur hoc ſpecialiter ſtatutum in perjuro, ſtabimus re-*
52. *gulæ, quæ † attendi debet, etiamſi aliqua fallentia ſint in contrarium. l. ab ea parte. ff. de probat. quam ad hoc citat* Bart. *in l. ex quacunq. col. 1. verſ. reſpondeo ex hac. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. & tradit* Innoc. *in c. prætereà. ext. de dilat. &* Jaſ. *in d. l. ex quacunq. col.*
53. *7. verſ. notavi iſtam doctrinam. Regulæ † enim juris ſunt tenaciter ſervandæ, niſi in contrarium adpareat diſpoſitio ſpecialis, ut dixit* Bald. *in l. ſi tutor. in fin. ff. de adminiſtr. tut. per l. omnis. 202. ff. de*
54. *reg. jur. ut † ſic ſtandum ſit regulæ, donec ex adverſo de exceptione doceatur, ex ſententia* Albert. de Roſat. *conſ. 59. part. 59. part. 2.* Jaſ. *in l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. &* Bald. *in c. 1. verſ. in petitione quoq. ext. de alie. judic. mut and. cauſ. Melior ergo eſt*
55. *ratio quam in hoc caſu adſignant DD. in d. l. ſi ex falſis. quia † reſpectu unius cauſæ in qua teſtis jurat, fides ejus videtur eſſe individua, & proptereà ſuſpecta, ſi dicit falſum in una.*

Concluſio LVI.

56. QVomodo † etiam teſtis, ſi eſt ſibi contrarius vel varius in ſeipſo, ut de falſo ſuſpectus, à teſtimonio repellitur: *a* ſecùs atq; , quando unus vel duo reprobentur à pluribus, quibus eſt ſtandum. *b* nam tunc teſtes illi pro falſis non habentur. *c*

a] *c. licèt cauſam. 9. ibi. quanquàm. ext. de probat. l. qui falſa. 20.*
57. *ff. de teſtib. l. Eos, qui. ff. de falſ. l. nullum. C. de teſtib. Quia † contradi-*

tradictio vel varietas in eodem teſtificatu notoriè arguit calumniam & falſitatem teſtis: Vnde † judex pro arbitrio ſuo habet in hoc poteſtatem, quantùm credat teſtibus. l. 3. §. tu magis. ff. eod. & debebit talem teſtem omninò repellere ex præſumptione c. ſemel. 8. De reg. jur. in 6. & ſic † intelligitur c. qui falſa. 4. q. 3. & d. l. qui falſa. 20. 60. 61.

b] *Per text: in c. in noſtra. 32. extr. de teſtib. nam † teſtes in majori numero præferuntur minori numero, data paritate honeſtatis & qualitatis dictorum, & numerus minor teſtium præfertur majori, propter auctoritatem majoris numeri. d. c. in noſtra. 32.* 62.

c] *Falſa † enim videtur doctrina DD. qui in d. c. in noſtra. 30. contrarium cenſuerunt, ut probatur ratione & lege. Ratione, quia inhabilitas ſuperveniens teſti poſt depoſitionem ipſius, non vitiat dictum ſuum, ut traditur in l. 3. §. lege* Julia. *ff. de teſtib. & in l. ad teſtium. 22. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Sed † teſtis deponens ſuper uno articulo falſum, non videtur eſſe perjurus antequàm deponat ſuper aliis articulis. Ergò in aliis non repelletur. Quod autem non videatur eſſe perjurus, probatur ex eo, quia † licèt aliquando poſſit procedere depoſitio ſuper articulo falſo, & ſic ordine temporis priùs videatur teſtis eſſe perjurus, qui deponit ſuper veris capitulis: tamen ſecundum intellectum juris omnia quæ dicuntur à teſte antequàm habeat teſtificatum pro abſoluto, videntur ſimul dici; quia incontinenti ante actum perfectum omnia ſimul in perfectione actus videntur fieri. Et † inde eſt, quod teſtis ante abſolutum teſtificatum poteſt corrigere dictum ſuum, c. præterea. ext. de cogend. teſtib. Et probatur iſta concluſio in l. lecta. & ibi per* Bart. *ff. ſi cert. pet. & in l. juris gentium. 7. ff. de pact. & in l. petens. C. Eod. Quibus eſt conſequens dicere, non eſſe diſtinguendum, utrùm depoſitio præcedat ſuper falſo capitulo, an ſequatur ? ſicut dixit* Bald. *in c. 1. collat. 2. De controverſ. inveſtit. Et ideo ipſe* Bald. *reprehendit illud dictum in l. fin. in 4. oppoſit. C. de edict. divi Hadr. toll. & etiam hoc videtur probari in l. ju-* 63. 64. 65. 66.

67. *in l. jubemus. §. 1. & ibi per* Bald. *C. de teſtam. ubi dicitur, quod † ſi nomen heredis non ſcribitur per teſtatorem, vel nominatur. præſumitur in illa parte teſtamentum falſum, & tamen valet teſtamentum in*
68. *aliis capitulis & ſubſcriptio teſtium, & quia † ſubſcriptio facta per teſtem debet recognoſci, ut habeat effectum. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſtam. aper. Ideò, præſumitur falſa pro parte, in reliquo tamen valet dictum teſtis. Sed ad primum argumentum, tenendo*
69. *communem opinionem, poteſt dici, quòd, † etſi teſtis, qui deponit, non poſſit adhuc dici falſus vel perjurus, ut ſic videatur ſufficere, quòd tempore depoſitionis ſit habilis, juxta gl. in l. notionem. 99. §. inſtru-*
70. *mentorum. ff. de verb. ſignif. tamen † cum iſta inhabilitas ſuperveniat incontinenti poſt teſtificatum, ut ex cauſa quæ trahit originem ab ipſo teſtificatu, utiq; videtur ineſſe, l. 3. C. de ædil. edict. & tenet* Bart. *& clariùs* Bald. *in l. in bonæ fidei. C. de pact. & fac. text. in*
71. *l. ſi rem. §. fin. ff. de pignor. actio. Ad † l. jubemus. C. de teſtam. dicendum eſt, quod loquitur in illo falſo improprio & irregulari inducto ex quadam præſumptione, in quo non habet locum doctrina Doctorum:*
72. *Imò † teſtis falſus uno modo in uno capitulo, non erit in reliquis. l. filius. §. ſequens. ff. de falſ. per quem text. ſic docuit* Bald. *in l. 2. C de*
73. *fideicom. libert. Sed, † quia ille text. in d. l. filius. §. ſequens. loquitur de falſo inſtrumento præſumptivè, in quo etiam ſi verè falſum committitur in uno capitulo, inſtrumentum non eſt falſum in alio capitulo ſeparato, d. l. filius. §. ſequens. Ideò iſta concluſio meliùs probatur per d. l. jubemus. quam* Bart. *non adduxit.*

Concluſio LVII.

74. SEd † &, quando multi teſtes, vel ab eadem, vel à diverſa parte producti, reprobentur ſinguli in aliquibus articulis à pluribus, tunc propter paritatem reprobationis neuter, ni fallor, cenſebitur eſſe reprobatus de falſo, licèt in illo articulo, in quo

quo reprobatur teſtis, credatur pluribus, & melius deponentibus.

d. c. in noſtra. 32. ibiq; gl. ſicut † dicimus quando probationes ſunt hinc inde pares. nam tunc conflictus probationum impedit ſe adinvicem & rem obſcuram facit. c. licèt cauſam. 9. ext. de probat. Et hæc conſideratio, ceu nova, eſt ſummè notanda. 75.

Concluſio LVIII.

HOc † amplius à falſo relevatur teſtis, ſi falſo depoſuerit ſuper articulo non pertinente ad cauſam: *a* ſi in uno articulo dixerit falſum ignoranter: *b* vel, quando teſtes convincuntur ſuper uno articulo de mendacio à pluribus vel melioribus, & omnes deponunt de his, quæ conſiſtunt in peritia artis. *c* 76.

a] *Quia ſuper illo articulo videtur deponere non juratus. l. ſi quis libertatem. 6. ff. de petit. hæred. l. ſi duo patroni. §. idem Julianus. & ibi, per* Bart. *ff. de jurejur. Ergò talis teſtis non eſt perjurus, etſi † ſit mendax, nec repellitur à teſtimonio in aliis, & ideò, taliter deponens non punitur pœna falſi, ſecundum* Bart. *qui hoc ita tradit in l. eos, qui. in fin. ff. de falſ. Cùm dicatur potiùs perjurus, quàm falſus falſitate punibili, quia illa falſitas non lædit partem in aliquo, juxta l. damus. C. de falſ. & tradit* Bart. *in l. ſi quis legatum. ff. eod. Operaretur † ergò illa juramenti forma, quòd quia teſtis convincitur, de perjurio, non credatur ſibi in aliis capitulis. Et † hoc verũ intelligitur de jure civili, ſed de jure Canonico eſt majus dubium, quoniam non poteſt negari, quod qui dixit falſum ſuper capitulo impertinenti, doloſe mentitus eſt. Ergò debet repelli tanquam criminoſus. c. ſuper eo. 13. ext. de teſtib. Unde non poſſet procedere quod diximus, niſi dicatur, quòd † quia eſt mendacium nulli præjudicans, non dicatur peccatum mortale & tale crimen, quod excludat à teſtimonio, de quo in* 77. 78. 79. 80.

B b b c. in.

c. in ſumma. 22. q. 1. & in c. teſtimonium, 51. ext. de teſtib. b] Quia tunc non eſt perjurus teſtis, nec eſt aliqua ratio, quæ repellat eum in reliquis ut adfirmavit Bald. in d. l. ſi ex falſis. quæ † ignorantia teſtis,
81. tanquàm in facto alieno facilè præſumitur. l. fin. in fin. ff. pro ſuo. Ideò
82. ex taliuſmodi depoſitione non dicitur conſenſiſſe in falſum, quia † ignorans non dicitur conſentire. c] Nam cum in talibus cadat probabilis error, & deceptio. c. propoſuiſti. 4. ext. de probat. merito, † ſi
83. teſtis convincitur per plures in uno capitulo, præſumetur potiùs quòd depoſuerit ex errore, quàm ex dolo. l. quoties, §. tantummodò: ibiq; Bart. ff. de hered. inſtit.

Concluſio LIX.

84. IDeoq; , † ſi teſtis variat circa ea, quæ nullo modo pertinent ad negotium, non incidit in falſi crimen: a niſi forte juraverit dicere veritatem, *de omni eo, quod interrogabitur.* b

a] *Vt tradit* Bart. *in l. Eos, qui. in princ. ff. de falſ. cum dictum*
85. *ejus non accipiatur pro teſtimonio: quando † probatio omninò impertinens, ſit nullius effectus, ut docuit* Bart. *in l. ſi duo. §. idem Julianus. ff. de jurejur.* b] *Vt advertit pro ſingulari* Bald. *in c. 1. col. 3. De controverſ. inveſtit.*

Concluſio LX.

86. AT verò † non aliter teſtis, qui deponit falſum ignoranter, relevatur à falſo, quàm ſi error probabiliter poteſt tolerari in teſte, vel præſumi vel ex oblivione, vel aliundè, ut indè, ſi teſtis deponat de facto multum antiquo, poſsit audiri allegans errorem: a aliàs teſtis allegans ſe errasſe, non audietur. b

a] *Juxta tradita in c. fin. extr. de confeſſ. & in l. non fatetur.*
87. *ff. eod. Qui † enim errat, non adprobat. l. ſi per errorem. ff. de jurisd. omni. jud. l. 3. in fin. C. de falſ. Cum conſenſui nihil ſit tàm contrarium, quàm*

um, quàm error. l. nihil. 117. ff. de reg. jur. ut proinde non videantur conſentire, qui errant. d. l. nihil. 117. in fin. & d. l. ſi per errorem.

b] *Cùm † debeat deponere de his, quæ cadunt in ſenſum ſuum,* 88. *& quodammodo in facto proprio, ut eleganter dixit* Specul. *qui ſic debet intelligi tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod adjunxit aliquid de ſuo.*

Concluſio LXI.

PEr † confeſsionem quoq; à teſte factam extra judicium, 89. non convincitur teſtis de falſo; ſi poſtea contrarium dicat in judicio; *a* niſi † timens teſtis vacillationem fecerit priùs eum 90. extra judicium interrogari, nam ſi tunc poſtmodum dixerit contrarium in judicio, licèt cum juramento, fides ei non adhibetur, quinimò & puniri de falſo poteſt. *b*

a] *Vt probatur per text. &* Bald. *in c. 1. §. ſi enim. Quid ſit inveſtit. & traditur per omnes ferè reprehendentes* Barb. *in c. cùm cauſam. ext. de teſtib.* b] *Per doctrinam* Bart. *in l. Eos. ff. de falſ. quam notabilem dixit* Abb. *conſ. 52. nu. 3. part. 1. & eſt ſecutus* Ant. de Butr. *in c. cùm in tua. col. ult. ext. de teſtib. & quatenùs hac ſententia* Bart. *ſic ut retuli non declararetur, morderi illa inſigniter poſſet, de quo alibi.*

Concluſio LXII.

QVòd, † ſi teſti objicitur, *falſum dixiſſe*; ille autem excuſan- 91. do, ſe, replicat, *quòd notarius aliter ſcripſerit, quàm ipſe depoſuit*: hoc caſu potiùs ſcripturæ, quàm teſti erit ſtandum, & per conſequens non teſti, ſed notario eſt credendum.

Quoniam † ſcripturæ veritas, ſi res popoſcerit, per ipſum debet 92. *probari auctorem. l. ſi quis decurio. 21. in fin. C. de falſ. & ob id ei ſoli creditur. Novell. conſtit. 3. de fid. inſtru. §. ſi verò omnes. Collat. 6. & gl. in d. l. ſi quis decurio. 21. in verb. auctorem.*

Digitized by Google

Concluſio LXIII.

93. Etiam † tunc, quando uterq;, hoc eſt, tam teſtis; quam notarius ſit bonæ conditionis & famæ, & ſive judex examinaverit teſtem & notarius ſcripſerit, ſive notarius ipſe examinaverit & ſcripſerit ex commiſsione judicis. Vtrobiq; enim credi notario debet, *a* niſi † quod ſi notarius eſt bonæ & teſtis ma-
94. læ famæ, aut ex diverſo teſtis bonæ & notarius malæ famæ, illi credi oporteat, qui eſt integræ famæ. *b*

[a] *Vt tradit* Ant. de Butr. *in c. in noſtra. 30. extr. de teſtib.*
95. *maximè, † quia notarius obtinet vicem duorum teſtium, & eſt perſona publica, quia juravit, ſe velle ſuum officium legaliter exercere, ideò debet notarii ſcriptura prævalere. arg. l. Domitius. ff. qui teſtam. fac. poß.* [b] *Vt animadvertit* Odofr. *in l. eos, qui. ff. de falſ. arg. l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit. & l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de teſtib.*

Concluſio LXIV.

96. Teſtes † autem, quorum voces falſitate vel fraude non carent, poſſunt à cunctis judicibus, coram quibus falſum dixerunt teſtimonium, ſine ullo præſcriptionis obſtaculo com-
97. petentur puniri, ſivè illi ſint ordinarii ſivè delegati. Quando † & delegatis, pro qualitate videlicet delicti animadvertendi ſit licentia data.

l. nullum. 12. C. de teſtib. l. qui falſa. 20 ff. eod. l. eos, qui. ff. de falſ. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. c. ex literis ext. de offic. deleg. Novell. conſtit. 4. tit de teſtib. §. Si verò, collat. 7. Falſus
98. *† enim teſtis delinquens in officiis teſtificationis, efficitur de foro judicis coram quo teſtificatur, nec habet aliquod privilegium, nec immunitatem, propter quam poßit evitare pœnam pro modo judicis imponendam.* Bald. *in d. l. nullum. 12.*

Con-

Concluſio LXV.

SI tamen teſtis ad alterius judicis requiſitionem coram alio judice juratus & examinatus falſum depoſuerit, ratione falſi puniri debet non à judice examinis, ſed per judicem, coram quo cauſa vertitur. 99.

Vt eſt communis propemodum concluſio, atteſtante Specul. *tit. de teſtib.* §. *1. Quia † judex qui recipit teſtem ad commiſſionem ſeu requiſitionem alterius, quantum ad hoc agit ut judex delegatus. l. 1.* §. *1. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict. Quemadmodum ergò ſi qua cauſa mandanda eſt privato, poſſet punire teſtes, ſi falſum dicant coram eo, etiam extra territorium, Novell. conſtit. 4. tit. de teſtib.* §. *Si verò ignoti. collat. 7. qui text. ſimpliciter & indiſtinctè loquitur; ſic idem videtur in iſto ordinario. Et hanc ſententiam probavit* Bald. *in d. l. nullùm, 12. Nec † placet diſtinctio, quam fecit* Anton. de Butr. *in c. fin. extr. de for. compet. utrùm videlicet teſtis ſciverit in territorio: alio cauſam agi; an verò ignoraverit? ad effectum, ut ſi ſciverit, poſſit puniri in alterius territorio: quia videtur delinquiſſe ratione animi. Sin verò ignoraverit, debeat puniri in loco ubi depoſuit, quaſi non habuerit animum alibi delinquendi. Nam † falſa eſt hæc diſtinctio: quoniam in delicti punitione non attenditur animus delinquentis, ſed ſubjectum, in quem delinquitur. l. cum, qui.* § *fin. ff. de injur. l. quoniam. C. ad L.* Jul. *de vi priva. & tradit prolixè* Bart. *in l. divus. ff. ad L. cornel. de ſicar. Vt ita non ſit attendendum dictum teſtis, ex quo principaliter delinquitur ſuper cauſa. Cauſa autem reſpicit judicem alterius territorii. Ergo & teſtis falſidicus per eum puniri debet, ut qui per ipſius falſum teſtimonium eſt offenſus.*

100. 101. 102.

Concluſio LXVI.

103. QVando † præſertim judex coram quo cauſa ventilatur, punire voluerit teſtem ſecundum jus commune: alias, ſi ex forma ſtatuti loci judicis cauſæ punire cum velit, hoc facere non poterit, ſed puniendus erit teſtis falſidicus à judice loci domicilii ſeu examinis.

104. *Quia † in loco ubi cognoſcitur de cauſa, delictum videtur fictè*
105. *commiſſum, & non verè, ut dixit* Bald. *in d. l. nullum. 24. Sed † ſtatutum non verificatur in caſu ficto. l. 3. ff. de negot. geſt. l. ſi quis major: 41. C. de transact. Ergò non videtur habere locum in caſu iſto. Super quo tamen ambigo non parùm, cùm communior ſententia ſit in oppoſitum, ut diximus in* Tractat. de for. compet. *Cent. 1. concluſ. 38. part. 1.*

Concluſio LXVII.

106. ET † teſti dicenti falſum coram judice, infligitur pœna pro delicti qualitate arbitraria, incipiendo confeſtim ab exſecutione, ſicut imponitur ſcribenti literas ſub nomine totius capituli, inſcio tamen capitulo.

d. l. nullum. 12. d. l. qui falſa. 20. ubi gl. in verb. puniuntur. c. tam
107. *literis. 31. ext. de teſtib. Nam † cum proceditur imponendo pœnam,* Sine proceſſu & figura judicii, *poteſt judex incipere ab exſecu-*
108. *tione, & committendo exſecutionem videtur pronunciare. Nec † habet locum tunc l. 1. C. de exſecut. rei judic. quæ dicit, quòd judex non poteſt incipere ab exſecutione, ut tradit* Bart. *in extravag. ad repri-*
109. *mendum in verb. figura. Et † quia pœna teſtis falſi eſt arbitraria & incerta, d. l. nullum. 12. ſemper debet judex in dubio eligere viã tutiorem, pro proceſſu, ad hoc, ut judicium ex poſt facto non poſſit irritari.*
110. *Quandoquidem † judex teſti falſò conſideratis circumſtantiis, poſſit imponere nedum pœnam pecuniariã. d. l. nullum. 12. ſed etiam pœnam corporis, ut cenſuit gl. in d. l. qui falſ. 20. in verb. puniuntur.*

Con-

Digitized by Google

Concluſio LXVIII.

NIſi † judex ille, coràm quo teſtis falſum dixerit teſtimonium, habuerit juriſdictionem dumtaxat civilem, & non criminalem. nam judex cauſarum civilium non poteſt extra ordinem & arbitrariè pœna delicti punire teſtem, ſed debet eum remittere ad judicem criminalem. 111.

Vt traditur in d. l. nullum. 12. & in c. 1. ext. de crimi. falſ. per Bart. *in l. Divus. in princ. ff. de falſ. &* Anton. de Butr. *in d. c. 1. Vbi † enim imponitur pœna arbitraria ex officio judicis, judicium eſt criminale & non civile, ut reſpondit* Schurff. *conſ. 48. Cent. 3. & docuit* Arct. *in rub. ext. de judic. in fin.* 112.

Concluſio LXIX.

SIcut † autem ille, qui teſtificando coràm judice dicit falſum, poteſt ſine novo proceſſu puniri extra ordinem: *a* ita quoq; ille, qui per falſas literas atteſtatur falſum coram judice, etiamſi non atteſtetur in forma teſtis, ſed in forma inſtructoris, ſine ullo eſt puniendus accuſatore. *b* 113.

a] *d. l. nullum. 12. d. c. 1. ext. de crimi. falſ. l. 1. §. prætereà ff. de ſuſpect. tutor. ſervata † tamen æquitate, ſemper in humaniorem partem inclinando judicem, ſecundum quod perſonas, loca & cauſas poſtulare viderit, ut dixit* Jaſ. *in l. placuit. 12. col. 1. in fin. verſ. item extende iſtam regulam. C. de legib. Judex † enim ſemper æquitatem præ oculis habere debet. l. quod ſi Epheſi. in fin. ff. de eo, quod cert. loc. l. 2. §. item ratus. in fin. ff. de aq. pluvia. arcend.* 114. 115.

b] *c. tàm literis. 33. ibi. ab officio. ext. de teſtib. ut † ita neceſſe non ſit adiri ſummum Principem, ut quidam opinantur, qui non ligatur ad juris ordinis obſervantiam, & ſic alius judex inferior non poſſit: quia etiam quilibet judex hanc pœnam poterit imponere, ex ratione ſupra Concluſ. 66. relata, & tradunt* Hoſt. *&* Joan. Andr. *in d. c. tàm literis. 31. dum remittunt ſe ad tradita in c. 2. ext. de confeſſ.* 116.

Digitized by Google

PRACTICAR. CONCLVS. DE FALSORVM DICTIS TESTIVM, ad Concordiam reducendis.

PARS XXXIV.

1. *Dicta teſtium qualiter ſint interpretanda? reduci quando poſſint ad concordiam vel non? nu. 4. 8 9. 57. 66. 68. 73. & 74. ad quid? nu. 11. & in quem finem? n. 13. 49. & 50. an vitientur ex qualibet contrarietate? nu. 56. non veriſimilia an probent? nu. 57. 60. 65. 68. 74.*
2. *Falſus teſtis ubi probet? & quouſq;? nu. 4.*
3. *Leges contrariæ quando ſint conciliandæ?*
5. *Probatio dubia an eſſe alicujus effectus poſſit? teſtium, an prævaleat probationi inſtrumentali? nu. 37. qualis eſſe regulariter debeat? nu. 58. quando dicatur ſuſpecta? nu. 68. indefinita quatenùs cedat probationi univerſali? nu. 72. quando non dicatur concludens? nu. 74. & 76. qualis eſſe debeat? nu. 77. concludere qualiter debeat? nu. 79.*
6. *Teſtis mendax quatenùs probationem faciat pro adfini ſuo? quomodo teneatur? nu. 7. ſi interrogatus ſuper ætatis majoritate, vel contractus qualitate, reſponderit:* Se neſcire, *an probet? nu. 23. & 24. de jure an debeat deponere? nu. 25. ſi priùs dicit:* Se nihil ſcire, *& poſteà reſpondit:* De his omnibus eſſe publicam vocem & famã, *quid juris? nu. 26. quid dicatur ſcire? nu. 26. de auditu, ſi deponit, an probet? num. 28. ſi unus contradixerit pluribus an reductus ad concordiam, probet? nu. 30. & 31.*
8. *Conciliari quouſq; poſſint teſtes contrarii? & in quo? nu. 52. an & unus teſtis poſſit? nu. 20. 21. & 30. an poſſint teſtes plures adinvicem contrarii? nu. 34. 36. 43. & 50. & quando? nu. 45. teſtes an poſſint ſi aliqui dicant,* quòd tali die contractus factus eſt Erfordiæ, & aliqui quòd Titius contrahens illo die erat Vinariæ? *num. 98. & qua-*

Digitized by Google

& quatenùs? nu. 99.

9. *Diverſitas teſtis & partis, cui obſtet.*

10. *Judex, qua cautela uti debeat circa teſtes contrario? interpretari, qualiter poſſit ſententiam? nu. 104.*

11. *Multiplicatio actuum quando & quo ſine præſumatur in teſtibus? nu. 12. & 50. ubi procedat? nu. 35. & ceſſet? nu. 80.*

14. *Explicatur text. in c. cùm tu. 16. ext. de teſtib. nu. 16. & 17. & gl. in l. optimam. 14. in verb. & melius. C. de contrah. ſtipul. nu. 71.*

16. *Temporis probatio cui incũbat? nu. 18. quando efflagitetur? nu. 19. dubium, qualiter interpretetur? nu. 83.*

18. *Præſumptio an ſit pro excommunicato? quæ excludat delictum? nu. 40.*

21. *Scriptura inſtrumenti an conciliationem admittat? nu. 22. 46. & 51.*

29. *Fama quando plenè probet?*

32. *Teſtes duo ex pluribus teſtibus contrariis ad concordiam reducti quomodo probent? n. 33. plures, variè dici poſſunt contrarii. nume. 34. qui dicantur contrarii? n. 35. an ſint probatio? num. 59. & utiq; ad effectum reprobandi inſtrumentum? nu. 80. reprobantes univerſalem & probantes indefinitam, qui ſint præferendi? nu. 81.*

38. *Teſtiũ major numerus an vincat minorem? ex dictis contrariis, an unum vel duplex præſumatur factum? nu. 39.*

41. *Notarius an omittens aliquid, incidat in falſum?*

42. *Pluralitas factorum an præſumatur, & quousq;? nu. 86.*

44. *Probare quid quisq; teneatur?*

45. *Negativa, à quo probari debeat?*

46. *Inſtrumenta an ſint adinvicem concordanda? & ad quid? nu. 51. duo, ſi eadem ſunt facta die & diverſis locis, quid juris? nu. 70.*

47. *Major ſumma, quid includat?*

48. *Falſitas ubi non obſiſtat teſtium atteſtationibus?*

49. *Singularitas an ſemper adverſetur teſtibus?*

54. Acceſſorium à quo perpetuetur?
55. Connexorum natura quæ ſit?
56. Contrarietas quæ non officiat teſtibus? nu. 57.
60. Dictum teſtis inveriſimile cujusmodi eſſe cenſeatur? an probet? nu. 68. ut probet, quale eſſe oporteat? nu. 77.
61. Juramentum ſuppletivum, ex teſtis atteſtatione quando non ſit deferendum? judiciale ſeu neceſſarium quando prorſus non habeat locum? num. 64.
62. Juramento an ſtetur impediti? num. 63.
66. Remotum à veriſimili quid eſſe dicatur?
67. Opinio quando ſit rejicienda?
68. Contrahere an quis præſumatur una die Erfordiæ, *& illa inſimul exiſtere* Vinariæ? *nu. 69.*
78. Eſſe hoc an probet, quod eo abeſt?
84. Confeſſio acceptata per judicē in favorē abſentis, cujus ſit effectus?
85. Communis loquendi uſus, quid operetur circa teſtiū contrarietatē: ubi ſit conſiderandus? n. 87. & 88. an ſemper teſtiū refragetur concordantiæ: nu. 93. & 100. ex unico an reſultet actu? nu. 95. quo de accipi ſoleat? nu. 96. an à judice in ſententiæ prolatione ſit neceſſariò obſervandus? nu. 104.
89. Sermones quid præſupponant? num. 92. qualiter ſint intelligenda? nu. 90.
91. Judicis motus quo in ſe regulare debeat?
94. Varietas quid inducat?
96. Stilus, quid ſignificet? ſi infringitur, quid juris? nu. 97. & 99. pro forma eſt? num. 98.
101. Foreſis quæ præſumatur in loco forenſi ignorare? an gaudeat beneficiis ſtatutorum? n. 102. de quo debeat ſatisdare? nu. 103.

Concluſio LXX.

1. QVia † porrò teſtium dicta non ſint calumnianda; ſed juvanda, *a* & ſi ſunt contraria, quantum fieri poteſt, concordanda: *b*
2. Ideò, † licèt teſtis pro parte falſus, in totum falſus reputetur: attamen ſi ex ipſius, vel aliorum teſtimonio deprehendi poteſt, teſtem negaſſe illud, dixiſſeq; falſum ſuper eo dumtaxat, quod ſi confeſſus eſſet, non repelleret eum à teſtimonio, hoc caſu valet ejus dictum & probat. *c*

a]*Vt di-*

a] *Vt dixit* Bald. *in l.de quibus.col.fin. verſ.ſed,quid ſi teſtis. ff.de legib.* b] *Vt ſenſit* Angel. *in l.ex militari.in fin ff.de milit.teſtam.& conſ.194.in fin.col.2.* Bart. *in l.2.ff.ſi cert. petat.& probat text.in c.cùm tu.16.ext.de teſtib. & in c.anteceſſor. & in c.prædeceſſor. 11.q.3. ſicut † aliàs promptum eſt, jura juribus concordare, l.1.C.de inoſſicioſ.dotib.c. cùm expediat. De elect.in 6.quod † verum eſt, quò ad id, quod in d.c.cùm tu.16.dicitur, ut ſcilicèt teſtis evitet ſuſpicionem falſi: quantum autem ad hoc ut probet, non debet fieri talis interpretatio, ut cenſuit* Butr. *in l. ſed ſi poſſeſſori ff. de jurejur. Nam † cùm ex tali impugnantia inſurgat probatio dubia, non poteſt ex tali probatione ſequi ſententia, c.in præſentia.8.extr. de probat. de quo tamen infra Concluſ.75. & 83. dicetur.* 3. 4. 5.

c] Bart. *& alii in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.* Bald. *in l.certi conditio. §.quoniam.ff.ſi cert.petat. & in c.1.col.2.ext.de conſtit.* Abb. *in c.3. in fin. ext.de teſtib. &* Innoc. *in c.fraternitatis.ext.de hæret.*

Concluſio LXXI.

PRo † tanto, quòd &, ſi aliquis ſit meus adfinis aliqua adfinitate nota & manifeſta, non repellatur à dicendo teſtimonio pro me, ſi in ejus depoſitione adfinitatem dumtaxat negaverit mentiendo. 6.

Vt placuit Jacob.de Butr. *in l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. Non † enim propter hoc dictum ejus annullatur, licèt propter mendacium poſſit crimine ſtellionatus puniri, ut concludit* Jacob. de Butr. *in d. l. Lucius. & eſt text. in l.3. verſ. item, ſi quis. ff. de crimi. ſtellio. Nam ubicunq; titulus criminis deficit, illic ſtellionatus objiciemus. d.l.3. dummodò de crimine certò conſtet, ut cenſuit gl. in d.l.3. in verb. deficit.* 7.

Concluſio LXXII.

NOn † tamen aliter fienda eſt talis reductio ad concordiam, niſi quando in teſtibus eſt hinc indè æqualitas: ſecùs, ſi eſt inæqualitas. *a* Quemadmodum † & quando eſt contrarietas inter dictum partium & teſtes, talis concordia fieri non debet. *b* 8. 9.

a] *Vt docuit* Barb. *in c. cùm contingat. Ext. de offic. deleg.*

b] *l. exceptionem. C. de probatio. ut declaravit* Bart. *in l. 2. §.*
10. *appellata. ff. ſi cert. petat. ubi † ſubdit, quod in iſtis caſibus cautè faciat judex, ſi mittit pro teſtibus, ut qualiter dictum ipſorum intelligant, declarant, juxta gl. mag. in §. quia verò. Novell. conſtit. 4. de teſtib. Collat. 7. in c. cùm clamor. Ext. eod. & in c. cùm* Joannes. *Ext. de fid. inſtr. quæ pro intellectu. d. c. cùm tu. 16. benè ſunt notanda.*

Concluſio LXXIII.

11. SI † igitur teſtes deponentes ſuper actu, ſunt contrarii, præſumitur multiplicatio actuum, nec ob aliud, quàm ut evitent crimen falſi: ſivè teſtes producantur ab eadem parte, ſivè à diverſis. Vtrovis namq; caſu, fieri debet concordia per multiplicationem actuum, quò ad hunc effectum, ut evitent falſum.

c. cùm tu. 16. ext. de teſtib. & hac ſententia ſine dubio verior eſt, quicquid dixerit Bart. *in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. petat. & in*
13. *l. inſulam. §. 1. ff. ſolut. matri. in l. 1. in fin. C. de uſufr. quam † ipſe declarando procedere intelligo, ut ſcilicèt propriè locum habeat, quando teſtes deponunt ſibi contraria, nec adparet, quod deponant de diverſo loco vel tempore. d. c. cùm tu. 16. Sed, quando deponunt de diverſo loco vel tempore, tunc non eſt locus præſumptioni: quia formaliter & neceſſariò adparet, quod deponant de diverſis actibus, propter diverſitatem dictarum qualitatum, ſic* Bart. *in l. denunciaſſe. §. quid ergò. ff. de adult. & in l. is, qui. ff. de publ. judic. fac. gl. &* Bald. *in l. 1. C. qui accuſar. an poſſ. Et ideò gl. in d. c. nihilominus. 3. q. 9. nihil facit ad propoſitum. d. c. cùm tu. 16. ſed melior eſt gl. in c. teſtes. 4. q. 3.*

Concluſio LXXIV.

14. IMò † teſtes producti à diverſis partibus reducuntur ad concordiam, non tam ut fugiant reatum perjurii, quàm etiam ut probent. *d. †. c.*

Digitized by Google

d. † c. cùm tu. 16. ubi pronunciatur excommunicationem, non 14.
tenere, quod non potuiſſet pronunciari, niſi probatum eſſet, quod ſententia erat lata poſt appellationem. Nec obſtat, quod ſentit gl. mag. in d. c. cùm tu. 16. quod ideò illic declaretur ſententia nulla, quia iſti Canonici erant rei conventi: quaſi ſentiat, quod ex quo archiepiſcopus erat actor, incumbat ei onus probandi, quòd ſententia erat lata ante appellationem. Nam † cùm regulariter ſententia excommunicationis 15.
liget, ſi probatur ſervata ſolennitate requiſita à Canone. c. ſacro. De ſent. excom. in 6. Imò etiam ligat non ſervata ſolennitate: Sequitur † quod archiepiſcopus non habebat neceſſe allegare tempus ad fun- 16.
dandam intentionem ſuam, ſed potiùs allegatio temporis erat fundamentum intentionis ipſorum reorum. Ergò debuit ab ipſis, licèt reis, probari: utrumq; iſtorum demonſtratur in c. in præſentia. 8. Ext. de probat. & ex his, quæ tradit Bart. *in l. non ſolum. §. ſed ut probari. ff. de nov. oper. nunciat. & in c. fin. De reſcript. Vndè † quicquid* 17.
dicat illa gl. mag. in d. c. cùm tu. 16. iſta concluſio probatur in text. d. c. cum tu. 16. cùm gl. in verb. benignè, quia Pontifex ibi fundat ſe non ſuper probatione non facta, ſed ſuper reductione ad concordiam, & ſic ſuper probatione facta: & † quod ille, qui dicit ſe excommuni- 18.
catum poſt appellationem, habeat præſumptionem contra ſe, & ſemper debeat probare hoc tempus. c. venerabilem. §. fin. ubi gl pen. De ſent. excom. in 6. & tradit propriè in excipiente Bald. *in l. fin. §. ult. C. de appell. & hoc eſt, quod ſuprà dixi & rectè, quod † tempus videba-* 19.
tur eſſe fundamentum intentionis Canonicorum. Vnde ſive eſſent actores ſive rei, ab ipſis erat probandum. d. c. cùm tu. 16.

Concluſie LXXV.

NOn † ſolum autem, duo pluresve teſtes contrarii ſunt 20.
conciliandi, ſed & ſi unus teſtis contradicit ſibi ipſi, reduci ad concordiam poteſt, ut nedùm evitet falſum, ſed etiam ad finem, ut probet.

Digitized by Google

21. Bart. *in l. de ætate. 44. col. pen. ff. de minor. quia † ſi eadem ſcriptura reducitur ad concordiam, ut faciat fidem. c. inter dilectos. §. cæterum. extr. de fid. inſtrum. quantò fortiùs idem erit dicendum & in eodem teſte. Et quod ſcriptura reducatur ad talem concordiam, docuit* Bart. *in l.*
22. *fin. ff. de condict. indeb. in † exemplo de Inſtrumento, in quo aliquis promittit ex certa ſcientia, dicens, ſe ad infra ſcripta non teneri ex aliqua cauſa. Suppletur enim ad inſtrumentum, ut non ſit contrarium, præterquam ex cauſa prædicta.*

Concluſio LXXVI.

23. SI ergò † teſtis interrogatus de ætate dixit *quod Titius erat major viginti quinq; annis ex aſpectu:* & poſteà interrogatus, *qualis ſit iſte?* reſpondit; *ſe neſcire:* propter hoc non videtur contrarius: quia ſubauditur aliud, quàm priùs dixit, & ideò probat.

Vt retulit Bart. *in l. de ætate. col. pen. ff. de minor. & cenſuit* Bald. *in*
24. *l. data opera. col. 2. C. qui accuſ. non poſſ. adſerens, ſi † agens facit duo capitula, unum de contractu, aliud de obligatione, & teſtis interrogatus ſuper capitulo de contractu, dicit,* verū eſſe, quia vidit: *deinde in capitulo de obligatione dicit:* Se nihil ſcire: *quòd nihilominùs iſte teſtis probat, nec dicitur contrarius: tùm, quia intelligitur dicere, ſe neſcire jus obliga-*
25. *tionis, tanquā teſtis: cùm † teſtis ſuper jure non debeat deponere, ſed de facto. l. 1. §. hoc quoq; ff. de verb. oblig. tùm, quia intelligitur dixiſſe,* Se neſcire, *ſubaudiendo tanquā id, quod ſuprà dixit: Quod etiam confirmatur ſequenti Concluſ.*

Concluſio LXXVII.

26. QVomodo † & teſtis, ſi interrogatus ſuper capitulis dixit, *Se nihil ſcire:* & poſtea interrogatus ſuper publica voce & fama dixit; *de prædictis omnibus & ſingulis eſſe famam:* contrarius dici nequit.

Specul. *tit. de notor. crimi. § fama. verſ. ult.* Salic. *in l. Ea quidem. C. de accuſat. Quia primò dixit:* Se neſcire, *per ſenſum proprium: nunc autem*

autem dicit: Se ſcire, per auditũ. *Teſtis † autem illud ſcire dicitur, quod* 27.
percipit ſenſu corporis, ut dixit Bart. *in l.1. ff. de interro. actio. & reſpondit* Deci. *conſ. 189. col. 3. verſ. Primò, quia iſte. Atqui † teſtis de auditu* 28.
deponens non probat, ut traditur in l. teſtiũ. C. de teſtib. & in l. 2. §. Idem Labeo. ff. de aq. pluvi. arcend. ſed attenditur illud, quod teſtis ſuper interrogatoriis partis adverſæ dixit: Super his omnibus eſſe publicam vocem & famam. *Licèt igitur ſuper articulo dicat:* Se neſcire: *per hoc tamen non derogatur depoſitioni ſuæ ſuper publica fama: quia non creditur teſti de auditu, ut ſuprà dixi, & † fama, etiam cum unico teſte facit* 29.
integram & plenam probationem, ut per gl. & DD. in c. Veniens, extr. de teſtib. Imò teſtis iſte non probat; quia primò dixit: Se neſcire: *& poſteà,* Se audiviſſe, *ut ſic ſit contrarius ſibi ipſi. Et licèt poſſit concordari, ut falſum evitetur: non tamen fit concordia ut probet: maximè, quando unus ſibi ipſi contradicit, ut not. in d. c. cùm tu. 16. & in l. Eos. ff. de falſ. Enimverò, quanta fides ſit huic adhibenda teſti, & utrùm omninò nihil ei credi debeat, erit in arbitrio judicis, qui debebit conſiderare non ſolùm qualitatem perſonæ, ſed etiam communem loquendi uſum, & utrùm faciliter vel difficulter contrarietas poſſit reduci ad concordiã? & utrùm, teſtis contradicat ſibi incontinenti, vel mediantib. plurib. capitulis? quo caſu veriſimilior eſſet contradictio. l. non ad ea. 87. ff. de condit. & demonſt.*

Concluſio LXXVIII.

PRævaluiſſe † tamen videtur, niſi aliud refragetur, non impe- 30.
diri quò minus unus teſtis, ſi vel uni vel pluribus teſtibus contradixerit, conciliatus ad finem probandi, vel plenè, vel ſemiplenè, hoc eſt, tantum probet, quantum alioquin unus probat teſtis: quantumvis illius teſtis atteſtatio, aliter, quàm cæterorum teſtificatus, adeoq; vel de alio facto, vel de alia re, vel de alio jure loquatur.

Et hoc potiſſimùm, ut veritas cauſæ magis eluceſcat. Quæ † ſanè 31.
ſententia mihi benignior viſa eſt, etſi non ignorem aliud placuiſſe

Joan.

Digitized by Google

Joan. Andr. *qui ad* Specul. *tit. de teſte.§. jam de interrogatoriis.*
verſ. quid ſi unus. dixit, ſi unus teſtis contradicit uni, licèt reducan-
tur ad concordiam, ut evitent falſum: nihil tamen probant, nequi-
dem ſemiplene, ut videtur ſignificare verbum nihil. Sed ſine aliquo ju-
32. *ris ſuffultus argumento. Quia † qua ratione quando plures teſtes con-*
tradicunt pluribus & ſunt pares numero hinc inde, ſi fiat concordia
inter duos teſtes, uterq; eorum probat plene, nec contradictio partis
enervat aliquid de fide teſtium, ut per hoc probatio reddatur imper-
fecta: eadem ratione, idem erit dicendum, in probatione ſemiplena,
33. *videlicet ut non diminuatur in aliquo. Et † hoc credo verum indubitã-*
ter, ubi unus teſtis contradicit uni. Sed quando plures contradicunt
uni, tunc eſt majus dubium: quia licet ſalvetur dictum unius à contra-
rietate: non poteſt tamen negari, quod propter auctoritatem plurium,
qui convincunt unum, ſi deponant de eodem negotio, ut in c. in noſtra.
32. Ext. de teſtib. vacillet fides teſtis. Vndè forte hoc caſu poſſet di-
ſtingui, vel eſſet diſtinguendum. ſicut diximus concluſ. 75. 76. 77. &
fac. doctrina Bald. *in l. de quib. ff. de legib.*

Concluſio LXXIX.

34. SEd † & ſi plures teſtes contradicunt pluribus, reducendi
ſunt ad concordiam, attamen diſsimiliter. nam aliquando
plures contradicunt paucioribus: aliquando plures qui con-
tradicunt ſibi, ſunt pares numero & producuntur à diverſis
partibus: aliquando producuntur ab eadem parte, ſicut ex ſe-
quentibus manifeſtius adparebit.

Vt tradunt omnes in d. c. cùm tu. 16. & in l. Gallus. §. ille caſus. ff.
de lib. & poſtu. & in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. Verun-
35. *tamen † licèt unus teſtis dicat de uno, & alius de alio, per hoc tamen*
non dicuntur contrarii. Nam, ut dicit Ant. de Butr. *in c. 1. ſup. gl.*
1. ext.

Digitized by Google

1. ext. de offic. leg. non dicuntur eſſe contrarii teſtes, quando de facto minus deponit unus, quàm alter, ut reſpondit Deci. *conſ. 100. col. 2. & conſ. 105. col. 2.*

Concluſio LXXX.

ET † ſiquidem plures contradicant paucioribus, nihilominus fiet concordia per multiplicationem actus, vel alio modo, ut probant. 36.

c. cum Joannes. *Extr. de fid. inſtru. quo ſic adductus cenſuit* Abb. *in d. c. cum tu. 16. nam † licet probatio teſtium in eodem caſu eſſet fortior probatione inſtrumenti: nihilo tamen minus fieret reductio ad concordiam per factorum multiplicationeum, quando non conſtaret de actus unitate, ut expreſſe docuit* Bald. *in l. in exercendis. col. 1. C. de fid. inſtru. Pro † iſta concluſione adducitur etiam text. in c. licet cauſam. 9. verſ. per quod. junct. verſ. cùm ergò. Ext. de prob. Probant enim ibi teſtes Archiepiſcopi plures numero & meliores, quod à ſeptuaginta annis & citrà Archiepiſcopus poſſederat loca illa cum omni honore, juriſdictione & diſtrictu. Teſtes autem Faventinorum probabant, quod à quinquaginta annis citrà, certa ſervitia receperant in dictis locis: & declaratur in d. c. licet cauſam. verſ. per quod. & verſ. cùm ergò: quod per teſtes Faventinorum fuit probatum iſta ſervitia fuiſſe uſurpata in dictis locis: quod non potuiſſet eſſe probatum, niſi præſumeretur multiplicatio actuum, videlicet, ut eadem ſervitia fuiſſent præſtita Archiepiſcopo in ſpecie & Faventinis, alia tamen & alia in individuo. Et licet pars Faventinorum nullum conſequatur commodum ex iſta probatione; ex hoc tamen non ſequitur, quòd non oſtendatur per teſtes reductus ad concordiam, aliquid fuiſſe probatum.*

37. 38.

Concluſio LXXXI.

39. QVinimò † teſtes, cùm deponunt ſibi contraria, videntur
deponere circa diverſa, ut tunc præſumatur delictum nul-
lum: adeò, quòd ſi ex verbis teſtium utrumq; poſſit colligi, vi-
delicèt unum & idem factum & duplex factum, præſumatur
potiùs duplex factum, quàm unum.

40. *l. Titium & Mævium. §. pen. ff. de adminiſtr. tut. quia † per*
hanc præſumptionem evitatur præſumptio delicti, ut adſirmavit
Bart. *in l. poſt mortem. ff. quand. ex fact. tutor. & in l. gerit. 88. ff.*
41. *de adq. hered. & tradunt omnes in c. 1. ext. de præſumpt. Atq; † hinc*
eſt, ſi notarius omiſit aliquid ex dictis à teſtatore, quod præſumatur
potiùs fuiſſe omiſſum per errorem, quàm eum incidiſſe in falſum. Ex
42. *† quo ſequitur, nihil obſtare, quod dicitur pluralitatem factorum non*
præſumi: quia iſtud verum eſt, niſi ex verbis teſtium interpretando
uno modo, poſſit deprehendi pluralitas: tunc namq; præſumetur plura-
litas factorum: quatenùs per hoc evitatur delictum.

Concluſio LXXXII.

43. ARguendo † igitur à fortiori videtur, quòd multò fortiùs
fiet concordia, ad finem probandi, quando plures ſibi
contradicentes ſunt hinc indè pares.

Iſta concluſio probatur Primò, *ex c. cùm tu. 10. extr. de teſtib.*
quia ſi teſtes reducti ad concordiam illic non probarent, Canonici
non probaſſent intentionem ſuam, quam tenebantur probare. Regu-
44. *lare † enim eſt, quòd quilibet teneatur probare id, quod eſt funda-*
mentum ſuæ intentionis. l. Eum actum. ff. de negot. geſt. l. cùm te. C.
de probat. l. de ætate. ff. de minor. l. ſi minorem. C. de in integr. re-
ſtit. minor. & expeditum eſt, quòd ei, qui dicit, incumbat onus pro-
45. *bandi. l. actor. C. de probat. l. 2. ff. eod. Hinc † eſt, quòd fundans ſe*
etiam ex negativa, ſivè agendo ſivè excipiendo, ſivè ſit negativa fa-
cti, ſivè

Digitized by Google

iti, ſive juris tenetur illam probare. Bart. *in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. ff. de verb. oblig. per l. hoc jure. & l. ita ſtipulatus. ff. ead. & fac. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in jus vocat. Si ergò Canonici nihil probaſſent, in caſu d. c. cùm tu. 16. non fuiſſet declarata excommunicatio nulla.* Secundò *confirmatur ex l. Sempronius. ff. de legat. 2. ubi habetur, quando † producuntur inſtrumenta duo ejuſdem* 46.
tenoris & temporis, quorum unum continet majorem ſummam, & aliud minorem, quòd reducantur ad concordiam illa inſtrumenta, ut probent: quia in majori ſumma minor ineſt. d. l. Sempronius. Ter- 47.
tiò, *pro hac concluſione adducitur gl. quam ad hoc perpendit* Bald. *in l. optimam. 14. C. de contrah. ſtipul. & quod docuit* Bart. *in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. petat. & in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſtu. Nec † dici poteſt contrarium tradidiſſe* Bart. *in l. inter ſtipu-* 48.
lantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. quando ſenſus ſuus illic fuerit iſte, quòd, quando ſubeſt cauſa vitandi falſum vel perjurium, tunc fiat reductio contrarietatis ad concordiam. Vtrùm † autem tunc fiat 49.
ſolùm ad hunc finem, an verò etiam ad finem probandi? non aperuit Bart. *in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Sed, ſi non ſubſit cauſa vitandi perjurium, vel falſum, tunc ad nullum effectum fiat concordia: & ſic intellexit* Bart. *hoc ultimum ſuum dictum in teſtibus contradicentibus, ut liquet ex juribus ab ipſo adductis.*

Concluſio LXXXIII.

SEd † & teſtes, ſi producantur ab eadem parte reduci poſ- 50.
ſunt ad concordiam, ut probent, ſivè ſint pares ſivè diſpares numero.

Vt poſt Abb. *tradunt cæteri in d. c. cùm tu. 16. excepto* Anto. de Butr. *cui contrarium eſt viſum, ea ratione, quam ſupra Concluſ. 69. num. 5. retulimus: ſed malè omninò. Quia † ſi ſcripturæ* 51.

contraria ad concordiam redacta, probant, c. inter dilectos. §. cæterum. ext. de fid. Inſtrum. in quibus tamen fortior eſt ratio dicendi, quòd non probent, quàm in teſtibus, per ea, quæ traduntur in c. Imputari. Ext. de fid. inſtru. & in l. ſcriptura. C. eod. Ergò fortiùs idem dicendum eſt, in teſtibus.

Concluſio LXXXIV.

52. Concordia † porrò teſtium faciliùs fieri poteſt in dicto acceſsorio, quàm in principali; *a* adeò, ut falſitas, quæ non contingit negotium principale, non faciat, quod dicta teſtium reprobentur: ſicut † nec ſingularitas teſtium officit, ſi non
53. eſt in dicto principali. *b*

a] *Juxta tradita per* Innoc. *in c. qualiter & quando. extr. de accuſat. & hoc videtur eſſe verius, quàm id, quod dixit* Bart. *in l. 1.*
54. *C. de uſufr. Nam † acceſſorium recipit perpetuitatem à ſuo principali. c. ſi ſuper. De offic. delegat. in 6. ſimiliter peremptionem & prorogationem. l. eos. C. de uſur. l. lecta. §. ſed cum fortis. ff. ſi cert. petat. ſicut † & dicimus in connexis, ut perpetuatio ſuper uno, inducat per-*
55. *petuationem in aliis. c. ſi delegatus. de offic. deleg. in 6. & fac. quod tradit* Innoc. *in c. paſtoralis. ext. de præſcript.*

b] *Vt adſirmavit* Bald. *in l. pen. circa fin. verſ. item, hæc vera. C. de tranſact. & in l. de quibus. col. pen. verſ. dictum eſt de ſingularitate. ff. de leg. & in hoc* Bald. *eſt ſecutus* Salic. *in d. l. pen. dicens: quòd ita cotidiè in practica clamant advocati, & ſecundum hanc concluſionem ſæpiùs de jure conſultus reſpondit* Alex. *& præcipuè conſ. 5. lib. 1. ubi plures teſtes hoc modo à contrarietate defendit, &*
56. *† quod plus eſt, dixit, modicam contrarietatem ſeu diverſitatem in facto principali, non vitiare dictum teſtis, ex doctrina* Ant. de Butr. *in c. 2. ext. de regular. & retulit* Deci. *conſ. 100. col. 3. in princ.*

Con-

Concluſio LXXXV.

SI † dumtaxat teſtium contrarietas non eſt multum aliena à 57.
veriſimili. contrà, quando actuum multiplicatio, non eſt veriſimilis, licèt poſsibilis. nam tunc concordia ad finem probandi fieri nequit.

Vt cenſuit Bald *in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtru. quia † probatio debet* 58.
eſſe veriſimilis, aliàs ei non eſt ſtandum. Bald. *in l. fin. C. de ed. Sed †*
teſtes ſunt pars probationis, atq; etiam ipſa probatio. Ergò teſtibus non 59.
veriſimilia deponentibus non eſt credendum. Innoc. *in c. auditis ext. de praeſcr. quem eſt ſecutus* Felin. *in c. licet cauſam. 9 in 10 not. ext. de probat. Imò, † dictum teſtis quod non eſt veriſimile, eſt ſuſpectũ de fal-* 60.
ſo. Alc. *conſ. 438 col. pen. adeò † quòd & ſi teſtis deponit ſuper eo, quod* 61.
non eſt veriſimile, vel eſt remotum ab eo, ſeu à ſua natura contractus alienum, non poſsit deferri juramentum in ſupplementum probationis.
Bald. *in c. 1. §. ſacramentum. col. 2. De conſue. rect. feud. ſicut † & licèt* 62.
aliàs habeamus, quòd quando quis fuerit impeditus, ſtetur ſacramento
ſuo, ut cenſuit gl. in §. aliæ. Inſtit. de actio. hoc † tamen eſt verũ, ſi præ- 63.
ſumptio veriſimilis ſit pro jurante, aliàs non ſtatur juramento ſuo, ut
retulit Felin. *in d. c. licèt cauſam. 9. ex* Rot. *deciſ. 3. in antiq. † ut* 64.
quod nunquam defertur, quando illud, quod quis vult jurare non eſt veriſimile, ut reſpondit Alex. *conſ. 295. col. ult. adductus gl. in l. 1. C. qui & adverſ. quos. quam ad hoc conſideravit &* Bald. *in d. l. 1. col. 3. &* Lud. Roma. *conſ. 91. col. pen. Quibus † conſequitur con-* 65.
cordiam quoq; in teſtibus ceſſare quoties dicta eorum adinvicem contraria non ſunt veriſimilia. Nam † remotum à veriſimili, eſt quæ- 66.
dam falſitatis imago. Bald. *in l. 1. col. 3. C. de ſer. fugit. eoq; † opinio* 67.
non conſona veritati eſt rejicienda. clem. ne Romani. in princ. ubi Card. De elect.

Digitized by Google

Concluſio LXXXVI.

68 QVare, † ſi aliqui teſtium dixerint: *quòd tali die contractus factus eſt Erfordiæ:* & alii teſtes reſponderint: *quòd tali die Titius contrahens erat Vinariæ,* probatio tanquam non veriſimilis, erit ſuſpecta, vel ad minùs non perfecta, & in nullo ad concordiam reducenda.

69. *Vt tractatur in d.c. cùm tu. 16. Licèt † enim teſtes neceſſariò in hoc ſibi non contradicant: quia non eſt tanta locorum diſtantia, ut eodem die non potuerit quis eſſe in ambobus locis: non tamen hoc eſt*
70. *veriſimile, ſed ut plurimùm contingit contrarium, ut † in ſimili de duobus inſtrumentis factis eodem die, diverſis locis, docuit ſingulari-*
71. *ter* Bald. *in l. ſcriptura. C. de fid. inſtrum. Et † ſic debet intelligi & declarari gl. in l. optimam. 14. in verb. & melius. C. de contrah. ſti-*
72. *pul. & quod † dicitur, probationem indefinitam ſuccumbere per probationem univerſalem, ut ſenſit* Innoc. *in c. auditis. ext. de præſcript. Nam hoc verum eſt, non quòd probatio illa reducatur ad concordi-*
73. *am, ſed quia probatio illa eſt perfectior. Quod † autem diximus, teſtes poſſe reduci ad concordiam, ut probent, procedit quando probatio illorum poteſt eſſe perfectior.*

Concluſio LXXXVII.

74. NIſi † teſtes fuerint valdè digni: *a* vel, aliter eorum contradictio juſtificari poſſit, ut, ſi teſtes producti ad reprobandum inſtrumentum factum *Erfordiæ,* dicunt: *quòd tota illa die Titius erat Vinariæ:* aliàs, ſi dixerint: *quòd illa die Titius erat Vinariæ,* eis non credetur. *b*

75. *a*] *Nam † teſtibus deponentibus non veriſimile, licèt non credatur, ut ſuprà Concluſ. 84. diximus: hoc tamen fallit in teſtibus valdè dignis, ut dixit* Felin. *in c quia veriſimile. col. ult. in princ. extr. de præſumpt. & tradidit* Marſ. *ſing. 273. in fin. & in rub. C. de probat. nu. 112.*

Digitized by Google

nu.112. b] *Vt aperuit gl. quem ceu notabilem ſic illuſtravit* Bald. *in d.l.optimam.14.quia † probatio neceſſariò non concludit.Eſſe enim* 76.
poteſt, quod eadem die Titius fuerit in diverſis locis, & quòd teſtes deponant de parte diei, & non de tota die. Regulare † autem eſt, quòd 77.
dictum teſtis, & qualibet probatio debeat de neceſſitate concludere, ut ita † hoc non probet eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non 78.
hoc. 4. C. und.legit. l.necq; natales.10. l.non epiſtolis.13. l.non nudis. 14. C.de probat. l.matrem.17. C. de probat. & † debet concludere 79.
per neceſſe, vel probabile & non per poſſibile.c.in præſentia. 8. ext. de probat. & docuit Bald. *in l.ad probationem.22.C.eod. Et † licèt pro-* 80.
batio indefinita univerſali æquipolleat: non tamen æquipollet, ut reprobet inſtrumentum, ſicut aliàs teſtes, ut docuit Innoc. *in d.c.audi-*
tis.dùm † cenſuit, teſtes reprobantes univerſalem adfirmativam, præ- 81.
ferri debere probantibus indefinitam, relatâ ratione.

Concluſio LXXXVIII.

QVomodo † & actuum multiplicatio in teſtibus contraria deponentibus, non præſumitur, ubicunq; conſtat de actus unitate vel per confeſsionem partis, vel ex temporis identitate. 82.

c. cùm Joannes. *ext.de fid.inſtru. & cenſuit gl. in c. nihilominùs. 3.q.9. quo ſenſu accipi debet concluſ.73. ſicut & è contrà, ubi † eſt dubi-* 83.
um temporis, præſumitur in benigniorem partem & pro actuum multiplicatione, ut eo text. adductus dixit Bald. *in c. cùm tu.16. extr. de*
teſtib. Quinimò, † confeſſio facta coràm judice recipiente eam pro his, 84.
quorum intereſt, habet exſecutionem paratam, etiam contra heredem confitentis, etiamſi non fiat in forma judicii, ut advertit Philip. Franç. *in c. cùm ſpeciali, col.antepen.verſ.tertiò quæritur ext. de appel.per l.Eum, pro quo. & ibi* Bald. *ff. de in jus vocand. quod dicit notandum eſſe ad gl. in l.ſed ſi poſſeſſori. §.ſed cùm de hereditate. ff. de Jurejur.*

Con-

Concluſio LXXXIX.

85. Finis † quoq; in teſtibus contrariis probandi ceſſat, ſi ſermo, in quo teſtes reducuntur ad concordiam, vel reduci poſſunt, interpretatur ſecundum communem loquendi uſum uno modo. nam tali ſignificatui videtur eſſe ſtandum.

Nam dicta teſtium intelliguntur ſecundum communem loquendi uſum, ut tradit Innoc. *in c. cum cauſam. cl. 1. ext. de teſtib. & reſpondit* Deci. *conſ. 100. col. 2. c. ex literis. ext. de ſponſal. licet ſine dubio, etiam quò ad effectum evitandi falſum vel perjurium fieri concordia poſſit, ut clarè ſenſit* Bald. *in c. 1. §. oppizani. & §. fin. De*
86. *pac. conſtant. & † pluralitates actuum non præſumantur, niſi aliud probatur, velut evitetur contradictio teſtium vel inſtrumentorum, ut ex illo text. dixit* Innoc. *in c. in præſentia. 8. ext. de probat. &*
87. *in c. cùm Joannes. ext. de fid. inſtrum. Vſus † autem communis loquendi eſt in omni diſpoſitione attendendus; ut reſpondit* Schurff. *conſ.*
88. *23. nu. 18. Cent. 3. etiam † in materia ſtricta,* Bart. *in l. non dubium col. 4. C. de legib.* Ant. de Butr. *&* Abb. *in proœm. Decretal. &* Joan. Andr. *in c. fundamenta: De elect. in 6.* Innoc. *in c. cùm clamor. in fin. ext. de teſtib. fac. text. in c. quanquàm. 2. q. 7. & in l. li-*
89. *berorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 2. & † recurrere debemus potius ad conſuetudinem ſermonis & loquutionis. l. ſi ſervus plurium. in fin. ff. de legat. 1. quàm ad proprietatem verborum. l. Labeo. ibiq;* Bart. *ff. de ſuppell. legat. &* Deci. *conſ. 146. col. 2. verſ. ſed hic*
90. *minimè. nu. 3. Nam † verificari debent ſermones, ſecundum communes opiniones habentium intellectum.* Bald. *in l. 1. col. 3. C. de ſer. fu-*
91. *git. qui citat, l. ſi ita quis. in fin. ff. de evictio. Cùm † nec judicis motus ad non veriſimilia adplicetur.* Bald. *in l. ſcriptura. col. 2. C. de*
92. *fid. inſtru. & † experimentum verorum ſermonum ſit, ut concordent cum rebus ſenſatis, vel veriſimilibus, ut dixit* Bald. *in d. l. 1.*

Con-

Concluſio XC.

HOc † dumtaxat excepto, ſi communis loquendi uſus qui impedit fieri concordiam, varios habeat intellectus ſermonis. nam tunc teſtes nihilominùs ſunt per actuum multiplicationem ad concordiam reducendi. 93.

Juxta tradita in d. c. cùm tu. 16. Varietas † enim ſermonis obſcuritatem parit. In obſcuris autem inſpicimus quod eſt veriſimilius. c. inſpicimus. 45. De reg. jur. in 6. ibiq; Dyn. *nu. 3. 4. & 5. Quia † quando actus ſit ſemel vel pluries hoc non cadit in communem loquendi uſum: niſi fortè probaretur, quòd quando dicunt,* Sic: *& videntur ſibi contradicere, interpretando, quòd verè contradicant ſibi, & quod non intelligantur deponere de duplici actu. Qui † tamen communis uſus loquendi magis poteſt intelligi de ſtilo, prout accipitur pro obſervantia Palatii, quàm de conſuetudine. Et † quando ſtilus curiæ infringitur, non valet quod agitur; ut inquit* Bald. *in l. de quibus. col. 8. verſ. item quæritur in fin. ff. de legib. per l. ſacri adfatus. 6. C. de diverſ. reſcript. Nam † ſtilus pro forma habetur, à qua non eſt recedendum.* Bald. *in l. fin. C. quæ ſit long. conſuetud. & † quando à communi ſtilo receditur, præſumptio falſitatis inſurgit. c. quam gravi. ext. de crim. falſ. & fac. gl. in d. l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſtit.* 94. 95. 96. 97. 98. 99.

Concluſio XCI.

QVemadmodum † etiam, nec tunc communis loquendi 100.
conſuetudo refragatur reductioni ad concordiam in teſtibus ſi interpretatio, quæ fit contra communem uſum loquendi juvatur aliqua conjectura, quæ colligi poſſet, vel ex qualitate perſonæ teſtis, ut quia eſt forenſis & parùm verſatus in loco: vel, quia communis uſus loquendi ſit ſolùm vel apud peritos, vel imperitos, aut ſi neſciatur qualis ſit per-

ſona teſtis, utrùm peritus, an imperitus: non ſecùs atque, ſi aliæ ſuperſunt conjecturæ, quæ ex teſtimonio teſtis, vel ex actis, aut alicundè probabiliter haberi poſſunt. *b*

101. *[a] Nam † talis præſumitur ignorare communem loquendi conſuetudinem, quæ frequentatur in illo loco. arg. l. fin. & quod ibi traditur.*
102. *ff de decret. ab ord. faciend. ut & † aliàs illi, qui non ſupportant onera civitatis & ſtatutorum non habeant beneficium ipſorum, ut reſpon-*
103. *dit* Deci. *conſ. 114. col. 1. Hinc † forenſis ſi reperitur in loco alieno cum re, debet ſatisdare de reſpondendo in ſuo foro.* Deci. *conſ. 75. n. 3.*
104. *[b] d. c. cùm tu. 16. ſicut † videmus in judice, qui interpretando ſententiam poteſt recedere à communi uſu loquendi ex cauſa probabili. l. ab exſecutore. in princ. ff. de appell.*

DE TESTE INFIDELI.

PARS XXXV.

1. Judæi contra chriſtianos an teſtificari poſſint? ab omni an repellantur teſtimonio? nu. 3. quo jure ſint à ferendi teſtimonii facultate excluſi? nu. 6. & 7. teſtes eſſe an poſſint ex pacto partium? num. 10. quibus ſubſint? num. 19. & quid ſint? nu. 22. expelli an & quando civitatibus poſſint? nu. 24. & 25.

2. Infidelis an teſtis eſſe queat? concurrens cum infideli, uter in teſtificando præferatur? num. 16.

4. Teſtium integritas quibus inpotiſſimè conſiſtat? num. 28.

8. Excommunicatus ubi eſſe teſtis poſſit? an qui verit teſtificari ex conſenſu partium? num. 12. & 13.

9. Judæo an deferri juramentum contra chriſtianum poſſit? an jura faveant? nu. 11.

10. Partium poteſtas quid efficere poſſit circa teſtes inhabiles? nu. 12. & 13.

11. Renunciare quibus quisq; poſſit, vel non? nu. 14.

15. Te-

Digitized by Google

15. *Teſtes qui eſſe poſſint in cauſis infidelium?*
17. *Judæus qualiter debeat probare contra chriſtianum?*
20. *Servitus cujusmodi ſit inventa à jure Pontificio? Judæorum, qualis eſſe debeat? num. 21.*
23. *Immunitas conceſſa incolis, ad quos porrigatur?*
24. *Bona Judæorum an per principes pro lubitu auferri poſſint? vel vendi? nu. 26.*
27. *Teſtificari qualis ſit actus?*
29. *Dignitas an debeatur Judæo?*
30. *Honor quatenus eſſe penes Judæum poſſit?*

Concluſio XCII.

PRæterea, † teſtes quoq; fideles eſſe debent: Imò tàm exactè ab eis fides exigitur, quod etiam Judæi in cauſâ civili contra chriſtianũ teſtes eſſe & fidem facere non poſſint, *a* & † nullus infidelis admitti in teſtimonium contra fidelem debeat. *b* 1. 2.

a] *Vt retulit gl. in l. quoniam. in verb. anguſtetur. in fin. C. de hæret. & gl. in c. Judæi. 20. ext. de teſtib. Quia* † *Judæi non ſunt integræ & probatæ opinionis, ut reſpondit* Schurff. *conſ. 18. nu. 3. & conſ. 93. nu. 2. Cent. 2. Nullo ergò Judæo permittitur contra chriſtianum ſivè Orthodoxum ferre teſtimonium. d. l. quoniam. Clem. 1. De Juda. c. pagani. c. ſi hæreticus. 2. q. 7:* Specul. *tit. de teſtib. §. 1. verſ. item, quod eſt Judæus. & tradit* Bart. *in l. 1. verſ. nonò opponitur. in fin. C. de ſum. trinit.* b] *c. 1. extr. de teſtib. c. ſi hæreticus. 2. q. 7. c. miramur. 24. q. 1. & traditur in c. cùm ſit. ext. de Juda. & per* Specul. *d. §. 1. verſ. item, quod eſt Judæus. in c. contra chriſtianos. De hæret. in 6. In* † *teſtibus enim fides eſt diligenter examinanda. l. 1. & 2. ff. de teſtib. eorundemq; exploranda dignitas & conditio. l. 3. ff. eod. ut ex quibus fides colligitur, gl. in d. l. 2. in verb. fides, per l. ſcire oportet. §. pen. ff. de excuſat. tut. & l. ſi quis ſtipulatus. in fin. ff. de verb. oblig.* 3. 4.

Digitized by Google

Concluſio XCIII.

5. UTiq; † in probandis actis judicialibus, ut ſiquidem judæi, ut teſtes examinantur in judicio, fidem concludenter contra chriſtianum non faciant: *a* extra, quàm in contractibus & ultimis voluntatibus. nam in his judæi eſse teſtes contra chriſtianum poſsunt. *b*

a] *Vt cenſuit gl. in l. pen. in verb. judicialia. C. de hæret. quam probavit* Felin. *in d. c. judæi. 20. & eſt ſecutus* Alex. *conſ. 33. in fin. & conſ. 70. lib. 1. conſ. 78. in fin. lib. 2.* Abb. *c. quoniam. 11. &* Joan. de Ana. *in c. cùm ſit. ext. de juda. &* Schurff. *de conſ. 93. nu. 2.*

6. b] Juxta † *declarationem gl. in d. l. pen. in verb. judicialia. cui adſentitur* Azo. *in Sum. C. de hæret. &* Schurff. *d. conſ. 18 n. 3. & d. conſ. 93. n. 2. quam tamen ego intelligo procedere de jure civili. d. l.*
7. *pen. nam † de jure Canonico, non credo judæum in aliquo caſu eſse teſtem poſse contra chriſtianum. d. c. judæi. 20. præterquàm in caſu c.*
8. *contra chriſtianos. De hæret. in 6. Nam † & excommunicatus teſtis eſse poteſt in contractu quocunq;.* Innoc. *in c. pia circa fin. De excep. in 6. ſed non ut teſtis de eo contractu, cum juramento in judicio.*

Concluſio XCIV.

9. UT † ergò judæus non poteſt teſtificari: ſic quoq; ei non debet nec poteſt deferri juramentum in litem, vel in ſupplementum probationis contra chriſtianum.

Ex doctrina Joan. de Imol. *conſ. 2. poſt princ. qui adducitur per tradita à gl. in c. cùm in cunctis. circa princ. ext. de elect. & in auth. multò magis C. de ſſ. eccleſ. & retulit* Bart. *in l. in illa ſtipulatione. col. 17. ff. de verb. oblig.*

Con-

Concluſio XCV.

QVinimò † nec partes poſsunt ex communi conſenſu facere, quòd judæus, vel hæreticus vel excommunicatus, vel paganus, vel alioquovis modo de jure inhabilis, teſtes eſse poſſint idonei, niſi fortè in ſubſidium. 10.

d. l. pen. & ſenſit gl. in l. inviti. 12. in verb. inviti. ff. de teſt. & tradit Joan. And. *in c. præſentium. 29. ext. eod. idq; propter odium ipſorum, cùm † jus eos odio habeat, cui ob id partes renunciare non poſſunt. l. nam is. ff. ad maced. c. ſi diligenti. ext. de for. compet. c. quoniam. ext. de hæret. quod eſt magna ampliatio ad c. judæi. 20. & c. licet 21. ext. de teſtib.* 11.

Concluſio XCVI.

ET † hoc præcipuè obtinere dicimus in excommunicato: 12. aliter quàm in hæretico vel infideli. nam is, licèt non poſſit facilè produci adverſus chriſtianum, produci poteſt à chriſtiano contra infidelem.

d. c. ſi hæreticus. Non † enim eſt in poteſtate partis facere, quòd 13. *poſsit cum excommunicato participare ante abſolutionem. Circa judæos verò & infideles illa prohibitio eſt facta in favorem partium, contra quos teſtes illi producuntur. Favori † autem pro ſe introducto ci-* 14. *vilibet renunciare licet. l. ſi quis. C. de epiſ. & cler. l. ſi quis. 14. C. de pact. c. ad apoſtolicam. ext. de regular.*

Concluſio XCVII.

QVando † & in cauſa infidelium produci poſsint teſtes & fi- 15. deles & infideles, ſicq; admitti in teſtimonium chriſtianus contra judæum, niſi † quod, in fideles concurrens cum teſte 16. fideli, in teſtificando ei præferri non debeat, *a* & † judæus non 17.

Digitized by Google

poſsit probare aliquid contra chriſtianum, quàm per duos teſtes honeſtos & fideles. *b*

18. a] *d.c.* Judæi.*20. & d.c. ſi hæreticus. adeò, † ut ne quidem à principe aliud impetrare poſſint, ſicut hodiè in Clem. 1. De* Judæ. *proviſum eſt adverſus* Judæos *qui impetrant à Principibus & Regibus, ne chriſtiani admittantur in teſtimonium contra eos. Imò impetrata*
19. *ſunt ipſo facto irrita & caſſa. d.Clem.1 Oportet † enim* Judæos *ſubjacere chriſtianis. d.c.* Judæi. *20. & ſic ſervos eſſe vel plus, quàm ſervi chriſtianorum. c. ſi* Judæos. *ext. de* Judæ. *ſecundum utiq; juris rigo-*
20. *rem. d.c.* Judæi, *20. Eſt † enim hæc ſervitutis ſpecies inventa ex jure Canonico, ultra illam, quæ eſt inventa de jure gentium. c. quorun-*
21. *dam. ext. de* Judæ. *Hæc † tamen ſervitus debet habere admixtam*
22. *materiam, propter quam toleramus* Judæos *in libertate. Quia † ſunt proximi, ut dicitur in c. proximo. De pœnit. diſt. 2. Vnde retinent jus patriæ poteſtatis in filios, ut ſenſit gl. in c.* Judæorum. *28. q. 2. licet* Arch. *dixerit contra in c. qui ſincera. diſt. 45. ut retulit* Bald. *in l.*
23. *multum intereſt. ff. de verb. oblig. & † immunitas conceſſa incolis loci, extenditur etiam ad* Judæos. Bald. *in l. Spadonem. §. jàm autem.*
24. *ff. de excuſat. tut. & † non poſſunt repelli de civitate, nec eis auferri bona à principibus ſine cauſa legitima. l. nullus. 13. C. de* Judæ. *& d.c.*
25. *qui ſincera Vbi † autem imminet periculum vel ſcandalum chriſtianorum, expelli poſſunt, ut advertit* Inno. *in c. quod ſuper his. ext. de vot.*
26. *& vot. redemt. Super † quibus, & utrùm eo caſu poſſint vendi eorum bona per Principes ſeculares pro libito? pulchrè ſcripſit* Oldrad. *q. 91. quem retulit* Petr. de Anch. *in c. peccatum. q. 3. De reg. jur. in 6.*
27. b] *d. c. licèt. 22. quia † teſtificari eſt officium dignitatis. l. 1.*
28. *l. 2. & l. 3. in princ. ff. de teſtib. Quanta † enim teſti inſit bonitatis vis integro? quàm item habendus ſit laudabilis? & quanta ejus ſit dignitas? nemo ingenii eſt tàm inops, qui non novit. Siquidem, ut*
29. *Proverb. 14. habetur: teſtis fidelis animas liberat. Dignitas † autem*

non

Digitized by Google

non competit Judæo. *d.c.* Judei. *20. l. fin. C. de* Judæ. *& c. cùm ſit. ext. eod. eoq; contra chriſtianum teſtis eſſe nequit. d. c.* Judei, *20. Nam † licèt honor, qui pertinet ad dignitatem, quæ neceſſariò imponitur* 30.
propter favorem publicum, benè pertineat ad Iudæum: non tamen honor dignitatis, ut adfirmavit Bart. *in l. omnes, qui. C. de decurio. lib. 10.*

DE TESTE LITIGANTE.

PARS XXXVI.

1. *Litigans cum aliquo an recuſari, ne ſit judex, poſſit? & quatenùs? nu. 32. an pariter ſi eſt productus teſtis? nu. 2. & 10. qualiter? nu. 3. & 6. & quando? nu. 14. 15. 23. 26. & 28. an dicatur amicus? nu. 11. & 13. in una cauſa, an in alia quoq; repelli cauſa queat? nu. 34.*

4. *Prælatus an ſit dominus rerum ſuæ menſæ irrevocabiliter? & eſſe poſſit teſtis in cauſa eccleſiæ? nu. 6.*

5. *Commenſalis an judex eſſe poſſit?*

7. *Advocatus an in cauſa illa judex eſſe poſſit? contra me, an præſumatur eſſe inimicus? nu. 8. & 9.*

33. *Inimicitia eſt cauſa repellendi quem à teſtificando: capitalis, ex qua inſurgat lite? nu. 16. & 24. accidentalis, quæ ſit? n. 15. & 19. an ex re minima præſumatur? 20. 21. ut repellat quem à teſtificatu, cujus præſupponat culpam? n. 31.*

17. *Major bonorum pars, trahit ad ſe minorem.*

18. *l. ſi unquàm. C. de revocand. donat. quæ in donatione procedat?*

20. *Accidentia quatenùs habeantur in conſideratione?*

22. *Minimum quod dicatur?*

24. *Movens litem cur repellatur à teſtimonio? criminaliter, quando nequeat eſſe teſtis? nu. 29.*

25. *Inimicus uſq; quò quis eſſe præſumatur? & repelli à teſtimonio poſſit? nu. 26. & 28.*

27. *Reliquiæ inimicitiæ an exſpirent facta reconciliatione?*

30. *Odi-*

30. *Odium in teſte cujus ſit effectus?*
33. *Opinio gl. in c. ut debitus. ext. de appell. circa judicem qui movit litem, an ſit adprobata?*
35. *Inimicorum proprium quod ſit?*
36. *Lis an ſemper procreet inimicitiam?*
37. *Teſtis ſemel productus an iterùm ab eodem & adverſus eandem, in eadem cauſa refricari poſſit? nu. 41. 42. & 43. perſona ſemel adprobata, quid juris? nu. 40.*
38. *Probata reprobari an liceat? nu. 39.*

Concluſio XCVIII.

1. UTrùm † autem, ſicut litigans mecum, ſi datur in judicem delegatum, poſſum recuſare eum tanquàm ſuſpectum: *a*
2. Ita † & recuſari poſſit teſtis, qui mecū litigat, ut penitus non admittatur ad teſtimonium, non inconvenientèr disquiritur? *b* Et poſſe veriùs eſt. *c*

a] *c: 1: ext. de judic. arg. l. item propter. in princ. ff. de excuſat. tut. & tradit* Joan. Andr. *in b: legitima. col. 11. De appell. in 6.*
3. *nec † ſolùm ſi litigat nomine proprio, ſed etiam ſi litigat nomine alieno, velnti eccleſiæ, ſeu tanquàm Prælatus vel Rector, ut dixit gl. in c.*
4. *cùm ſuper. ext. de offic. deleg. Quia participat commodum, cùm † ſit uſufructuarius in vita, & uſuarius in morte, juxta ea, quæ habentur in c. præſenti. De offic. ord. in 6. & fac. c. inſinuante. ext. de offic. de-*
5. *leg. ubi dicitur. quòd † clericus commenſalis alicujus faciat illum eſſe judicem ſuſpectum, licèt agat cauſam ſuæ eccleſiæ, & ita determinat in ſimili quæſtione* Joan. And. *per illum text. in c. poſtremò: in fin. ext. de appell. reprehendens* Specul. *tit: de judic. deleg. §. ſupereſt. verſ.*
6. *quidem intentavit. Sed † ubi nomine eccleſiæ ageret œconomus vel procurator in aliquo caſu, ad quem nullum pertineat commodum de rebus beneficiatis, videretur dicendum oppoſitum;* Primò, *per text. quo adducitur in hanc ſententiam* Abb: *in c. poſtremo. in verb. in eodem nego-*

negotio. ext. de appell. quòd † licèt aliquis non poſſit eſſe judex, in cauſa, in qua eſt advocatus ex præſumpta adſectione. c. Romana. De teſtib. in 6. in alia tamen cauſa non poterit ſic recuſari. Secundò, *quia* † *advocatus contra me in una cauſa, non dicitur eſſe mihi inimicus in alia. l. qui cum major. §. fin. ff. de bon. libert. Ergò non repellitur, ut ſuſpectus: pro quibus fac. text. in c. ſuper eo. ext. de appell. quamvis* † *non negem hoc locum non habere in eo, qui fuiſſet procurator contra me in cauſa capitali vel actione famoſa, per ea, quæ habentur in l. pen. in princ. ff. de in officioſ. teſta. & tradit* Bart. *in l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de his, quib. ut indig. quod tamen pro nunc non adſirmo.* 7. 8. 9.

b] *Dubitationem excitavit* Joan. And. *ad* Spec. *in rub. verſ. Et ſciendum. & verſ. ſextò. qui adſirmat, quòd* † *ille, qui litigat mecum ſemper eſſe poſſit teſtis.* c] *Quia* † *ille qui mecum litigat etiam in cauſa civili præſumitur eſſe meus adverſarius. c. 1. ext. de judic. c. fin. ext. de eo, qui mit. in poſſ. l. ſi adverſarius. 3. C. de fid. inſtr. & per conſequens inimicus, &* † *multò magis ſi quis conabitur facere quem puniri criminaliter, ut reſpondit* Schurff. *conſ. 88. nu. 5. Cent. 3. Sed* † *inimicitia repellit quem à teſtimonio, ut infra Cent. 6. part. 37. dicetur. Ergò & lis. d. l. propter litem. 21.* 10. 11. 12. 13.

Concluſio XCIX.

ET † vel totaliter vel pro judicis arbitratu: nam ſi ſiquis litem mecum exercet criminalem vel civilem totorum bonorũ, aut majoris partis, totaliter à teſtificando repellitur. *a* Sin † verò civiliter mecum experiatur, hoc eſt, pecuniariè me conveniat non ſubmovetur teſtis omninò, ſed in judicis reſidet arbitrio, quanta ei ſit fides adhibenda. *b* 14. 15.

a] *Per text. in Novell. conſtit. 4. tit. 59. de teſtib. c. 5. §. ſi verò quis dicatur. Collat. 7. & gl. cui adſentiuntur cæteri in c. cùm oporteat. & in c. cùm. P. ext. de accuſat. & in c. 1. De reſtit. ſpoliat. in 6.*

Digitized by Google

ſtiendum. & verſ. ſexto. Nam † hoc amplius inimicus poteſt repelli 26.
ut ſuſpectus, licèt ſit reconciliatus, ut dixit Specul. *tit. de deleg. §. ſupereſt, item, qui quondam. per text. cum gl. in c. accuſatores. 3. q. 6. utiq; de recenti, ut declaravit* Joan. And. *in d. §. ſupereſt item. & rectè. Præſumitur † enim adhuc durare aliqua reliquia inimicitiæ præ-* 27.
cedentis, ex quibus teſtis repellitur ſicut inimicus, ut tradidit Bart. *in l. 1. §. idem Julianus. ff. de quæſtio. Niſi † ille, qui habuit litem mecum* 28.
vicerit, vel ego ſuccubuerim. Licèt enim tunc præſumatur durare inimicitia, quia videtur contracta culpa mea: ideò tamen teſtis non videtur eſſe repellendus, ex traditis à Bald. *in auth. ſi teſtis. C. de teſtib. &* Bart. *in d. l. 1. §. cùm quis. & fac. optimè text. in d. Novell. conſtit. 4. c. 5. §. ſi verò quis dicat. in princ. ubi dicitur, quòd, † ille qui movit* 29.
litem criminaliter repellitur totaliter à teſtimonio, donec lis fuerit finita. Ergò poſt litem finitam videtur eſſe admittendus aliquo caſu, ſed non ſemper. b] *Satis enim eſt, quod teſtis me odio habeat, ut* 30.
traditur in c. 1. ext. de judic. ex doctrina Innoc. *in c. cùm* J. *& A. ext. de re judic. dicentis, quòd † ad repellendum aliquem à teſtimonio non* 31.
diſtinguitur, cujus culpa inimicitia fuerit contracta. Et hoc dictum Innoc. *habet maximam æquitatem: quia dici fortaſſe poſſet, quod in tali caſu teſtis non repellatur in totum, ſed non adhibeatur ſibi plena fides, ſicut dicitur in d. l. 1. §. cùm quis. ibiq;* Bald. *quamvis ille text. non probet concluſionem* Bart. *ut alibi dixi. Exemplo † porrò teſtis* 32.
mecum litigantis, judex quoq; qui habuit litem cum parte recuſari poteſt, etiamſi lis nunc ſit finita, nullo habito diſcrimine, utrùm ſuccubuerit, an obtinuerit judex, nec etiam ſivè ſuſpicio ſurgat ex culpa judicis, ſivè recuſantis. Semper enim præſumitur durare inimicitia ex culpa vel ſua vel recuſantis contracta. Et † licèt gl. in c. ut debitus. ext. 33.
de appellat. cenſuerit, judicem non poſſe, ut ſuſpectum, recuſari, ſi obtinuerit in lite, ex oriente ſuſpicione ex parte recuſantis. Quia tamen illa gl. communiter impugnatur, ideò ſimpliciter dicendum eſt, quod poſſit recuſari.

 Con-

Digitized by Google

Concluſio CI.

34 Licèt † igitur teſtis, qui habet litem cum aliquo aliquando repellatur à teſtificando, vel ſi aliter eſt inimicus: *a* per hoc tamen, quòd item teſtis adverſus me in alia lite producitur, non licebit ei contra perſonam teſtis excipere, *b* niſi oſtenderit inimicitias inter ſe & illum poſteà emerſas fuiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt, nam tunc ei eſt licentia, ex ipſis depoſitionibus, teſtimonium teſtis arguere.

a] *Vt plenè traditur in c. cùm P. & in c. cùm oporteat. extr. de accuſat. & in auth. ſi quis. C. de teſtib. l. 3. ff. eod. l. ſi quis. 13. C. eod.*
35. *& in Novell. conſtit. 4. tit. 59. §. fin. Collat. 7. Quia † inimici facilè mentiantur. l. 1. §. præterea. ff. de quæſt. & ſic propter inimicitiam quædam fiunt, quæ aliàs non fierent, ut retulit gl. in d. Novell. conſtit. 4. c. 5. §. fin. in verb. non adſit.*

b] *d. l. ſi quis. 13. in princ. quæ lex canonicata eſt in c. ſi quis. 4. q.*
36. *3. vel, quia † per hoc non dicitur nec præſumitur eſſe inimicus. Cùm*
37. *† teſtis priùs examinatus ſuper uno capitulo contra me, poſſit iterũ produci. c. fraternitatis. 16. ext. de teſtib. de quo prolixè tractatur infrà lib. 3. vel, quia adprobaſſe videtur perſonam teſtis, licèt alioquin inha-*
38. *bilem. l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. de adult. Reprobare † autem non poſſumus, quos ſemel adprobavimus. l. ex conſenſu. ff. de appell. c. ſi quis.*
39. *4. q. 3. ſicut † vulgatum eſt, quod quis ſemel adprobavit, poſtea repro-*
40. *bare non poſſit. c. quod ſemel. 25. De reg. jur. in 6. Teſtis † igitur perſonã adprobans in uno actu, firmat & adprobat eam in omni alio ſimili.* Salic. *in d. l. ſi quis. 13. niſi falſitas teſtis emergat poſt ejus adprobationem. c. præſentium. 29. ext. de teſtib.*

c] *d. l. ſi quis. 13. & d. c. ſi quis. 4. q. 3. ut quidem procedat teſtatio: tempore autem diſputationum adeoq́; poſt publicatas atteſtationes, ſerventur hujuſmodi quæſtiones. d. auth. ſi quis. in fin. & d. Novell.*

*vell. conſtit. 4. tit. 59. c. 5. §. fin. in fin. Quid ita? Cùm † produci te-
ſtis non poſſit, qui antè in eum ceu reum teſtimonium dixit. l. produc.
26. ff. de teſtib. Equidem † teſtis produci nequit ab eo, ut vel poſtea* 42.
*teſtificetur pro ſe, contra quem prius tulit teſtimonium: quia præſu-
mitur teſtis eſſe redemtus. Vbi præſertim producere velit teſtem in
eadem cauſa. d. l. produci. 26. vel, ſi ſemel in reum antè malum dixe-
rit teſtimonium, & vult eum producere, ut fortè à judice examina-
tus in illa cauſa immutet aliquid. Cùm qui ſemel malus, ſemper malus
præſumatur. c. ſemel. 8. De reg. jur. in 6. l. ſi cui. 7. §. 1. ff. de accuſ.
vel, ſi reus teſtem voluerit producere vel ante vel poſt atteſtatio-
num publicationem. l. fin. §. ſin autem. C. de teſtib. Novell. conſtit.
4. tit. 59. c. 3. Collat. 7. Sed † quin teſtis poſſit per eum, in quem ſe-* 43.
*mel teſtificatus eſt, in alia, quàm in qua contra eum dixit teſtimoni-
um cauſa produci, dubium non eſt. d. l. ſi quis. 13. in princ. & multò.
fortiùs ab alio, quam contra quem primò depoſuit, ut cenſuit gl. in d. l.
ſi quis. 13. in verb. arguere. & in d. l. produci. 26.*

FINIS

Centuriæ Quintæ.

INDEX TITVLORVM SEV CAPITVM, QVI quævè per ſingulas Centurias ſunt ordinatim tractata, qua pagina & parte contineantur.

Ex Centuria I.

Præludia. 1.
De Summo Principe. 6. 1.
De Cardinali. 10. 2.
De Prælato. 15. 3.
De Arbitris. 21. 4.
De Judice. 25. 5.

Ex Centuria II.

De clerico & laico. 51. 6.
De Vniverſitate. 57. 7.
De Procuratore & adminiſtratore. 62. 8.
De Venditore. 66. 9.
De Ceßionario. 69. 10.
De Fidejußore. 70. 11.
De Muliere. 71. 12.
De Parentibus. 77. 13.

Ex Centuria III.

De Adfinibus. 83. 14.
De Peritis in arte. 85. 15.
De Domeſticis. 94. 16.
De Subdito & Vaſallo. 110. 17.

Ex Centuria IV.

De Socio & Proxeneta. 114. 18.
De Amico. 115. 19.
De Teſte infami. 117. 20.
De Teſte crimino ſo. 128. 21.
De Legitimatione teſtis inidonei. 131. 22.
De Teſte perjuro. 132. 23.
De Teſte Confeßo vel convicto de crimine. 136. 24.
De Teſte excommunicato. 137. 25.
De Teſte emendato de crimine. 144. 26.
De Teſte criminaliter accuſato. 146. 27.
De Teſte in peccato mortali conſtituto. 149. 28.

Ex Centuria V.

De Socio Criminis. 159. 29.
De Teſte, cui ſupervenit inhabilitas. 164. 30.
De Teſte corrupto. 165. 31.
De pœna corrumpentis teſtem alterius. 172. 32.
De Falſario. 180. 33.
De falſorum dictis teſtium ad concordiam reducendis. 190. 34.
De Teſte infideli. 199. 35.
De Teſte litigante. 202. 36.

Digitized by Google

136 P. 42

II.

INDEX
RERVM ATQVE VERBORVM, PER Ordinem Alphabeti, inſignium, tàm locupletiſsimè concinnatus,

ut

Prior numerus paginam, poſterior Centuriam, noviſsimus verò notas arithmeticas marginales demonſtret.

A.

Abbas *cui æquipararetur?* 19.1.42. *habetur in cauſa monaſterii ſui ſuſpectus ad ferendum teſtimonium.* 19.1.45. *in cauſa communi teſtificari an poſsit?* 19.1.40. & 44. *præſumitur eſſe adfectionatus ad cauſam ſui monaſterii.* ibid. 47. *procuratorem conſtituens inſcio conventu, quid juris?* 19.1.44. *rerum ſuæ menſæ, an ſit dominus?* 19.1.43. *teſtis an pro monaſterio ſit integer?* 19.1.46.

Abſolutio *excommunicationis an fieri poſsit excommunicato non petente?* 142.4.42. *ad effectum ferendi teſtimonii an ſit perpetua?* 143.4.57. *quomodo fiat?* 141.4.37. 41.43. & 44. *per quem fieri poſsit?* 143.4.55.

Abſurdum *an ſit cogere aliquem litigare coram judice nequiter judicante?* 34.1.81.

Acceſsorium *à quo perpetuetur?* 196.5.54.

Accidentia *quatenùs habeantur in conſideratione?* 203.5.20.

Accidens *niſi adſit ſubjectum eſſe non poteſt.* 169.5.33.

Accuſare, *cuinam liceat pro crimine privato?* 54.1.25. *undè nequeat laicus clericum?* 52.1.2. 53.1.4.11. & 12. 55.1.42.

Accuſatio *cui permittatur in crimine læſæ majeſtatis?* 130.4.15. & 18. *faciliùs permittitur, quàm teſtificatus,* 129.4.12. 130.4.21. *ſuper perjurio ſic:* te juraſſe falſum: *facta, an procedat?* 134.4.12.

Accu-

Digitized by Google

INDEX.

Accuſatus *criminaliter an teſtis eſſe poſſit?* 120. 4. 20. & 21.
Actio *ad intereſſe quando procedat?* 178. 5. 72. *famoſa, contra quem non detur?* 158. 5. 74. *in factum, ex qua cauſa & quando competat contra menſorem?* 92. 3. 77. & 78. *quandiu duret?* 170. 5. 46. *quæ remitti poſſit?* 160. 5. 10. *injuriarum, quibus detur?* 54. 1. 22.
Actiones, *quæ habeantur extra patrimonium?* 160. 5. 7.
Acta *cauſæ criminalis, quibus opitulentur & obſint?* 137. 4. 12. *judicii an etiam per teſtes probari poſſint neglecta ſcriptura?* 29. 1. 13. & 16. 31. 1. 41. *ſæpè proeſſe ſui ſcripturam præſupponunt.* 29. 18. *non ſcribi eſt culpa judicis.* 32. 1. 49. *quantam vim habeant?* 89. 4. 31. 145. 4. 16. *quid importent?* 145. 4. 12.
Actus *collegii per quos probentur?* 102. 3. 71. *plurium collegiorum, per quos debeant ſigillari?* 44. 1. 180. *ratificatur facilius geſtus meo, quàm alterius nomine.* 54. 2. 21. *tractu temporis, qui firmentur?* 165. 5. 14.
Adfectionatus *ad cauſam præſumitur eſſe judex.* 49. 2. 233. & 234.
Adfectio *prædominatur in teſtimonio proprio.* 68. 2. 25. *teſtem an ſemper faciat inhabilé?* 17. 1. 13. 19. 1. 47. 68. 2. 22.
Adfectionis *exceſſus, quid operetur?* 117. 4. 20. *par cauſa, quid excludat?* 116. 4. 8.
Adfirmanti *neceſſe eſt probare.* 8. 1. 12.
Adjectivum *quatenus copulet factum qualificatum acceſſoriè?* 168. 5. 30. 169. 5. 31.
Adminicula *quæ faciant criminoſos in teſtes recipi?* 148. 4. 9.
Admonitio *laici cujuſmodi eſſe debeat in clerico prodigaliter vivente?* 53. 2. 8.
Adoptio *quid adferat?* 79. 3. 10.
Adoptivi *an ſint veri liberi?* 79. 3. 15. *dicuntur conſanguinei.* 79. 1. 12. & *quomodo?* 79. 3. 16.
Adprobatus *ad unum officium non videtur adprobatus ad dignius, & è contra.* 51. 2. 256. & 258. *non*

Digitized by Google

258. non intelligitur eſſe in teſtem, qui eſt receptus in judice. 51.2.252. & 258.

Adſcriptitius *an ſit domeſticus? 98.3.23. 105.3.100.*

Adſertio *principis omnes teſtes ſuperat. 7.1.10. Pontificis probat obligationem cenſus adverſus laicum. 7.1.11. 10.1.47. quid præſupponat in non geſtis coram principe? 10.1.44.*

Adulterium *plenè an probari poſſit, & qualiter probetur? 3.1. 13.14. & 15.*

Advocatus *an in cauſa, qua patronicatur, eſſe judex poſſit? 203. 5.7. & teſtis? 23.1.15. 62.1. 32. contra me, an præſumatur eſſe meus inimicus? 5.8. & 9.*

Affines *ubi teſtes eſſe nequeant? 76.1.47. & 57. teſtes an, ut ſint, cogi debeant? 83.3.1. in totum adverſus quos eſſe prohibeantur? 83.3.3. quando ſint teſtes non integri, vel idonei? 84.3.5. & 7.*

Affinitas *ſoluto matrimonio, an in totum exſpiret? 48.3.9.*

Agere *eſt grave & oneroſum. 16. 1.21. & teſtificari, nullus poteſt nomine proprio. 17.1.18.*

Amicitia *cujuſmodi ſit nomen? 117.4.18. quæ dicatur vera & incorrupta? 116.4.10. qualiter diſcriminetur ab inimicitia? 116.4.11. quotupliciter conſideretur in teſtimoniis? 116.4. 6.7.12. & 13. ubi habeatur pro fraternitate? 84.4.3.*

Amicum, *quæ ſuperent? 116. 4. 14. 117.4.15.*

Amicus *cui comparatur? 116. 4. 3. an ſit teſtis integer? 116.4.2. & 12. fovere amico ſolet. 116.4. 9. injuriam ſuam amici an poſſit proſequi? 116.4.5. quis intelligatur appellatione ſuorũ? 116. 4.4. nùm teſtificetur rectè pro inimico amici ſui? 117. 4.21. utrùm indifferenter repellatur à teſtimonio ſui amici? 116.4.1. 6.7.12. & 13.*

Amoris *vinculum quando dicatur ſolvi? 84.3.8.*

Animus *hominis undè cognoſci poſſit? 46.1.199. nùm varietur ex officiorum pluralitate in una perſona? 17.1.26.*

Appellare *ad delegatum à ſubdelegato quando non poſſit? 49.1. 235. ad*

235. ad illum ipſum an poſſit episcopum, ut legatum provinciæ, ſi tulit ſententiam in cauſa ſuæ eccleſiæ? 17. 12. 5. an ſit neceſſe à teſtificatu judicis, ſuper notorio? 30. 1. 26. 27. & 28. quando liceat à teſtificatu artificum? 92. 3. 79.

Appellatio *an faciat judicem à quo ſuſpectum?* 35. 1. 71. & 96.

Arbitri *teſtificando ſuper laudo, cauſam ſcientiæ exponere debent.* 23. 1. 11.

Arbiter *de proceſſu coram ſe agitato teſtificatur juſtè.* 52. 1. 32. *ſuper laudi ambiguitate teſtificari poteſt.* 22. 1. 1. 23. 1. 9. & 10. *quousq́, qualiter & quando?* 2. 1. 2. 3. & 5. *recipit poteſtatem à partibus.* 31. 1. 37. *teſtis, produci poteſt contra factum proprium.* 23. 1. 14. *quantumvis turpe.* 23. 1. 20. 24. 1. 26. & *quomodo?* 24. 1. 22. *ubi videatur eſſe teſtis ſuſpectus & integer?* 22. 1. 7. & 8. 23. 1. 11. & 12.

Argentarius *an ſimpliciter teneatur rationes edere?* 40. 1. 153.

